1. Cadmus, ī, *Κάδμος.* **1** *Agenoris filius.* *acc.* Cadmon *p. 10, 12* CIC. Tusc. 1, 28 Ino -i filia. nat. deor. 3, 48. phil. frg. IX 11 -i progenies (*Bacchus*). CINNA carm. frg. 3, 4 alta Tyrii (Tyriam *vel* -um *cod.*) ab origine -i (STAT. Theb. 2, 613. 3, 300 Sidonii ... -i. CLAVD. 21, 318. MART. 2, 43, 7 misit Agenoreas -i tibi terra [*i. Tyrus*] lacernas. 10, 87, 10 -i municipes [*i. Tyrias*] ... lacernas. SIL. 7, 637 gens -i, Cleadas [*Tyrius*]). HOR. ars 187 *ne coram populo* vertatur -us *in anguem* (SEN. Herc. f. 393 ipse torvum subrigens crista caput Illyrica -us regna permensus fuga longas reliquit corporis tracti notas. LVCAN. 3, 189 [*de Illyriis*] nomine prisco Encheliae versi testantes funera -i. HYG. fab. 6 p. 40 -us Agenoris et A⟨rg⟩iopes filius ... cum Harmonia ... uxore sua in Illyriae regionibus in dracones sunt conversi. NEMES. cyn. 30 sunt qui squamosi referant fera sibila -i. AVIEN. orb. terr. 541 Illyris ora dehinc distenditur.... tum prorepentis qua sunt vada turgida Nerei, Harmoniae et -i sustentat glaeba sepulchrum barbara: nam longo iactati saepius orbe, postquam liquerunt Hismeni fluminis undas, hic in caeruleos mutati membra dracones absolvere diem. PRISC. perieg. 383 MYTHOGR. 1, 150. 151. 2, 78. CLAVD. 18, 293 -us se vertit in anguem. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 243 -us Agenoris filius relictis Thebis comite Harmonia coniuge ... fines Macedoniae supergressus parvulum filium, qui iuxta Illyricum fluvium ab Harmonia editus fue⟨rat⟩, dereliquit. hunc serpens spiris suis innexuit ... imbuitque viribus, quibus omnem illam regionem sibi subdidit). OV. fast. 1, 490 Tyriis qui quondam pulsus ab oris -us in Aonia constitit exul humo. met. 3, 2 pater ignarus -o perquirere raptam (*Europam*) imperat et poenam, si non invenerit, addit exilium. 3, 14. 24. 115. 131 poteras iam, -e, videri exilio felix. 3, 138. 174 nepos -i (*Actaeon*). 4, 470. 572. 591 *sq.* trist. 4, 67. pont. 1, 3, 77 liquit Agenorides Sidonia moenia -us, poneret ut muros in meliore loco. 4, 10, 55 duas terras, Asiam -ique sororem (*Europam*). PRIAP. 67, 2. SEN. Herc. f. 256 -i nobilis stirpem ultimam. Oed. 110 -i generosa proles. 626 -i effera ... domus. Phoen. 125 -i nemus serpente notum, sacra quo Dirce latet. 647 LVCAN. 4, 549. PLIN. nat. 7, 192 *litteras* in Graeciam attulisse e Phoenice -um sedecim numero (TAC. ann. 11, 14 fama est -um classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis artis eius [*sc. scribendi*] auctorem fuisse. SOL. 7, 23 -us litterarum primus repertor. MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 194 CASSIOD. gramm. VII 214. AVSON. 393, 74 -i nigellas filias [*litteras*]. 396, 52 -i filiolis atricoloribus. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 10 antiquissimum earum [*litterarum*] usum habuisse *Graeci* creduntur a Phoenicibus et a -o se didicisse gloriantur. ISID. orig. 1, 3, 6. 5, 39, 10). PLIN. nat. 7, 195 lapicidinas *invenit* -us Thebis aut, ut Theophrastus, in Phoenice. 7, 197 auri metalla et flaturam *invenit* -us Phoenix ad Pangaeum montem (HYG. fab. 274 p. 149 -us Agenoris filius aes Thebis primus inventum condidit). 35, 114 *Antiphilus* in Pompeia *porticu* ... -um et Europen pinxit (35, 140). VAL. FL. 6, 137 -i de sanguine Bacchum. STAT. Theb. 1, 6. 226 quis funera -i nesciat? 2, 662 orgia -i (*i. Bacchanalia*). 3, 645 diri ... novalia -i. 10, 663 armifero -i de semine. 11, 650 -ique tenebat iura Creon. HYG. fab. 178 p. 34. 275 p. 151 -us Agenoris filius Thebas heptapylas *condidit.* 240 p. 134 Agaue Lyco[r]thersen in Illyria *occidit*, ut regnum -o patri daret. 254 p. 140 CENS. 4, 12. IVL. VAL. 1, 51 Thebas ... -i ceterorumque imperiis nobilem. HIER. chron. a. Abr. 562 Foenix et -us de Thebis Aegyptiorum in Syriam profecti aput Tyrum et Sidona regnaverunt. 588 -us regnavit Thebis. 611. 643. 696. 700. 732. 758 SERV. Aen. 3, 88 auct. Aen. 4, 470 georg. 2, 140. VIB. SEQ. geogr. p. 149 Lethaeus *fluvius* insulae Cretae, ita dictus quod Harmonia ... C a d m o n oblita dicitur. BREV. EXPOS. Verg. georg. 2, 140 OROS. hist. 1, 12, 7 DRAC. Romul. 8, 562. 10, 574 MYTHOGR. 1, 149. 204. 2, 74. 77. 78. CORP. XIII 3710 A 7 (*Treviris, imagini operis musivi adscriptum*) -us. *de arce, oppido, incolis Thebarum*: PROP. 3, 9, 37 non flebo in cineres a r c e m sedisse paternos -i. OV. met. 4, 469 r e g i a -i. 6, 177 STAT. Theb. 3, 183. 2, 322 -i ... d o m o s. 10, 906 t u r r e s ... -i. 9, 51 -i t e l l u r e. 2, 119 -o (*i. Thebis*) dominas inferre Mycenas (SCHOL. -o pro Thebis). 9, 520 m o e n i a -i. 9, 640. 11, 40. 12, 115 CLAVD. rapt. Pros. 3, 387. STAT. Theb. 4, 345 -i Mavortia p l e b e s. 10, 127 populum ... -i. **2** *r e r u m s c r i p t o r*: PLIN. nat. 5, 112 nec fraudanda *Miletus* cive -o, qui primus prorsam orationem condere instituit. 7, 205 historiam -us Milesius *condere instituit.* SOL. 40, 12 Miletos ... -i olim domus, sed eius qui primus invenit prosae orationis disciplinam. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 13 qui autem historias apud eos conscribere temptaverunt, id est hi, qui circa -um Milesium. **3** *nom. serv.*: HOR. sat. 1, 6, 39 cives ... tradere -o. *cf.* PORPH. *ad h. l.* -us carnifex illo tempore fuisse dicitur. SCHOL. Hor. *ad h. l.* *in titulis* Cadmi *servi vel liberti iam inde ab aetate Augusti*: CORP. VI 4253 (*in monum. Liviae*). 6366 (*in monum. Statiliorum*). 8446 M. Vlpio -o Aug. lib. 9929 M'. Clodius M'. l. -us. 13688 Kadmo ... conservo. 13920 -us conservos. 19518 M. Hordeoniu⟨s⟩ M. l. -us. IX 6243 (*Larini*). 6080, 7 (*in amphoris*) -us. XIII † 5449 (*in Germ. sup., periit; de sinceritate dubitat Leblant*) -us Hisagogi filius. VIII 17117 (*in prov. procos.*)? *in carmine aetatis Caesarianae* CARM. epigr. 960, 5 (*Beneventi*) coniuge sum -o fructa Crateío. **Cadmēius** *et* **Cadmēus** (Cadmīus), -a, -um *adi.*, *Καδμήιος, Καδμεῖος, quod a Cadmo ortuum est, ad Cadmum pertinet.* C a d m ē i u s: SEN. Oed. 446 Nereidumque choris -a cingitur Ino (CLAVD. 10, 155 -a ... Leucothoe). STAT. Theb. 1, 376 -us heros (*Polynices*) (3, 366. 7, 492). 4, 565 genetrix (*Agaue, Penthei mater*). 8, 457 Haemon (heros *B*) (8, 519). 11, 215 (*Semeles*) conubia. 12, 380 virgo (*Antigone*). VAL. FL. 7, 290 occidat aeterno tandem -a morte iam s e g e s et viso fumantes hospite tauri. STAT. Theb. 9, 9 proles (*Thebani*). 10, 669 plebes. C a d m ē u s: CVLEX 254 discordantes -o semine fratres *Eteocles et Polynices.* SEN. Oed. 751 nepotis (*Actaeonis*). SEN. Oed. 175 bis -um nive discussa tremuisse nemus. VAL. FL. 6, 437 hydri. 7, 76. PROP. 1, 7, 1 dum tibi -ae dicuntur, Pontice, T h e b a e. SEN. Oed. 233. LYGD. 6, 24 matris (*Agaues*). SEN. Oed. 1106. Phoen. 392 progenies. 546 prata. Oed. 29 genti. 435 matres. Herc. f. 268 proles. 134 Bacchis. Herc. O. 594 -is orgia ... condita cistis. LVCAN. 3, 175 Dirce. STAT. Theb. 1, 123 culmine. 4, 57 larem (10, 585). 7, 328 campo. 8, 600 iuventus. 9, 140. 10, 67 paelicis (*Semeles*). 12, 635 -a (-eia, -aea *pars*) ad moenia. SIDON. carm. 6, 11 oris. GLOSS. Cadmea⟨e⟩ (catm. *codd.*) v i c t o r i a e non bonae. PROP. 3, 13, 7 Tyros ostrinos praebet -a colores. MART. 6, 11, 7 Tyros. SIL. 14, 579 Sidon. 1, 6 gens (*i. Punica*). 17, 351. 1, 106 stirpis. 17, 581 manus (*Carthaginiensis*). C a d m ē a *arx Thebana*: NEP. Pel. 1, 2 arcem oppidi (*Thebarum*), quae -a nominatur. 3, 3 -ae occupandae. Epam. 10, 3. HIER. chron. a. Abr. 613 -a (Cadmia *APF*) condita est. C a d m ī u s, -a, -um *adi. et* Cadmiī, -ōrum. RVFIN. Clement. 10, 22 Semelen -am. HIER. chron. a. Abr. 758 contra -os (Cadmos *ABP*) (*Thebanos*). *cf.* Cadmea arx *supra l. 58.* **Cadmēis,** -idis *f.*, *Καδμηίς, Cadmi filia.* CVLEX 111 -is Agaue. OV. fast. 6, 553 una ministrarum ..., -i (*Ino*), tuarum. met. 3, 287 -ida (*Semelen*). SEN. Herc. f. 758 errant (*in inferis*) furentes impiae -ides. *adi.*: ACC. trag. 235 omni[s] stirpe cum incluta -ide (-mide *codd.*) (*Thebana*). OV. met. 4, 545 -ida palmis deplanxere domum. 6, 217 -ida ... arcem. 9, 304 matres -ides adsunt (*Thebanae*).

2. Cadmus, *Κάδμος, mons Cariae.* PLIN. nat. 5, 118 Tmolus in -o *desinit*, ille in Tauro. 10, 75 -i montis incolae.

Cadorc- *v.* Cadurc-.

Cadra *collis Tauri montis; cf. Ruge, PW. suppl. I 266.* TAC. ann. 6, 41 minori *colli* -a nomen est.

Cadrinnius, -a *nom. gent.* CORP. XI 1854 (*Arreti*) d. m. M. -i Clementis M. -us Crescentianus alumnus. Caturniacus, Caturnianus *fundorum Veleiatium nomina recte videtur conferre W. Schulze, Eigennamen p. 134.*

Cadrusī *opp. ad Caucasum indicum situm; cf. Tomaschek, PW. III 1170.* PLIN. nat. 6, 92 ad Caucasum -i oppidum ab Alexandro conditum. SOL. 54, 2 *codices sic*: Cadrusiam (*vel* Catrusia) oppidum (*nominativo*).

Cadum castra *v.* Cadaum castra.

Cadumim *fl.* VVLG. iud. 5, 21 torrens -m. נַחַל קְדוּמִים, LXX

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

χειμάρρους ἀρχαίων (καδησειμ *cod. Alex.*). HIER. sit. et nom. p. 110, 24 Cademi torrens, iuxta quem Debbora bellum gessit.

Caduonus *nom. vir. barb.* VITA Mevenni 6 (Analecta Bolland. III p. 145) in pago Placato, qui Transylva dicebatur, ...vir...nomine -us.

Cadurcī, -ōrum *gens Galliae Aquitanicae,* Καδοῦρκοι. *correpta* a, *cf. l. 27. 37; producta l. 34. territorium eorum hodie appellatur* le Quercy (*v. infra l. 55*). *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 671; Ihm, PW. III 1171; Hirschfeld, Corp. XIII p. 206. v. etiam* cadurcum. CAES. Gall. 7, 4, 6 -os (Carducos *A*). 7, 64, 6. 7, 75, 2 -is, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt. HIRT. Gall. 8, 32, 2. 8, 34, 3. PLIN. nat. 4, 109 Narbonensi provinciae contermini Ruteni, -i (Cadurici *D*). 19, 8 -i, Caleti, Ruteni, Bituriges ... immo vero Galliae universae vela texunt. 19, 13 in culcitis praecipuam gloriam -i obtinent. TAB. Peut. 2, 3 -i. CAES. Gall. 7, 5, 1 Lucterium -um. 7, 7, 1 HIRT. Gall. 8, 30, 1. CORP. XIII 1551 (*in Aquitan.*) Saturnio Cedoni f. Cadurc(us). 1686 (*in prov. Lugudun.*) Tib. Pompéio Pompei Iústi fíl. Prísco -o. 2001 Q. Iul. Potiti -i. 2021 C. Opta[ta]ti Silani -i. *nom. vir.*: CORP. XIII 10010, 394 (*in vasculis Gallicis*) -us. *de oppido, quod hodie est* Cahors (*cf. W. Schulze, Eigennamen p. 7*): civitas -orum: FRONTIN. strat. 3, 7, 2 Cadu⟨r⟩corum civitatem. CORP. VI 1568 ⟨civi⟩tas Cadurcor⟨um⟩. XIII 1541 (*Cadurcis*) cívitas Cad(urcorum). NOT. Gall. 12, 5 chron. I p. 603 civitas -orum (*sic plerique,* Cadurcus, Cadorcorum, Carducorum, Caturcorum *sim. pars*). Cadurcī, *plerumque locativo* Cardurcīs *vel accusativo* Cadurcōs (Cadurcus) [*ex* in Cadurcis, ad Cadurcos *ortum* Cahors. *M.-L.*]: PAVL. NOL. epist. 48 Alethium -is *sacerdotem.* SIDON. carm. 9, 281 natales puer horruit -os. GREG. TVR. Franc. 9, 20 de civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovecas, -us. *ibid.* -us civitatem. CONC. Agath. a. 506 Mansi VIII p. 337^B episcopus de -is. CONC. Aurel. a. 511 p. 13, 42 ex civitate Cadurchus (caturcis R_2). a. 541 p. 98, 12 episcopo civitatis -is (Cadurcensis *pars*). CONC. Paris. a. 614 p. 191, 23 ex civitate Caturcus. CONC. Clipp. a. 627 p. 201, 17 ex civitate -us. NOT. Tir. 87, 20 -us. VEN. FORT. virt. Hil. 4, 11 cum a -is venissent. CORP. XIII †1547 (= CARM. epigr. 1419) conplet Cādurcīs morte deflenda diem. **Cadurcus**, -a, -um *adi. et* **Cadurcum** (**Cadurca**) *oppidi nomen*: AVSON. 207, 15 decedens placidos mores tranquillaque vitae tempora praedives finisti sede -a. *v. etiam infra l. 57.* GREG. TVR. Franc. 3, 12 apud -um urbem. 9, 11 -um. CONC. Aurel. a. 511 p. 9, 27 episcopus de -o. VITA Maximi 1, 4 (Acta Sanctor. 2. ian. I p. 91 urbis Caturca. 1, 5 Caturca civitatis episcopus. Cadurca, Cadorca, Caturca *oppidi nomen in nummis Merovingicis; cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 673.* **Cadurcīnus**, -a, -um *adi. et* **Cadurcīnum** *territorii et oppidi nomen* [*ex* Cadurcinus *pagus ortum* le Quercy, *quod hodie est territorii Cadurcorum nomen. M.-L.*]: GREG. TVR. Franc. 6, 38 -ae urbis. 7, 30. vit. patr. 18, 1 -ae urbis. 6, 39 pro parrochiis Catorcinis. CONC. Aurel. a. 511 p. 11, 6 eclesiae -ae. a. 538 p. 86, 11. a. 549 p. 110, 5 ecclesiae -ae (Cadoricae, Cadurcae, Cadurciae *pars*). CONC. Matisc. a. 585 p. 173, 7 ecclesiae Cadorcine. GREG. TVR. Franc. 4, 47 -um (Catorcinum A_1, Cadurcium B_2) ... pervadit, vastat, evertit. FREDEG. chron. 4, 57 pagum ... Cathorcinum. CONC. Burdig. a. 663—675 p. 216, 31 Caturcino urbis episcopus. **Cadurcēnsis** *adi.*: GREG. TVR. Franc. 5, 42 -is urbis episcopus. CONC. sub Sonnat. a. 627—630 p. 203, 14 Caturcensi *episcopo.* VITA Maximi 1, 3 (Acta Sanctor. 2. ian. I p. 91) vade mecum partibus Caturcense. 1, 4 in territorio Caturcense. 3, 17 (p. 93) Catercense civitate. VITA Treverii 1, 2 (Actor. 16. ian. II p. 33) Caturcinensi territorio. **Caturcium** *oppidi nomen apud* RAVENN. p. 297, 10.

Cadus *nom. vir. barb.* CORP. II 5248 (*in Lusitania*) -us Laroni f. Amoenae Cae⟨siae⟩ matri ... et Tongetae Aluqui f. uxori. 5716 (*in Hispan. Tarrac.*) ⟨m(anibus)⟩ Manili ... -us aunculo suo. 6338k (*cf.* EPHEM. epigr. VIII p. 507 n. 285) -us Pedaccianus.

Cadusia *v.* Cadusii.

Cadusiī, -ōrum *pop. Mediae,* Καδούσιοι. Cadusus *qui Cadusiam incolit, infra l. 80, cf.* Cadusi *et* Cadusis (*ablat.*) *infra l. 69.* Cādūs- *infra l. 80,* Cādus- *infra l. 82.* NEP. Dat. 1, 2 in bello quod rex *Artaxerxes* adversus -os (Gadusios *pler.*) gessit. LIV. 35, 48, 5 *Antiochi legatus* nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat, Dahas, Medos, Elymaeosque et -os appellans. 49, 8. POMP. TROG. prol. 10 in -is. CVRT. 4, 12, 12 natio maioris Armeniae -iique et Cappadoces et Syri ac Medi. 4, 14, 3 nomina modo vana gentium ignotarum ne extimescerent, neque enim ad belli discrimen pertinere, qui ab iis (*Persis*) Scytha⟨e⟩ quive -ii appellarentur. ob id ipsum, quod ignoti essent, ignobiles esse. 4, 15, 12 -orum (*trad.* Caucasiorum) Scytharumque. MELA 1, 13 super Caspium sinum Comari, Massagetae, Cadusi, Hyrcani. PLIN. nat. 6, 48 Gaeli quos Graeci -os appellavere. IVST. 10, 3, 2 bellum -iis infert. SPART. Carac. 6, 4 per -os (Gadusios fines *M*) et Babylonios ingressus ... cum Parthorum satrapis manum contulit. TREB. Val. 2, 1 Velenus rex -orum. ITIN. Alex. 26 quoad -ii (quas uisia *cod.*), pars multitudinis Persicae, ... AVIEN. orb. terr. 907 trux illic arva Cădūsus (adusus *ed. princ.*). AMM. 23, 6, 13 -iis ... et Scytharum gentibus multis et Arimaspis. PRISC. periheg. 710 post hos Cădūsī (Caudusi *A*) durissima rura colentes. RAVENN. p. 60, 14 -on (Caudusion *B*). **Cadusia** *terra.* PLIN. nat. 6, 26 per -ae et Albaniae oram.

Cadusus *v.* Cadusii.

Cae. *sic saepe notantur nomina gentilicia* Caelius *vel* Caecilius, *maxime in vasis, ut* CORP. IX 6080, 8. 6081, 12. 13. X 8056, 71. 72. 73. V 8114, 17. III 15120, 2. *adde titulos* CORP. VIII 8538. 3587 *al.*

Caebicius, -a *nom. gent.* CORP. VIII 14857 (*in prov. procos.*) -a Victoria. *an pro* Caedicia?

Caecadēs, -is *Troianus.* PAVL. FEST. p. 44 alii appellatos eos (*Caecilios*) dicunt a -e Troiano, Aeneae comite.

? **Caecanq(um)** *gens hispana.* CORP. II 2746 (*in Hispan. Tarrac.*) Caecanq.

Caecenninus *cogn. vir.; cf. etrusc.* ceicnei (CORP. inscr. etrusc. I 1093 *al.*), cecunia (CORP. inscr. etrusc. I 641. 2406); *et* Caecina, Caecius, Caecilius. CORP. XI 2988 (*Tuscanae*) Lucio Rufatio -o.

Caeciae *insulae sinus Saronici.* PLIN. nat. 4, 57 Spiraeo promunturio obiacent Eleusa, Adendros, Craugiae duae, -ae (icaeciae, acaeciae *pars*) duae.

Caeciānus *v.* Caecius.

? **Caecias** *nom. gent.* CORP. V 4872 (*ad lacum Benacum, editor non vidit*) T. -as N⟨...⟩. *cf.* Caecius.

Caecidiānus *v.* Caecidius.

Caecidius, -a *nom. gent.; cf.* Caecius. CORP. VI 9207 M. -us Iucundus aurifex. ... -aes Priscaes. 27026 -ae Eutychiae. **Caecidiānus** *cogn.* VLP. dig. 4, 3, 7, 10 Pomponius refert -um praetorem non dedisse de dolo actionem adversus eum, qui ....

Caecilānus *fundus.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 1, 45 fund(um) -um in Placentino pag(o) Vergellense. *cf.* Caecius, Caeculus, Caecilius. *nisi errore scriptum est pro* Caecilianus.

Caecilius, -a *nom. gentis plebeiae; cf.* Caeculus, Caecius, Caecennirus *al., W. Schulze, Eigennamen p. 75. 454. 579. graece haud raro* Καικέλιος; *cf. W. Schulze ibid. p. 455, 13.* Caeicilius: CORP. V 2491 L. Caeicilius Q. f. pro cos. (*a. 141? 116? a. Chr.*). 1052, b, 30 M. Caeicilius Rufus. II 3676 Q. Caeicilius Aetara. Caicilius: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 28 L. Caicilio Q. Muucio cos. *sed ibid.* 37 L. Caecilio Q. Muucio cos. CARM. epigr. 11 hoc est factum monumentum Maarco Caicilio. IX 2802 M. Caicilius L. f. 2383. V 2492 L. Caicilius Q. f. pro cos. (*idem qui* n. 2491 Caeicilius). VI 8639, b, 10 (*a. 66 p. Chr.*). *posterioris aetatis exempla non adfero. prior* i *quamquam brevis est, tamen nonnumquam* i *longa scribitur*: CORP. VI 1058, 5, 28 (*a. 210*) L. Caecílius Modestus (*sed in eadem inscriptione* Caecilius i *brevi*). 14003. VIII 2597 Sex. Pomponius Caecílianus. Caecillius: CORP. III 7043 (*in Asia, saec. I p. Chr.*) C. Caecillio L. f. M⟨...⟩. 7250 Caecillia Marcel⟨l⟩a. 17066 Caecillia Cas⟨ta⟩. INSCR. Bull. corr. hellén. VII (1883) p. 308 n. 30 Κεκιλλίαν Ἀμμ⟨ί⟩α⟨ν⟩. PAPYR. Oxyrh. III (1903) n. 506, 4 (*a. 143 p. Chr.*) Κα⟨ι⟩κ⟨ι⟩λλίας Πώλλης. Cicilius: CORP. VIII 11566 Cicilius Respectulus. *legitur hoc etiam in libris manu scriptis, ut infra p. 13, 47. notatur plerumque (quae in vasis sim. inscripta leguntur, neglexi) sic* Caecil., *ut* CORP. X 219 Q. Caecil. cos. (*a. 57 a. Chr.*). IV 29. 30. Caeci.: LEX agr. (Corp. I 200) 88 L. Caeci., Cn. Dom(itius) cens(ores). VIII 8450 (*cf.* p. 1919) Ceci. Caec.: CORP. IX 292. XII 3447. XIII 6562. VIII 5403 *al.* | Cae.: CORP. VIII 132. 155 *et* 156. 1936 Ce. *al.* PAVL. FEST. p. 44 Caeculus condidit Praeneste. unde putant -os ortos quorum erat nobilis familia apud Romanos. alii appellatos eos dicunt a Caecade Troiano Aeneae comite. *ad* caecus *refertur apud* CIC. inv. 2, 28 ut si dicamus idcirco aliquem Caldum vocari, quod temerario et repentino consilio sit; aut si ea re hominibus Graecis [imperitis] verba dederit, quod Clodius aut -us aut Mutius vocaretur.

Gaia Caecilia, *uxor Tarquinii Prisci*: LIB. de praen. 7 ferunt enim Gaiam -am, Tarquinii Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse et ideo institutum, ut novae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam vocarentur, Gaias esse se dicerent. PAVL. FEST. p. 95 Gaia -a appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum, quae tantae probitatis fuit, ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes quam summam asseverant lanificam fuisse. p. 224. FEST. p. 238 prae⟨b⟩ia ... Verrius vocari ait ea remedia, quae ⟨G⟩a⟨i⟩a C⟨a⟩ecilia uxor Tarquini Prisci invenisse existima[n]tur et inmiscuisse ⟨z⟩on⟨ae⟩ suae, qua praecincta statua eius est in aede Sanc[t]us, qui deus Dius fidius vocatur, ex qua zona periclitantes ramenta sumunt. PLIN. nat. 8, 194 lanam in colu et fuso Tanaquilis, quae eadem Gaia -a vocata est, in templo Sancus durasse prodente se auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat usus. inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta et fusus cum stamine. ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur novaeque nuptae. *sed* PLVT. qu. Rom. 30 διὰ Γαΐαν Καικιλίαν (*dicere iubetur nova nupta* ὅπου σὺ Γάιος, ἐγὼ Γαΐα) καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα, τῶν Ταρκυνίου παίδων ἑνὶ συνοικήσασαν, ἧς ἐν τῷ τοῦ Σάγκ[τ]ου ἱερῷ χαλκοῦς ἀνδριὰς ἕστηκεν· ἔκειτο δὲ πάλαι καὶ σανδάλια καὶ ἄτρακτοι, τὸ μὲν οἰκουρίας αὐτῆς, τὸ δ' ἐνεργείας σύμβολον. [*dub.*: T. -us *inter tribunos militares cos. pot. a. 444 a. Chr. apud* LIV. 4, 7, 1. *sed* DIONYS. 11, 41 Κλύλιος; *cf. Münzer, PW. IV 109* T. Cloelius Siculus.] Q. -us *trib. pleb. a. 439 a. Chr.*: LIV. 4, 16, 5. Caecilii Metelli; *cf. Münzer, PW. III 1202*: FEST.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 146 -ae familiae cognomen (*Metelli*). VELL. 2, 11, 3 -ae *familiae* notanda claritudo est. quippe intra duodecim ferme annos huius temporis (*i. exeuntis saec. II a. Chr.*) consules fuere Metelli aut censores aut triumpharunt amplius duodecies. CIC. Tusc. 1, 13 egressus porta Capena cum Calatini, Scipiorum, Serviliorum, Metellorum sepulcra vides. L. -us Metellus Denter *cos. a. 284 a. Chr.* L. -us L. f. C. n. Metellus *cos. a. 251 a. Chr., triumphavit de Poenis a. 250*: PLIN. nat. 7, 139 Q. Metellus in ea oratione, quam habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum, quindecimviri agris dandis, qui p⟨lu⟩rim⟨o⟩s elephantes ex primo Punico bello duxit in triumpho, scriptum reliquit decem maximas res optimasque, in quibus quaerendis sapientes aetatem exigerent, consummasse eum. Q. -us L. f. L. n. Metellus *cos. a. 206 a. Chr., filius eius qui praecedit, quem mortuum laudavit.* Q. -us Q. f. L. n. Metellus Macedonicus, *cos. a. 143 a. Chr.* Q. -us L. f. Q. n. Metellus Numidicus, *cos. a. 109 a. Chr., triumphavit a. 106 de Numidis et rege Iugurtha. huius filius* Q. -us Metellus Pius, *cos. a. 80 a. Chr., cum Pompeio ex Hispaniis triumphavit a. 71.* Q. -us C. f. Metellus Creticus, *cos. a. 69 a. Chr., triumphavit ex insula Creta a. 62.* Q. -us Q. f. Q. n. Metellus Pius Scipio, *cos. cum Pompeio a. 52 a. Chr., a Caesare ad Thapsum devictus.* CIC. epist. 8, 8, 5 Q. -us Q. f. Fab(ia) Metellus Pius Scipio. A. -us, *aed. pleb. a. 189 a. Chr.* L. -us Denter, *praetor a. 182 a. Chr.* Statius -us, *poeta natione Insuber, mortuus a. 168 a. Chr.; cf. Skutsch, PW. III 1189.* Q. -us Epirota *grammaticus, T. Pomponi Attici libertus; cf. Stein, PW. III 1201.* -us Calactinus, *rhetor et grammaticus aetatis Augusti; cf. Brzoska, PW. III 1174.* C. Plinius -us Secundus, *cos. a. 100 p. Chr., cuius epistulae exstant.* Sex. -us Africanus, *iuris consultus saeculi II p. Chr.; cf. Jörs, PW. III 1192.* Q. -us Marcellus Dentilianus, *cos. a. 167 p. Chr.* -us Aristo, *praeses Bithyniae a. 218 p. Chr.* -us, *procos. Africae a. 429 p. Chr.* -a Paulina, *uxor, ut videtur, imperatoris Maximini, post mortem* diva -a Paulina Pia Augusta. *alii.*

exempla ex libris hausta: TER. Hec. 14 in eis (*fabulis*), quas primum -i didici novas. LVCIL. 1130 Cecilius pretor ne rusticus fiat. VOLCAC. carm. frg. 1, 5 -o palmam Statio do mimico. CATVLL. 35, 2 poetae tenero, meo sodali velim, -o, papyre dicas, Veronam veniat Novi relinquens Comi moenia. 67, 9 ita -o placeam. HOR. ars 54 -o Plautoque. epist. 2, 1, 59 *dicitur* vincere -us gravitate. CYPR. sent. episc. 1 -us a Biltha. epist. 4 praescr. *al.* AMM. 28, 6, 21 -um consiliarium. HIER. vir. ill. 67 Cyprianus Afer . . . suadente presbytero -o, a quo et cognomentum sortitus est, christianus factus. AVG. epist. 57, 1 -us *filius Celeris proconsulis Africae a. 429.* SACR. Leon. p. 456 *sqq.* -a martyr. NOT. episc. Maur. Caes. 49 Cecilius Minnensis. 91 -us Balianensis. COD. Iust. 2, 3, 14 imp. Gordianus A(ugustus) -o militi (*a. 241*). 2, 4, 16 (*a. 293*) *al.* VEN. FORT. carm. 7, 3, 171 -am (*martyrem*) Sicula profert, Seleucia Theclam. *sed* 1, 2, 23 sanctus Alexander felixque Cīcīlia pollent. GREG. M. epist. 13, 2 ecclesia beatae martyris -ae.

ex titulis (*nomen frequens in Hispania, frequentissimum autem in Africa*): CORP. VI 8232 (*olla ex vinea S. Caesarei*) Q. Caecilis. 8229 C. Caecili(us). 8230. XIV 707 (*Ostiae, litteris aevo Augusteo antiquioribus*) Q. -i, Sex. f. Gal(eria). 2090 (*Lanuvi*) Q. -us Cn. A. Q. Flamini leibertus Iunone Seispitei Matri Reginae. IX 4050 (*Capuae*) L. -us L. f. INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 12 (*Bais*) C. Caécilió Dioscoro. CORP. V 4068 (*Mantuae*) -a M. f., M. -us M. f. amitae. III 6597 (*Alexandreae*) P. ⟨C⟩aecilius P. f. Pol(lia). 7212 (*Deli*) L. -us A. l. VIII 5300 (*in prov. procos.*) Quinta -a. CORP. XIV †1891 (*Ostiae*) -a Creste. VIII 9852 (*in Mauret. Caesar., a. 453 p. Chr.*) Cecilius Iulianus. 21636 (*a. 365*) -a Romana. 21800 (*a. 359*) Cecilia Rogata. *cognomen et signum et nomen singulare*: CORP. VI 1423 Furiae L. f. -ae matri . . . Furius Octavianus cos. pontif. fil. XIV 256, 226 (*Ostiae*) Hortensius -us. XI 1490 (*Pisis*) Sal⟨l⟩ustia Homil⟨i⟩a quae et -a . . ., -us Dius coniugi. V 5751 (*in agro Mediolaniensi*) Crippasius -i f. . . . -o f. e⟨t⟩ -is tribu⟨s⟩ Crescenti et . . . ⟨nep⟩oti⟨bus⟩. III 1473 (*in Dacia*) Cominia -a. II 708 (*in Lusitania*) Aurelius -us. 1260 (*in Hispan. Baetica*) C. Ael. Cecilius. 2505 (*in Hispan. Tarracon.*). 2715 Blattia Caecil⟨i⟩a. 6252, 1 VIII 3133 (*in prov. Numid.*) C. Iulius -us mil. leg. III Aug. 4476 M. -a. 20084 Q. Statius -us. 9928 (*in Mauret. Caesar., a. 417 p. Chr.*) Iul. Cecilia. 21705 Claudius -us. 21718 Bebio Cecilio. INSCR. christ. Rossi I 906 (*a. 494*) ⟨Ca⟩ecilia. castra **Caecilī** *v.* Caecilia castra *p. 14, 8.* Portus **Caecilī** *in Mauretania Caesariensi.* ITIN. Anton. Aug. p. 12, 7 Portus Caecili.

Caecilius, -a *adi.* VELL. 2, 11, 3 ut paulo ante Domitiae familiae, ita -ae notanda claritudo est. Caecilia *lactuca*: COLVM. 10, 179 iamque salutari properet lactuca sapore . . . . altera crebra viret, fusco nitet altera crine, utraque -ii de nomine dicta Metelli. 190 -am primo deponit aquarius anno. *cf.* Caeciliana *lactuca.* rogatio: CIC. Sull. 62 rogationis -ae . . . . talem hunc (*L. Caecilium Rufum*) in ista rogatione, quam promulgarat non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui (*Sullae*), fuisse. Caecilia et Didia lex (*consulum a. 98 a. Chr.; cf. Münzer, PW. III 1216*): CIC. Att. 2, 9, 1. dom. 41 M. Drusi legibus, quae contra legem -am et Didiam latae essent. 53 quae est . . . alia vis, quae sententia -ae legis et Didiae nisi haec, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare? Sest. 135 -am Didiam *legem.* Phil. 5, 8 ubi lex -a et Didia? ubi promulgatio trinum nundinum? SCHOL. Cic. Bob. p. 310. VAL. MAX. 6, 9, 10 L. Lentulus consularis lege -a (*errore pro* Calpurnia) repetundarum crimine oppressus. **Caecilia via** *Italiae, quae a Salaria deflexit ad lapidem XXXV; cf. Hülsen, PW. III p. 1173. auctor videtur esse L. Caecilius Q. f. Metellus cos. a. 117 a. Chr.*: CORP. VI 31603 (*litteris aetatis Sullanae*) ⟨in v⟩ia -a. **Caecilia** castra *Lusitaniae; cf. Hübner, PW. III 1172.* Plin. nat. 4, 117 contributa sunt in eam (*coloniam Norbensem*) Castra Servilia, Castra -a. ITIN. Anton. Aug. p. 433, 4 Castris Caecili (*sic D,* Celestis, Caelicis, Celicis *rell.*) RAVENN. p. 319, 14 Castris. PTOL. 2, 5, 6 Καικίλια Γεμέλλινον? *cf.* Caeciliana (*castra*) *infra l. 70.* **Caecilius vīcus** *Lusitaniae; cf. Hübner, PW. III 1236.* ITIN. Anton. Aug. p. 434, 1 -o vico (-nico, -nicco *codd.*).

Caeciliānus, -a, -um *adi.* VARRO ling. 9, 71 ⟨Caeciliani⟩ *gladiatores.* CIC. Att. 1, 16, 15 vereor ne, Lucull⟨i⟩s quoniam graecum poema condidit (*Archias*), nunc ad -am fabulam (*i. laudes Caeciliorum Metellorum*) spectet. *de Statio Caecilio poeta*: CIC. fin. 2, 13 ille -us, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat. Cael. 37 -um *patrem.* Rosc. 46 senex ille -us. Tusc. 3, 56 -um illud. QVINT. inst. 11, 1, 39 aliter -us ille, aliter Terentianus pater fingitur. Caeciliāna *lactuca; cf.* Caecilia: COL. 11, 3, 26 eorum *lactucae generum*, quae fusci et veluti purpurei aut etiam viridis coloris et crispi folii, ut -a. PLIN. nat. 19, 127 purpuream *lactucam* maximae radicis -am vocant. Caeciliāna *cerasa*: PLIN. nat. 15, 102 cerasorum nigerrima sunt ⟨L⟩utatia, -a vero et rotunda. CORP. VI 10243, 19 (*a. 81 p. Chr.*) *area* quae appellatur Veturiana et -a. *cogn. servorum*: CORP. VI 17260 Eros -us. 33227 Menander -us p(ublicus) augur(um). **Caeciliānus** *nom. vir.* Magius -us *praetor* (*a. 21 p. Chr.*): TAC. ann. 3, 37. C. -us *senator* (*a. 32 p. Chr.*): TAC. ann. 6, 7. Domitius -us *ex intimis Thraseae*: TAC. ann. 16, 34. Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus *procurator Augustorum (Marci et Veri, ut videtur) et pro legato provinciae Raetiae et Vindeliciae et vallis Poeninae*: CORP. V 3936. L. Baebius -us *legatus Aug. pr. pr. Pannoniae inferioris a. 199 p. Chr.*: CORP. III 3706. 3733. M. Maecius Memmius Furius Baburius -us Placidus *cos. a. 343 p. Chr.* -us *praefectus annonae a. 397 p. Chr., postea vicarius, praefectus praetorio; cf. Seeck, PW. III 1173.* -us *episcopus Carthaginiensis imperante Constantino; cf. Jülicher, PW. III 1173 al.* *ex libris*: MART. 1, 65, 4 dicemus ficos, -e, tuos (*nomen fictum quo poeta saepe utitur*). VITA Cypr. 4 -i . . . presbyteri *Carthaginiensis.* COD. Iust. 5, 16, 23 *imp(eratores) Diocletianus et Maximianus* -ae (*a. 294*). PRVD. perist. 4, 156 quid bonus Felix tulerit, quid acer -us *martyr.* *ex titulis*: *cognomen minime rarum, frequentissimum in Africa.* CORP. VI 1057, 1, 24 (*a. 205 p. Chr.*) L. Sextilius -(us) *vigil.* XV 7338 (*saec. III*) M. Mari Festi -i pro(curatoris) Aug(usti) n(ostri) stationis aquarum. XIV 250, 2, 13 (*Ostiae, a. 152 p. Chr.*) L. Cominius -us. 736 C. Caetronio -o *coniugi Caeciliae Moschidis.* X 2717 (*Puteolis*) M. Caecili -i. XI 831 (*Mutinae*) Viniciae Marciane c(larissimae) f(eminae) fil(iae) -i p(erfectissimi) v(iri) bis ration(alis) urbis Romae et Africae . . . . V 4400 (*Brixiae*) Caeciliae Procula⟨e⟩ . . . L. Acutius -us alu⟨m⟩nus. 5611 (*in agro Mediolaniensi*) T. Annio Ca⟨e⟩ciliano filio *Caeciliae Lydes.* XII 2796 (*in agro Volcarum ad Rhodani ripam*) C. E. -o . . . Caecilia Varenia filio. 4012 (*Nemausi*) C. Gnat. -us *Caeciliae Haples filius.* VII 176 Q. Sittius -(us) praef(ectus) coh(ortis) I Aquitano(rum). II 3039 (*in Hispan. Tarrac.*) Caecil(ius) -us. 4199 L. Caecilio L. f. Quirin(a) -o . . . flamini divor(um) et Augustorum provinciae Hispan(iae) citerioris. 6180 (*saec. III*) Cecilianus. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 369 n. 35 (*in Lusitania*) Caecilia Moschis . . . Iul(ius) -us matri. CORP. VIII 2564, 2, 108 (*in prov. Num., saec. III*) Arabonius Caecilian(us). 3564 L. Cupius Cecilianus. 5846 M. Sempronius -us. 6358 C. Iulius -us. 7062 (*saec. III*) C. Volumnius Marcellus Ca⟨eci⟩lianus e(quo) publ(ico) exornat⟨us⟩. 9157 (*in Mauret. Caesar.*) Caecili -us et Rubrianus. 9259 M. Sittius P. f. Quir(ina) -us. 9757 (*saec. III*) M. Caecilius -us. 20597 (*in Mauret. Sitif., a. 300*) C. Vol. -i. 11983 (*in prov. Byzac.*) C. Iulius Saturninus -us. *mulieres*: CORP. VI 7958 Ceciliane et Didymus. VIII 2939 (*in prov. Numid.*) d. m. Iuniae -ae . . . L. Mantius -us fil(ius). 4233 Publiliis Iusto, -ae . . . c(larissimis) p(ueris) . . . nepotibus Petroni Ius⟨ti⟩. 16036 (*in prov. procos.*) ⟨G⟩rania -a. **Caeciliāna** (*sc. castra*), -ōrum. **1** *statio in Lusitania; cf. Hübner, PW. III 1172.* ITIN. Anton. Aug. p. 417, 2 ab Olisipone Emeritam . . . Catobriga, Caeciliana (Ciciliana, Ciliana *plerique*), Malececa, Salacia. **2** *Syriae; cf. Benzinger, PW. III p. 1172 et Streck, PW. Suppl. I p. 266.* TAB. Peut. 11, 2 Ceciliana. RAVENN. p. 87, 12 Celciliana. *sed* PTOL. 5, 14, 10 Καικιλία. *incertum ubi fuerint* Caeciliana *quae nominantur* CORP. IX 3907 (*Alba Fucente*) Herculei . . . milites Africa⟨ni⟩ -is, mag(ister) curavit C. Saltorius C. f. *cf.* Caecilia castra *supra l. 8.* **Caeciliānista** *assecla Caeciliani episcopi Carthaginiensis, de quo v. Jülicher, PW. III 1173.* CONC. Carth. a. 411 Mansi IV p. 187[C] Petilianus episcopus dixit: Donatistas nos appellandos esse credunt . . . ego eos . . . palam aperteque designo Mensuristas et -as, eosdemque traditores et persecutores nostros. 187[E] damna nomen . . . Caeciliani et non diceris . . . -a. **Caecilidēs** *Caecilio ortus.* Liberatus *tri-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bunus natione Afer: CORIPP. Ioh. 3, 47 vester Caecilides illa de parte tribunus. 7, 375. 475.

1. Caecina (*fem.* Caecinia) *nom. gent. originis etruscae. etrusce* ceicna (*cf.* CORP. inscr. etrusc. I 19 *al.*). *a* Caec-, *quod est in latino* Caecius, *pariter pendent et hoc et* ceicna, Caecina, Caecenninus. *hinc declinata* Caeculus, Caecilius. *Caecinae origine Volaterrani sunt, quo in oppido sepulcra huius gentis inventa sunt* (CORP. inscr. etrusc. I 19 *sqq.*), *nec procul ab eo abest* Caecina *fluvius a gente nominatus. ex cognominibus quoque, quae infra videbis, Etruria redolet* (Tuscus, Paetus, *al.*). *Caecina Decius Aginatius Albinus praef. urb. a. 414 villam habuit Vadis Volaterranis. cf. de his omnibus Bormann, Corp. XI p. 325 et W. Schulze, Eigennamen p. 75. 83. 567.* *i brevem esse docet fluvii nomen, quod hodie sic pronuntiatur* Cécina; *cf. Conway, Italic dialects I p. 392 et W. Schulze l. c. p. 285.* Caecinna: CORP. X 3925 (*Caiatiae, periit*) ⟨C⟩aecinne Marciano ... ⟨C⟩aecinna Iu⟨c⟩undus filio. VARRO ling. 10, 27 *cod. F.* Καικίννας· IOSEPH. bell. Iud. 4, 547. Caecína CORP. XI 31849 (*a. 250 p. Chr.*). Κεκίνας PLVT. Otho 5. 6 *al.* Caec. CORP. I 772 (*a. 42 p. Chr.*). X 6850 (*saec. V p. Chr.*). VARRO ling. 10, 27 Perpenna et Cecinna (*sic F*) et ⟨S⟩purinna figura muliebria dicuntur habere nomina, non mulierum.

PLIN. nat. 10, 71 -a Volaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus *hirundines* comprehensas in urbem secum auferens victoriae nuntias amicis mittebat in eundem nidum remeantes inlito victoriae colore. 11, 197 -ae Volaterrano dracones emicuisse de extis laeto prodigio traditur. A. -a *Volaterranus, pro quo Cicero a. 69 a. Chr. orationem habuit*: CIC. Caecin. 18. epist. 6, 6, 3 nobilissimo atque optimo viro. 6, 9, 1 claro homine et forti viro. *huius filius* A. -a, *Ciceronis amicus, scripsit de etrusca disciplina; cf. Münzer, PW. III 1237*: CIC. epist. 6, 6, 3 ratio quaedam etruscae disciplinae, quam a patre ... acceperas. 6, 6, 9 te hominem in parte Italiae minime contemnenda facile omnium nobilissimum. *extant Ciceronis ad eum epistulae et invicem.* CIC. epist. 6, 9, 1 hunc a puero, quod et spem magnam mihi adferebat summae probitatis summaeque eloquentiae et vivebat mecum coniunctissime non solum officiis amicitae, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius viverem. SEN. nat. 2, 39, 1 genera fulgurum tria esse ait -a. 2, 49, 1. 2, 56, 1. PLIN. nat. 1, 2 ind. auctor. *ex* -a qui de etrusca disciplina. SVET. Iul. 75. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 200. BELL. Afr. 89, 5 -ae *Caesar vitam concessit.*
CIC. Att. 16, 8, 2 *Octavianus* misit ad me -m quendam Volaterranum, familiarem suum. APPIAN. civ. 6, 60. A. -a Severus *legatus Aug. Moesiae a. 6 p. Chr., legatus Germaniae inferioris a. 14 p. Chr. Arminium vicit, triumphalia insignia obtinuit; cf. Groag, PW. III 1241*: Vell. 2, 112, 4 TAC. ann. 1, 31. 3, 18 *al.* TERT. pall. 4 DIO 55, 29.
-a Tuscus *filius nutricis Neronis, praefectus Aegypti, a. 66 p. Chr. a Nerone relegatus; cf. Stein, PW. III 1243*: SVET. Nero 35 Tuscus. TAC. ann. 13, 20 hist. 3, 38 DIO 63, 18. A. -a Alienus *Vicetiae natus, quaestor in Baetica a. 68 p. Chr., a Galba in Germania superiore legioni praepositus, consul a. 69 p. Chr., in partes Vespasiani transgressus; cf. Groag, PW. III 1238*: TAC. hist. 1, 52. 53. 61. 67. 2, 20. 99. 3, 13 *al.* SVET. Tit. 6 HEGES. 4, 24, 4. 4, 29, 10. 11. 4, 30, 7. 20 PS. AVR. VICT. epit. 10, 4 IOSEPH. bell. Iud. 4, 547. 634 PLVT. Otho 5, 6 *al.* Caecinae Largi: C. Silius A. -a Largus *cos. a. 13 p. Chr., legatus exercitus Germaniae superioris ab a. 14 ad a. 21 p. Chr.; cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 244*: FAST. cos. Antiat. a. u. c. 766 (Corp. I^2 p. 72) C. Silius A. -a Largus. FAST. cos. Capitol. a. u. c. 766 (Corp. I^2 p. 29) C. Silius P. f. P. n. C⟨a⟩e⟨*ceteris erasis*⟩. '*undecumque traxerit Silius ille nomen alterum A. Caecinae Largi, ius quod habuit in id ita comparatum esse crediderim, ut secundum proprium legitimumque usum ille abstineret et propter hanc ipsam causam adscitum id a scriba fastorum Capitolinorum ex vulgaribus indicibus, postea publico iussu sublatum esse' Mommsen ad Corp. I^2 p. 40.* DIO ind. l. 56 Γ. Σίλιος Γ. υἱ. Καικίνα Λάργος. *ceteris locis* C. Silius *sim. nominatur.* C. -a Largus *cos. a. 42 p. Chr., frater Arvalis; cf. Groag, PW. III 1240*: ACT. Arv. a. 38 IV 2 *al.* FAST. Antiat. a. p. Chr. 42 (Corp. I^2 p. 247). ASCON. Scaur. p. 27 PLIN. nat. 17, 5 TAC. hist. 11, 33. C. -a Largus *legatus Augustorum pro praetore Thraciae imperante Septimio Severo; cf. Groag, PW. III p. 1241 et Suppl. I p. 268*: CORP. III 7418 (= 12337) *et nummorum inscriptiones.* -a Largus *praefectus annonae a. 250 p. Chr.*: CORP. VI 31849. Caecinae Paeti: -a Paetus *vir consularis, damnatus Arria uxore praeeunte mortem sibi ipse conscivit a. 42 p. Chr.; cf. Groag, PW. III 1241*: PLIN. epist. 3, 16, 3. C. -a Paetus *cos. a. 70 p. Chr.; cf. Groag, PW. III 1241 et Suppl. I p. 268*: CORP. VI 200. 31548. A. -a Tacitus(?) *praeses provinciae Baeticae, consul*: CORP. VIII 10988. *cognominis vel alterius nominis locum obtinet.* P. Licinius -a: PLIN. nat. 20, 199 sic (*opio*) scimus interemptum P. Licini -ae praetorii viri patrem in Hispania. TAC. hist. 2, 53 Licinius -a ... novus adhuc et in senatum nuper adscitus. C. Laecanius C. f. Sab(atina) Bassus -a Flaccus IIIvir a(ere) a(rgento) a(uro) f(laudo) f(eriundo): CORP. IX 39. Caecinae *in gente Ceionia, posteri C. Caeioni Rufi Volusiani qui et Lampadi, praefecti praetorio a. 355 p. Chr., et Caeciniae Lollianae, de quibus cf. Seeck, PW. III 1864*: Publilius Caeionius -a Albinus *consularis Numidiae a. 365 p. Chr.*: CORP. VIII 2242. 2388. 4767. 6975 *al.* MACR. sat. 1, 2, 15 Aurelius Symmachus et -a Albinus, cum aetate tum etiam moribus ac studiis inter se coniunctissimi. *huius filius* -a Decius Albinus *praefectus urbi a. 401 et 402 p. Chr.*: CORP. VI 1192. VIII 7034. 7035. *ex posteris Publili Caeioni -ae Albini est etiam* -a Decius Aginatius Albinus *praefectus urbi a. 414, consul a. 444 p. Chr.*: CORP. VI 1659. 1703. *villam habuit Vadis Volaterranis; cf.* RVT. NAM. 1, 466. *huius fortasse filius* Flavius -a Decius Basilius *praefectus praetorio Italiae a. 458, consul a. 463 p. Chr.; cf. Seeck, PW. III 48*: CORP. V 8119, 2 SIDON. epist. 1, 9, 2. Decius -a Mavortius Basilius *consul a. 486 p. Chr.; cf. Hartmann, PW. IV p. 2278.* Rufus -a Felix Lampadius *praefectus urbi*: CORP. VI 1763 (*inter a. 425 et 450 p. Chr.*). *nominis gentilicii forma muliebris* Caecinia: -ia A. f. Larga *uxor A. Larci A. f. Lepidi legati imperatoris Vespasiani legionis X Fretensis*: CORP. X 6659 (*Anti*). *de* Caecinia Lolliana *uxore C. Caeioni Rufi Volusiani praefecti praetorio a. 355 cf. Seeck, PW. III 1863 et infra l. 46.*
tituli: CORP. VI 200, 1, 46 (*a. 70 p. Chr.*) C. Caecina Hesigenes. 200, 6, 19. 1063, 1, 9 (*imperante Caracalla*). 2411, 9 (*a. 115 p. Chr.*). 13862 Sex. -ae. 13863—13867. 23724. 34707 ⟨C. C⟩aecina C. f. 34708. XIV 2682 (*Tusculi*) A. -a Iustus. 4598$^{add.}$ (*Caiatiae*) -ae Marciano ... -a Iucundus filio. 5375 (*in Latio adiecto*) C. -ae C. l. Euanthe liberto ... -a Paetus patronus. XI 1514 (*in Portu Pisano*). 1743 (*Volaterris*). 1760. 1761 C. -a C. l. Baro. 1762 C. -a Q. f. Caspo (*cf.* CORP. inscr. etrusc. I 19 a. ceicna caspu *al.*). 1763. 1764 A. -a Selcia (*cf.* CORP. inscr. etrusc. I 23 au. ceicna lχ. selcia *al.*). 1765 L. -a L. f. Tlaboni (*cf.* CORP. inscr. etrusc. I 21 ⟨.⟩ ceicna a. tlapuni). 1766. 1767. 6712, 91 (*in signaculo*) C. -ae Taciti. V 3528 (*Veronae*). 8361 (*Aquileiae*) C. -ae Fidenti. III 5135 (*in Norico*) G. -a Faustinus. 14354^{28} (*in Pannon. sup.*) C. -a Calpurnius. 4264 (*Tarracone*) L. -ae G. f. Gal(eria) Severo. 4281. CORP. inscr. Graec. 1990 (*Thessalonicae*) Καικίνᾳ Εὐτυχιανῷ. *cogn. vel nomen alterum*: CORP. XV 7382 (*in fistula*) Ti. Alieni -a (*cf.* A. -a Alienus *cos. a. 69 p. Chr.*). CORP. inscr. Graec. 3665 (*Cyzici*) Γ. Οὔλ(πιος) Καίκινα Ἕλενος. INSCR. Athen. Mitteil. IX, 19 (*ibid.*) Αὖλον Κλαύδιον Καί⟨κ⟩ινα Πανσανίαν. Archaeol. Zeitung V (1873), 57 (*imperante Antonino Pio*) Αὖ⟨λον⟩ Κλαύδιον Καίκιναν ⟨. . .⟩αιον Κυζικηνόν. *mulieres*: CORP. VI 7898 -iae Sex. f. Bassae. 13862 Sex. -ae, -iae Primae. 13868 -ia Irene, Ti. Claudius Botris coniug(i). 15859. 16300. 20284 C. Iulius C. f. Pal(atina) Sulpicianus et -ia Ilias eius. 21269. 24274. 24622. 35176. INSCR. Bull. comun. 1906 p. 79 (*Romae*). CORP. XI 1471 (*Pisis*) -iae Dignae. 1768 (*Volaterris*) -ia L. f. Prima. 1774 -a Capria. 2472 (*Clusi*) Q. Trebonius C. f. -ia natus. 2781 (*Volsiniis*) -ia Ru⟨f⟩ina. V 3138 (*Vicetiae*) -iae (mulieris) l. Vitali. III 373 (*in Asia*) -ia L. f. Prima. Καικινία ⟨Λ.⟩ θυγατὴρ Πρεῖμα. 2253 (*Salonis*) -ia Calpurnia . . . Calpurnius et Rufina . . . filiae.
Caecina *errore, ut videtur, pro* Caecinia: CORP. VI 13865 -a Agathe. CORP. inscr. Graec. XIV 1723 (*Romae*) Καικίνᾳ Ῥογάτᾳ . . . Καίκινα Εὐήμερ(ος) πατήρ. CORP. 512, 9 (*periit, a. 390*) Cecine Lolliane clar⟨issi⟩me et inlustris femin⟨es⟩ (*cf. de ea supra l. 14*; *-ia nominatur in titulo Africano, de quo v. Dessau, Inscr. sel. II 4154*).
Caecina *loco cognominis in mulieribus*: CORP. VIII 3901 (*Lambaesi*) Marie -e Rasinius Postimus coniugi. 3519. 9075 (*in Mauretan. Caesar.*) Pompeio Saturnino ... Didia -a coniugi. **Caecinius, -a** *nom. gent.* CORP. XI 2742 (*Volsiniis*) C. -o Capriolo -a Eunia filio. 1460 (*Pisis*) -ae ... C. -us Theodorus patronus. *in* NOT. Tir. 115, 43 *legitur*: Cornilius, -us, Caecilius, Caelius. **Caeciniānus, -a, -um** *adi.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 12 p. 193, 25 in -a *Ciceronis oratione.* MART. CAP. 5, 527 *item.* Caeciniānus *cogn. vir.* CORP. V 1813 (*Gemonae*) Ti. Magio -o trierarcho. VII 114 (centuria) C. Iulii -i.

2. Caecina *fl. Etruriae, qui non procul a Volaterris oritur et prope Vada Volaterrana in mare influit, sic nominatus a* 1. Caecina, *q. v., hodie* Cecina; *cf. Hülsen, PW. III 1236; W. Schulze, Eigennamen p. 567.* MELA 2, 72 Populonia, Cecina, Pisae, etrusca et loca et flumina. PLIN. nat. 3, 50 Vada Volaterrana, fluvius -a (Cecina *AR*), Populonium.

Caecinia, -ius, -iānus *v.* Caecina. **Caecinna** *v.* Caecina.

Caecinus, Καικῖνος, *fl. in Bruttiis prope Locros; cf. Hülsen, PW. III 1243 et Nissen, Ital. Landesk. II 955.* THVCYD. 3, 103 κατὰ τὸν Καικῖνον ποταμόν. PAVSAN. 6, 6, 4 ποταμοῦ . . . τοῦ Καικίνου . . ., ὃς τὴν Λοκρίδα καὶ Ῥηγίνην ὁρίζων τὸ ἐς τοὺς τέττιγας παρέχεται θαῦμα. οἱ μὲν γὰρ τέττιγες οἱ ἐντὸς τῆς Λοκρίδος ἄχρι τοῦ Καικίνου κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις τέττιξιν ᾄδουσι· διαβάντων δὲ τὸν Καικίνην (Καικῖνον *L*^{1}) οὐδεμίαν ἔτι οἱ ἐν τῇ Ῥηγίνῃ τέττιγες ἀφιᾶσι τὴν φωνήν. τούτου μὲν δὴ παῖδα εἶναι λέγεται τὸν Εὔθυμον (τὸν πύκτην). AELIAN. var. hist. 8, 18 τὸν Καικῖνον ποταμὸν ὅς ἐστι πρὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως. *vix recte iudicasse videtur E. Maass, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 40 p. 532 sq.*

Καικῖνον, χωρίον Ἰταλικόν. Φίλιστος δευτέρῳ Σικελικῶν: STEPH. BYZ.

Caecius, -a *nom. gent.; cf.* Caecina. *antiquissima forma* Caicios: CORP. XIV 3076 (*Praeneste*) V. Caici(os). *v. etiam* Caecianus *p. 17, 9.* CIC. Att. 9, 11, 1 Lentulum nostrum scis Puteolis esse? . . . inventus est vix in hortis suis ⟨se⟩ occultans litterasque mihi remisit . . .; de suo autem consilio C. -o (Cetio *M*) mandata ad me dedisse. 9, 13, 7 -us (Cecius *M*). CORP. VI 2379a IV 3 (*a. 143 p. Chr.*) A. -us Faustinus Puteol(is) *miles praetorianus.* 4911 (*saec. I*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. Chr.) C. -us C. l. Auctus. 7038 -a (mulieris) l. Martia. 13869 C. -us Natalis. 13870 Q. -i Niconis. 13871 -a C. l. Eulimene C. -o C. l. Philaristo viro suo. 33436 Q. -us (mulieris) l. Dorco. 33437 -a Q. l. Heuticis. XIV 2097 (*Lanuvi, a. 42/3 p. Chr.*) C. -o Pulchro dictatore. IX 1691 (*Beneventi*) L. -o L. l. Hilaro. 1840 M. -us Tintinabelus. 1915 -a Montana. XI 640 (*Faventiae*) T. -us C. f. Pol(lia) ⟨. . .⟩, Q. -us C. f. Pol(lia) ⟨. . .⟩. VIII 19365 (*in prov. Numid.*) C. -us Nivalis. CORP. inscr. Graec. 3664 II 32 (*Cyzici*) *Π. Καίκιος Ἐπίκτητος.*

Caeciānus *cogn.* L. Cassius Caeicianus *in nummis aetatis liberae reipublicae; cf.* ***Babelon****, Monnaies de la républ. I p. 327 et Bahrfeldt, Nachträge I p. 78.* CORP. III 2980 (*in Dalmatia*) -i.

Caecōrum (*genet.*) oppidum *antiquum Calchedonis nomen.* PLIN. nat. 5, 149 Calchadon . . . Procerastis ante dicta, dein Colpusa, postea -um (Graegorum *D*, Gregorum *R*[1], Grecorum *R*[2]) oppidum, quod locum eligere nescissent. *cf.* TAC. ann. 12, 63 Byzantium in extremo Europae posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quaererent sedem caecorum terris âdversam. ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, praevisa locorum utilitate, peiora legissent. STRABO 7, 320.

Caecubus *ager Latii, in sinu Amyclano situs; cf. Hülsen, PW. III 1243.* Caecubi agri *infra l. 27. 29.* VARRO Men. 38 agrum -um. COLVM. 3, 8, 5 ⟨neque⟩ enim dubium est Massici Surrentinique et Albani atque -i agri vitis omnium, quas terra sustinet, nobilitate vini principes esse. PLIN. nat. 2, 209 quaedam insulae semper fluctuantur, sicut in agro -o. 3, 60 vitiferi colles et temulentia nobilis suco per omnes terras incluto . . . . hinc Setini et -i protenduntur agri; his iunguntur Falerni, Caleni . . . . 14, 52 digna opera quae in -is Setinisque agris proficeret, quando et postea saepenumero septenos culleos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas, musti dedere. *cf.* STRABO 5, 231 *τὸ δὲ Καίκουβον ἑλῶδες ὂν εὐοινοτάτην ἄμπελον τρέφει τὴν δενδρῖτιν.* 233 *sq. ἔχεται δὲ τοῦ Καιάτου κόλπου τὸ Καίκουβον, τούτου δὲ Φοῦνδοι . . . . πάντες δ' εἰσὶν οἱ τόποι οὗτοι σφόδρα εὔοινοι.* Caecubum vinum *quod ibi nascitur* (Caecuba vina *infra l. 42. saepe* Caecubum, Caecuba *absolute*): HOR. carm. 1, 20, 9 -um et prelo domitam Caleno tu bibes uvam. 1, 37, 5 depromere -um cellis avitis. 2, 14, 25 absumet heres -a dignior servata centum clavibus et mero tinguet pavimentum superbo pontificum potiore cenis. 3, 28, 3 prome reconditum . . . -um. epod. 9, 1 repositum -um ad festas dapes. 9, 35 quod fluentem nauseam coerceat metire nobis -um (*cf.* PORPH. quia austerissimum est -um vinum, merito nauseam coercet). sat. 2, 8, 15 -a vina. VITR. 8, 3, 12 inter Terracinam et Fundos -um (Caesibum *EGH*) *vinum* . . . procreari. PLIN. nat. 14, 61 antea (*i. ante divum Augustum*) -o *vino* erat generositas celeberrima in palustribus populetis sinu Amynclano, quod iam intercidit incuria coloni locique angustia, magis tamen fossa Neronis quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem incohaverat. 16, 173 licet pōpuli vitibus placeant et -a educent. 23, 35 -a *vina* iam non gignuntur. MART. 2, 40, 5 -a saccentur quaeque annus coxit Opimi, condantur parco fusca Falerna vitro. 3, 26, 3 Massica solus habes et Opimi -a solus. 10, 98, 1 addat cum mihi -um minister. 11, 56, 11 -a miscet. 12, 17, 5 ebria Setino fit saepe et saepe Falerno, nec nisi per niveam -a potat aquam. 12, 60, 9 turbida sollicito transmittere -a sacco. 13, 115 *tit.* -um. 13, 115, 1 -a Fundanis generosa coquuntur Amyclis, vitis et in media nata palude viret. CARM. epigr. 29, 10 (*aetate Hadriani*) merum prôfundite nigrum Falernum aut Sétinum aut -um . . . dé apothécá dominicá. CORP. XV 4545 (*in amphora*) Caec(ubum). *cf.* STRABO 5, 234 *ὁ δὲ Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανὸς καὶ ὁ Σητῖνος τῶν διωνομασμένων εἰσί, καθάπερ ὁ Φάλερνος καὶ ὁ Ἀλβανὸς καὶ ὁ Στατανός.* ATHEN. 1, 27a *εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ Καίκουβος, πληκτικός, εὔτονος· παλαιοῦται δὲ μετὰ ἱκανὰ ἔτη.* Caecuba vitis *al.*: PLIN. nat. 17, 31 -ae vites in Pomtinis paludibus madent. MART. 6, 27, 9 -a . . . vindemia.

Caeculus *Volcani filius, conditor urbis Praenestinae, auctor gentis Caeciliae* (*cuius nomen procul dubio a* Caeculus *ortum est; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 75 et 579*). SCHOL. Veron. Verg. Aen. 7, 681 ⟨Ca⟩to in Originibus ait -um virgines aquam petentes in foco invenisse ideoque Vulcani ⟨filium eum ex⟩istimasse et, quod oculos exiguos haberet, -um appellatum. hic colle(cticiis pastoribus) ⟨urbem Praene⟩ste fundavit. hunc Varro ab Depidiis pastoribus educatum ipsique Depidio nomen fuisse ⟨et datum cognom⟩entum -o (tradit) libro, qui inscr(ibitur Marius aut de fortuna). VERG. Aen. 7, 681 nec Praenestinae fundator defuit urbis, Volcano genitum pecora inter agrestia regem inventumque focis omnis quem credidit aetas, -us. 10, 544 Volcani stirpe creatus -us. PAVL. FEST. p. 44 -us condidit Praeneste. unde putant Caecilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. SOL. 2, 9 Praeneste . . . , ut Praenestini sonant libri, a -o *conditum*, quem iuxta ignes fortuitos invenerunt, ut fama est, Digidiorum sorores (MART. CAP. 6, 642). SERV. Aen. 7, 678 erant etiam illic (*Praeneste*) duo fratres, qui divi (divini MYTHOGR. 2, 184) appellabantur. horum soror dum ad focum sederet, resiliens scintilla eius uterum percussit, unde dicitur concepisse. postea enixa est puerum iuxta templum Iovis abiecitque. virgines aquatum euntes iuxta ignem inventum sustulerunt, qui a fonte haud longe erat: unde Vulcani dictus est filius. -us autem ideo, quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. hic postea collecta multitudine postquam diu latrocinatus est, Praenestinam civitatem . . . condidit. et cum ludorum die vicinos populos invitasset, coepit eos hortari, ut secum habitarent, et pro gloria iactare se filium esse Vulcani. quod cum illi non crederent, invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus est flamma circumdatus. quo facto commoti omnes simul habitaverunt et Vulcani filium esse crediderunt. MYTHOGR 1, 84 quidam infans, expositus a quodam famulo iuxta focum, in quo soliti erant pastores ignem accendere, calore ductus sese in calentes cineres misit; inventusque a pastoribus Vulcani filius creditus est et ab illis educatus -us est appellatus, quia parvulos ex igne habebat oculos (*secuntur similia narrationi Servianae*). *idem procul dubio est vel olim fuit* Caeculus *deus de quo ex Varrone* TERT. nat. 2, 15 -us qui oculos sensu exanim⟨et⟩. *cf. Wissowa, Gesamm. Abhandl. p. 318.*

Caecus. **1** *cogn. Ap. Claudi censoris a. 312 a. Chr., de quo v. Münzer, PW. III 2681.* CIC. Brut. 55 Appio -o. 61. 72 C. Claudio -i filio *consule.* Cael. 33 -us ille. VELL. 1, 14, 7 Appio -i filio *consule.* PLIN. nat. 15, 2 Appio Claudio -i nepote *consule.* 33, 17 Appi -i. QVINT. inst. 11, 1, 39 Appius -us. 12, 10, 61. FRONTIN. aq. 5 Appio Claudio Crasso censore, cui postea ⟨Caeco⟩ fuit cognomen. SVET. Tib. 2. 3 Claud. 24 FLOR. epit. 1, 18, 20 AMPEL. 19, 2 HIER. chron. a. Abr. 1693 CORP. I[2] p. 192 n. X FAST. cos. Capitol. a. u. c. 442 *et* 447 (Corp. I[2] p. 21). *revera caecum eum fuisse veteres fere consentiunt; cf. Münzer l. c.* PLVT. Pyrrh. 19. LIV. 9, 29, 11 censorem etiam Appium memori deum ira post aliquot annos luminibus captum. CIC. Phil. 1, 11 Appium illum et caecum et senem. Cato 16. 37. Tusc. 5, 112 qui caecus annos multos fuit. VLP. dig. 3, 1, 1, 5 Appius denique Claudius caecus consiliis publicis intererat. *al.* PLVT. Coriol. 11 *τῶν δὲ σωματικῶν . . . Καίκους καὶ Κλωδίους ἐπωνυμίας τίθενται, καλῶς ἐθίζοντες μήτε τυφλότητα μήτ' ἄλλην τινὰ σωματικὴν ἀτυχίαν. ὄνειδος ἡγεῖσθαι μηδὲ λοιδορίαν, ἀλλ' ὡς οἰκείοις ὑπακούειν ὀνόμασιν.*
2 *alia huius cognominis exempla, quae quidem plane certa sint, non extant.* CORP. III 14756 (*in Dalmatia*) ⟨Bae?⟩bius Ca⟨e?⟩cus. *corrupta videtur esse* CORP. XII 2215.

Caedagonius *nom. vir. barb.* CORP. III 10720 (*in Pannon. sup.*) ⟨. C⟩aedagonius ⟨A⟩ttus . . . Q. Caedago⟨nius . . .⟩.

Caediānus, -a *v.* Caedius.

Caediciae tabernae *v.* Caedicii vicus.

Caediciānus *v.* Caedicius *et* Caedicii vicus.

Caedicii vicus *in territorio Suessano situs; de quo v. Mommsen ad Corp. X 4727; Nissen, Ital. Landesk. II 665. nominatus a nom. gent.* Caedicius. PLIN. nat. 14, 62 a vico -i (*sic M*, Caedias, Ceadis, Cedias *cett.*), qui vicus a Sinuessa VI m. passuum abest. *eaedem* Caediciae tabernae: PAVL. FEST. p. 45 Caedi⟨c⟩iae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae. *huc pertinere videtur* LIV. 22, 36, 8 multo cruore signa in Sabinis, caedes aquas fonte callidos manasse (*sic P*; Caedicis aquas fonte calido gelidas manasse *coni. Mommsen*, Caedicias aquas *Nissen; sed* Cacretes aquas in fonte calido *Luterbacher*). *adi.* **Caediciānus,** -a, -um. CORP. X 4727 (*in agro Falerno*) L. Pápius L. f. Ter(etina) Pollio duo vir L. Papio L. f. Fal(erna) patri, mulsum et crustum colonís Senuísanís et Caedicianeis.

Caedicii *populus, in Aequicolis. nomen habent a* Caedicius *nom. gent.; cf. etiam* Caedicii vicus, Caediciae tabernae, Caedicius campus. PLIN. nat. 3, 108 in hoc situ ex Aequicolis interiere Comini, Tadiates, Caedici, Alfaterni.

Caedicius, -a *nom. gentis plebeiae, ortum a* Caedicus, *q. v.; cognatum* Caedius. *cf.* Caetius, Caetennius *al.; W. Schulze, Eigennamen p. 137. prior* i *brevis, cf.* IVV. 13, 197. 16, 46 *et infra sub* Caedicianus *et* Caedecus. L. -us *trib. pleb. a. 475 a. Chr.*: LIV. 2, 52, 6. DIONYS. ant. 9, 28, 1 *Λεύκιος Καιδίκιος* (*καὶ δέκιος C*). LIV. 5, 52, 6 eodem anno (*a. 391 a. Chr.*) M. -us de plebe nuntiavit tribunis se . . . vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quae magistratibus dici iuberet Gallos adventare. PLVT. Camill. 14 *Μᾶρκος Καιδίκιος.* 30. fort. Rom. 5 *Μάρκῳ Καιδεκίῳ.* LIV. 5, 45, 7 a Q. -o centurione, quem sibimet ipsi praefecerant *Romani milites* (*a. 390 a. Chr.*). 5, 46, 6. APPIAN. Celt. 5 *Καιδίκιος.* LIV. 10, 40, 7 equitibus legatos alios, C. -um et ⟨T.⟩ Trebonium, praefecit *L. Papirius Cursor ad Aquiloniam a. 293 a. Chr.* 10, 41, 8. Q. -us Noctua *cos. a. 289 a. Chr.*: CASSIOD. chron. II p. 127, 265 Q. -us (Caeditius *P*). *cf. Münzer, PW. III 1246.* Q. -us *trib. mil., qui a. 258 a. Chr. exercitum Romanum in Sicilia servavit*: CATO orig. 83. FRONTIN. strat. 1, 5, 15 alii Laberium, nonnulli Q. -um, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripserunt. 4, 5, 10. Q. -us Q. f. Q. n. *cos. a. 256 a. Chr*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 498 (Corp. I[2] p. 24). VELL. 2, 120, 4 (*a. 9*) L. etiam -i praefecti castrorum eorumque, qui una circumdati Alisone immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 8 Caedi⟨ci⟩us primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis nostris pro duce fuit. CORP. VI 31543 C. -us Agrippa *curator riparum et alvei Tiberis* (*aetate Tiberiana*). TAC. ann. 15, 71 (*a. 65*) -a (*trad.* Cadicia) uxor Scaevini *Italia prohibetur.* IVV. 13, 197 poena autem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vehemens ac multo saevior illis quas et -us gravis invenit et Rhadamanthus. *cf.* SCHOL. -um aulicum Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi. satellitem Neronis. IVV. 16, 46 iam facundo ponente lacernas -o. *tituli*: CORP. I 752 (*a. 6*) Hyllus -i. VI 694 A. -us Theophilus. 975 b III 25 (*a. 136*) Sex. -us Se⟨x. l.⟩ ⟨. . .⟩atus. 1057, 2, 86 (*a. 205*) A. Caedic. Iovinus *vigil.* 1058, 2, 15 (*a. 210*) A. Caedícius Iovinus (*idem*). 1870 a. 1952 b, 7. 2010 b, 22 A. Caedic. Priscianus. 3509 C. -us C. f. Fal(erna) Flacceianus. 5520 a. 7189. 9207 M. -us Iucundus aurifex de sacra via... Clodia Cypare . . . soror -aes Priscaes. 9662. 10719. 13872—13879. 17149. 19976. 25201. 26562. 34709. XV 3424 (*in amphora*) -ae M. f. Victricis (*cf.* XI 6695, 23 *et* X 6252 [*Fundis*] -ae M. f. Victricis). XIV 1373 (*Ostiae*). X 6017 (*Minturnis*) L. Gallius L. f. Poplicola, C. -us C. f. duo vir(i) ex s(enatus) c(onsulto) pondera et metra exaequarunt. 6025 a. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 74 n. 261 (*Peteliae*) -ae L. f. Iridi. CORP. XI 2255 (*Clusi*) A. -us Pompeianus. V suppl. Ital. 194 (*Aquileiae*). XII 4670 add. (*Narbone*). III 1988 (*Salonis*). VIII 9653 (*in Maur. Caesar.*) T. Caesen(nius) Iuvenis..., -us Ianuarius h(eres). *ab hoc nomine vocati sunt* Caedicii *populus*, Caedicii vicus, Caediciae tabernae, Caedicius campus, *quos vide.* **Caediciānus,** -a, -um *adi.* CORP. VI 29770 hortus Caedic⟨ianus⟩ . . . ⟨cum aedi⟩ficio intra quo⟨d habitatio Caedi⟩cis Patricio et Zo⟨simo data est⟩. X 114, 11 (*Peteliae*) rei p(ublicae) Petelinorum dari volo . . . vineam -am cum parte fundi Pompeiani. *v. etiam* Caedicii vicus. *nom. vir.*: MART. 1, 118, 2 nil illi satis est, -e, mali. 8, 52, 5. 10, 32, 2. 10, 84, 2 MARC. AVR. *εἰς ἑ.* 4, 50 *Κα⟨ι⟩δικιανός.* CORP. VI 20317 M. Iulius Verutius cura(m) acens Iuli -i. III 1089 (*in Dacia*) Q. Aburnius Caedic⟨i⟩anus leg(atus) Aug(usti) (*cf.* XV 228 [*in lateribus, a. 125*] ex f(iglinis) Fur(ianis) Q. Aburni -i. 227 [*a. 123*]. 229 [*a. 140*]. 230—233. 234 [*a. 126*] Ab(urni) Ce(diciani). 603 [*a. 123*] ex fig(linis) Tempesini(s) Aburni Cae(diciani). 604 *sqq.* XIII 10022, 256). XIV 281 II 13 (*Ostiae*) C. Maeclasius -us q(uin)q(uennalis) *corporis dendrophorum.* 281.

Caedicius campus *in Vestinis.* PLIN. nat. 11, 241 proximum autem urbi Vestinum *caseum Appenninus mittit*, eumque e Caedicio campo laudatissimum.

Caedicus *nom. vir. antiquissimum, unde ortum* Caedicius *nom. gent.* i *brevis est.* **1** VERG. Aen. 9, 360 cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim quae mittit dona, hospitio cum iungeret absens, -us. SERV. Aen. 9, 358 -us quidam Tiburti Remulo, cum eum sibi absens hospitio vellet adiungere, misit phaleras et cingula. **2** *in exercitu Mezentii*: VERG. Aen. 10, 747 -us (Ce- *M*) Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen.

? **Caedimnus** *nom. vir.* CORP. X 47 (*Vibone, periit*) ⟨C⟩n. Iulius Cn. f. Maturus..., Pontilius Caedimnus amico.

Caedius, -a *nom. gent.; cf.* Caedicius, *et* Caetius, Caetennius; *W. Schulze, Eigennamen p. 137.* Caeid- *scriptum infra l. 49.* CORP. VI 9743 Q. -us Q. l. Agatho, -a Q. l. Nice. 13880 L. -us P. f. Sca(ptia) Bestia. IX 1433 (*Aequi Tutici*) M. -us C. f. Ga⟨. . .⟩. 2349 (*Allifis*) -a Festa. 3087 (*Sulmone*) Caeidia T. f. sacerdos Cereris et Veneris (Caeeidia *traditur* XI 434). 3092 Caedia⟨e⟩ ⟨I⟩onice. 3312 (*Superaequi*) T. Statius P. f. Marc., T. Ammaus P. f. Nerva, C. -us T. f. Pansa aed(iles) ex p(agi) d(ecreto) aquam saliendam c(oeraverunt). 4248 (*Amiterni*) L. -us L. f. Qui(rina) Pius. 4249. 4908 (*Trebulae Mutuescae*) Q. -i Q. l. Sar. haruspex. X 487 (*Paesti*) M. -us M. l. Nicephor. 4792 M. -i Chilonis. XI 5981 (*Pitino Mergente*) T. Vedius V. f., -a C. f. Secunda, . . . Variana C. f. Gava, Vib. Vedius Sert. f. 6345 (*Pisauri*) -i Rufini. 6362 T. -o T. f. Cam(ilia) Atilio Crescenti eq(uo) p(ublico). V 1764 (*Fori Iuli*) Q. -us P. f. Pup(inia) sex vir Tergeste. 2908 (*Patavi*). 5325 (*Comi*). II 3455 (*Carthagine nova*) C. -í P. f. Scap(tia). INSCR. Ephem. epigr. IX p. 138 n. 365 (*in Hispan. Tarracon.*). *Γάιος Καίδιος v. Schulze l. c.* *v. etiam* Cedius.

Caediānus, -a *cogn.* CORP. IX 2349 (*Allifis*) L. Fadio L. f. -o equit(i) Roman(o) . . . filio Caedia Festa mater. X 4885 (*Venafri*) C. Menio C. f. Ter(etina) Basso . . . et Munatiae L. f. Caedian(ae) uxori.

Caefalius *v.* Cephalius.

Caefer, -ra *nom. gent. etrusc.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 297.* CORP. VI 13881 C. Caefro Hermeti patrono . . . et Caefrae Macedoniae libertae eius C. Caefer fecit. *cf.* Cefrianus.

Caeic- *v.* Caec-. **Caeid-** *v.* Caed-.

Caeienius *v.* Caetenius. **Caeiōn-** *v.* Ceion-.

Caeilobricoi *legitur in titulo Lusitano* CORP. II 416 add. *vernacula lingua, quam ignoramus, scripto. Hübner ad hunc titulum et PW. III 1276 confert* PTOL. 2, 6, 41 *Κοιλερινῶν Κοιλιόβριγα.* *in Visigothorum nummis nominatur oppidum* Caliabria, *hodie* o castello de Calabre.

Caela *opp. Thraciae.* PLIN. nat. 4, 47 intus Bizye, . . . regio Caenica, colonia Flaviopolis, ubi antea Caela (Cela *Ra*, Coela *A*) oppidum vocabatur.

Cael⟨. . .⟩linus *fundus Volceianorum.* CORP. X 407, 5, 16 (*Volceis*).

Caeladius, Caeladus *v.* Cel-.

Caelaeto *nom. vir. barb.* CORP. VIII 9349 (*Caesareae*) ⟨. . .⟩s regis ⟨Iu⟩bae l(ibertus) Caelaeto hic situs est.

Caelānus pagus *Beneventanus; cf. nom. gent.* Caelius *et* Caenius, *et W. Schulze, Eigennamen p. 113 et 554.* TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 40 fundi Profiani in Benevent(ano) pago Caelano.

Caelaon *gens Hispana.* CORP. II 5798 (*in conventu Cluniensi*) Aiae Caelaon Peregrini filiae.

Caelasia *nom. mul.* CORP. VIII 3377 (*Lambaesi, descr. Renier*) Afrania Anniboni . . . . Baebia Caelasia . . . Geminius Faustus ⟨coniugi⟩.

Caeledonius *nom. vir.* CORP. VIII 15952 (*in prov. procos.*) Caeledonius vixit annis septuaginta.

Caelemont- *v.* 1. Caelius mons.

Caelenae, Caelenicus *v.* Cileni.

Caelennia *f. nom. gent. etrusc.; cf. etrusc.* (*genet.*) cailinal (CORP. inscr. etrusc. I 45) *et* Caelonius (*?*), Caelius. *W. Schulze, Eigennamen p. 134.* CORP. VI 13882 Caelennia L. et (mulieris) l. Ia.

Caeler, Caeler- *v.* Cel-.

Caeles, -is *praen. etrusc.*, caile. Caeles Vibenna, *etrusce* caile vipinas (*cf. Martha l'art étrusque p. 397*): VARRO ling. 5, 46 Celius mons a Cele Vibenn⟨a⟩, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra ⟨T⟩ati[n]um regem. hinc post Celii obitum... deducti dicuntur in planum. FEST. p. 355 *Tuscum vicum dictum aiunt* ⟨quod Volci⟩entes fratres -es et Vibenn⟨a, quos dicunt regem⟩ Tarquinium Romam secum max⟨ime adduxisse, eum colue⟩rint. PAVL. FEST. p. 44 Caelius mons dictus est a -e quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversum Sabinos praebuit, eo quod in eo domicilium habuit. TAC. ann. 4, 65 Caelium *montem* appellitatum a -e Vibenna, qui dux gentis Etruscae cum auxilium portavisset, sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit: nam scriptores in eo dissentiunt. *idem* Caelius: ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 18 Servius Tullius, . . . sí Tuscos *sequimur*, -i quondam Vivennae sodalis fidelissimus omnisque eius cásús comes, postquam variá fortuna exáctus cum omnibus reliquís Caeliání exercitús Etrúriá excessit, montem Caelium occupavit et a duce suo -o ita appellita⟨vit⟩. DIONYS. ant. 2, 36, 2 *ὧν* (*qui Romulo se adiunxerunt*) *ἐφ' ἑνὸς ἡγεμόνος ἐκ Τυρρηνίας ἐλθόντος, ᾧ Καίλιος* (*Κέλλιος Bb*) *ὄνομα ἦν, τῶν λόφων τις, ἐν ᾧ καθιδρύθη, Καίλιος εἰς τόδε χρόνου καλεῖται.* *v. etiam genet.* Celii *supra l. 20.* **Caeliānus,** -a, -um *adi. et* **Caeliānī,** -ōrum *quae Caelis Vibennae sunt*: VARRO ling. 5, 46 de Celianis qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum qui vocatur Celiolus. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 20 *v. supra l. 32.*

Caelesta *v.* 1. *et* 2. Caelestis. **Caelestia** curia *v.* 1. Caelestis.

Caelestiānus *v.* Caelestius.

Caelestīnī, -ōrum *pop. Vmbriae.* PLIN. nat. 3, 114 interiere et . . . Paesinates, Caelestini.

1. Caelestīnus *nom. vir. a* caelestis. **1** *rerum scriptor saec. III p. Chr.; cf. Gensel, PW. III 1247.* TREB. Valer. 8, 1 Valerianus iunior . . . a fratre, ut -us dicit, Augustus *est appellatus.* **2** *consularis Baeticae*: COD. Theod. 9, 42, 3 (*a. 357*) -o consulari Baeticae. **3** *Afer*: AMM. 28, 6, 22 (*a. 370*) Valentinianus . . . -um . . . puniri supplicio capitali praecepit. **4** *episcopus Romanus, qui sedit ab a. 422 ad a. 432; cf. Jülicher, PW. III 1247.* *titulus sepulcralis eius* PS. DAMAS. epigr. 92 -us agens vitam migravit in illam. CARM. epigr. 312 culmen apostolicum cum -us haberet primus et in toto fulgeret episcopus orbe. AVG. epist. 192 sancto fratri et condiacono -o Augustinus. 209 sancto papae -o Augustinus. PROSP. chron. I p. 470, 1281 c. coll. 21, 4. VINCENT. LER. 32 beatae memoriae papae -i. sanctus papa -us. beati -i. GENNAD. vir. ill. 55 CASSIOD. hist. 10, 29. 11, 10 AVELL. p. 231, 14. 339, 27 *al.* MARCELL. chron. II p. 75, 423. 77, 430, 3. LIB. pontif. p. 94 -us natione Campanus (*al.* Romanus). **5** *alii*: PASS. Scill. p. 117, 15 *Κελεστῖνον* (*in latino* Laetantium). VLT. SYLL. gramm. IV 119 accipe nostra tuis audacius edita iussis -e potens. AVG. epist. 18 Augustinus -o. 114. CONC. Rom. a. 531 Mansi VIII p. 740 D -o *presbytero.* **6** *tituli*: CORP. VI 1057, 1, 35 (*a. 205*) T. Iulius -us *vigil.* 1057, 1, 157 C. Aemili(us) Caelest. *vigil.* 1057, 2, 70 Q. Valli(us) Caelestin. *vigil.* 1143 (*imperante Constantino*) Q. Attius Graniu⟨s⟩ -us v(ir) c(larissimus). † 9150 -us. 10653 T. Aeli -i. 13883 -o filio . . . Alexander pater. 27092 Tadius -us. 32480, 16 -us. INSCR. christ. Rossi I 117 (*a. 353*) -us. 372 (*a. 388*) Celestinus. CORP. XIV 255 II 15 (*Ostiae*) Aemilius -us. 580 T. Anto⟨ni(us) Cae⟩lestinus. 608 L. Arrio Celestino. X 3550 (*Miseni*) Bifonio Celestino nat(ione) Afer. 3601 Marci -i nat(ione) Sar(di). XII 2821? VII 127. II 4586 (*in Hispan. Tarracon.*) Marcus Stabilius -us. VIII 340 (*in prov. Byzac., cf.* 11505) L. Bolanius -us. 1887 (*in prov. procos.*) T. Fl(avius) T. f. ⟨. . .⟩ Caele⟨stinus⟩ . . . ⟨statuas⟩ deae Caele⟨stis⟩ . . . *dedit.* 2561, 6 (= 18073, *in prov. Numid.*) ⟨M⟩agn(ius) Celestin. *signifer.* 2564, 2, 34 (*saec. III p. Chr.*) Octavius Caelestin. *miles.* 12775 (*in prov. procos.*) Iulius -us. 14489 -us dulcissimus Narcithius. **Caelestina** *nom. mul.* COD. Greg. 2, 6, 1 (*a. 223*) imp. Alexander A(ugustus) Valeriae -ae. COD. Iust. 5, 24, 1 (*a. 294*) Diocletianus et Maximianus . . . -ae. INSCR. christ. Rossi I 447 (*ante a. 397*) -ae. CORP. XV 7404 (*in fistula*) Aur. -ae. XIV 793 (*Ostiae*) Muciae Celestinae. X 2944 (*Puteolis*) Sempronia -a. 3612 (*Miseni*) Iulia Celestina. VIII 10505 (*in prov. Byzac.*) ⟨T⟩erentia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cele⟨s⟩tina. 4026 (*in prov. Numid.*) Rutilia Celestina. 21137 (*in Maur. Caesar.*) Attiae -ae. INSCR. christ. Kraus I p. 159, 13.

2. Caelestīnus *cogn. Iovis; cf. Wissowa, PW. III 1247.* CORP. VI 404 (*cf.* 30756) Ioví optimó maximó -íno, Fontibus et Minervåe et collegió sanctissimó, quod consistit in práedís Larcí Macedonis (*cos. a. 122*). *cf.* Iuppiter Caelestis *s.* 2. Caelestis.

1. Caelestis *Afrorum dea, Carthagine maxime culta, quae vernacula lingua* Tanit *vocitata est; cf. Cumont, PW. III 1247 et Suppl. I 269; Wissowa, Relig. u. Kultus 312. graece* ἡ Οὐρανία, *cf.* HERODIAN. 5, 6, 4. *appellata est a Romanis maxime* Iuno (*cf. etiam* INSCR. Revue archéol. 4. sér. VIII 1906 p. 473 [*prov. procos.*] ex praecepto deae -is Aug(ustae) simulacrum Iunonis Reginae cum exhedra sua ... excoluit), *nonnumquam etiam* Venus, *q. v.* Caelesta *v. infra l. 56. 80.* TERT. nat. 2, 18 quanti sunt qui norint visu[m] vel auditu[m] Atargatim Syrorum, -em Afrorum, Varsutinam Maurorum ...? apol. 12 ad bestias impellimur (*christiani*). certe quas Libero et Cybele et -i applicatis (*cf.* APVL. met. 6, 4 celsae Carthaginis, quae te virginem vectura leonis caelo commeantem percolit. *cf. etiam nummos Septimi Severi.* DIO 79, 12). 24 unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut ... Africae -is. COMM. instr. 1, 16, 9 deas Furi⟨nam⟩, -em. CAPITOL. Pert. 4, 2 in quo proconsulatu (*Africae*) multas seditiones perpessus dicitur vaticinationibus ⟨carmin⟩um, quae de templo -is emergunt. Opil. 3, 1 vates -is apud Carthaginem, quae de⟨a⟩ repleta solet vera canere. TREB. trig. tyr. 29, 1 Afri... Celsum imperatorem appellaverunt peplo deae -is ornatum. FILASTR. 15, 1 est haeresis in Iudaeis, quae Reginam, quam et Fortunam Caeli nuncupant, ⟨adorant⟩, quam et -em vocant in Africa (*cf.* CORP. VIII 6943 [*Cirtae*] Fortunae -is. XIII 7610 [*in Germ. sup.*] Iovi o(ptimo) m(aximo) Serapi, -i Fortunae et genio loci). AMBR. epist. 18, 30 -em Afri ... colunt. AMM. 22, 13, 3 deae -is argenteum breve figmentum, quocumque ibat secum solitus efferre *Asclepiades philosophus.* PS. PROSP. prom. 3, 38, 44 apud Africam Carthagini -is inesse ferebant templum nimis amplum, omnium deorum suorum aedibus vallatum .... antistes Aurelius, caelestis iam patriae civis, cathedram illic loco -is et habuit et sedit. ... sub Constantio et Augusta Placidia ... Vrso insistente tribuno *deus* omnia illa templa ad solum usque perducta agrum reliquit .... AVG. in psalm. 62, 7 quam dicunt -em. 98, 14 regnum -is quale erat Carthagini! ubi nunc est regnum -is? serm. 106, 9, 12 Carthago in nomine Christi manet, et olim eversa est -is, quia non fuit caelestis, sed terrestris. SALV. gub. 8, 9 -em illam ... Afrorum daemonem dico: cui ideo, ut reor, veteres pagani tam speciosae appellationis titulum dederunt, ut, quia in eo non erat numen, vel nomen esset ... quis ergo illi idolo non initiatus? quis non a stirpe ipsa forsitan ac nativitate votus? ... quis ... non eorum, qui christiani appellabantur, -em illam aut post Christum adoravit aut, quod est peius multo, ante quam Christum? VICT. VIT. 1, 8 *Carthagine* viam, quam -is vocitabant (quae -is vocabatur *pars codd.*), funditus deleverunt *Vandali* (*cf.* PS. PROSP. prom. 3, 38, 44). VLP. reg. 22, 6 deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatus consulto constitutionibusve principum instituere concessum est, sicut Iovem Tarpeium, ... et -em Salinensem Carthaginis. CORP. VI 77 dominaé -í (VIII 20320 [*in Mauret. Sitif.*] dominae ⟨C⟩aelesti). 78 invictae -i (80 invicite Celesti Vranie dona po(suerunt) *viri duo* leones). 79 iussu Caele⟨stis⟩. 545 (= 30789) numini praesenti -i. 2242 principi sacerdot[i]um daeae -is. X 1598 (*Puteolis*) ⟨C⟩aeles⟨t⟩ae? XIII 7610 (*in Germ. sup.*) *v. supra l. 28.* III 992 (*in Dacia, periit*) numini Ca⟨e⟩lest⟨..⟩. 993 -i Augustae et Aesculapio Augusto et genio Carthaginis et genio Daciarum (VIII 993 [*in prov. procos.*] aedem quam Cassia Maximula flaminica divae Plotinae -i deae voverat, ... maritus ... et ... filius ... marmoribus et museis et statua Pudicitiae Aug. et Thorace -is Augustae ornaverunt. *cf.* 12501. 1485 -i Aug. sac. 1837. 4286 [*in prov. Numid.*]. 6351. 6939. 8239 [*a. 120*] numini -is Aug. 8241. 8432 [*in Mauretan. Sitif.*]. 12376 [*in prov. procos.*]. 14850. 15512 [*saec. III*]. 16411. 16415. 16865. 20743 [*in Mauretan. Caes.*] -i Aug. reduci et conservatrici domus suae .... II 2570 [*in Hispan. Tarrac.*]). 10955 (*in Pannon. sup.*) ⟨Cael⟩est(i) Reg(inae). VIII 1360 sacer(dos) Cael(estis). 1887 ⟨statuas⟩ deae Caele⟨stis ...⟩, deae Virtut⟨is ...⟩ ... dei Aescula⟨pi ...⟩. 2226 (= 17619, *in prov. Numid.*) Celes⟨ti⟩, Sa⟨turno⟩, Mercurio, Fortunae, diis iuvantibus. 2592 -i sacr. res publ(ica) Lamb(aesitanorum). 4673 (*in prov. procos., saec. III*) sacerd(os) Cael(es)t(is). 4674 (*cf.* 16868). 8433 (*in Mauretan. Sitif., a. 236*) ex praecepto deae sancte -is Mercurio Aug. s⟨acr.⟩. 16417 (*in prov. procos., a. 188*) sacerdos publicus deae -is et Aesculapi. 16918 sacerdos Caelest⟨is⟩. INSCR. Revue arch. 4. sér. III 1904 p. 297 (*in prov. Tripolitana*) Celestis sanctissima, propitia(m) te (h)a⟨b⟩eamus CORP. II 4310 (*Tarracone*) sacerdotí -is íncomparabilí religionis eius.
pluraliter Caelestēs, -ium: CORP. VIII 9015 (*Auziae, a. 200*) -ibus Augustis s⟨anctissimis?⟩ templum donis et numine honoratum. 20744 (*a. 213*) Caelestabus Augustis sanctum. 20745 (*a. 222*) -ibus Augustis sanctissimisque. 20746 (*a. 241*) díis -ibus Augg. C. Iulius Libosus (*idem qui* Caelesti Aug. *titulum n.* 20743 *dedicavit*).
virgo (*cf.* Venus virgo, Iuno virgo): TERT. apol. 23 ista ipsa virgo -is pluviarum pollicitatrix (*cf.* CARM. epigr. 254). AVG. civ. 2, 4 ludis turpissimis, qui dis deabusque exhibebantur, ... -i virgini et Berecynthiae matri omnium. 2, 26 ubi et quando sacrati -is audiebant castitatis praecepta, nescimus; ... hinc meretriciam pompam, illinc virginem deam. ... virginali numini. INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 407 (*Romae, a. 259*) Flaviae Epicha⟨ridi⟩ sacerdotiae deae virgini -is praesentissimo numini (*sic*) loci montis Tarpei ... una cum sacratas et canistrariis (*sic*). CORP. VIII 9796 (*in Mauretan. Caesar.*) equites deae magnae virgini -i restituerunt templum. *cf.* APVL. met. 6, 4. virgo caelestis *sidus dicitur*: AMM. 31, 13, 7 solque sublimior decurso Leone ad domicilium caelestis Virginis transiens. *v. etiam v. Domaszewski, Orientalische Studien, Theodor Nöldeke gewidmet p. 861 sqq.* Caelestis dea *Iulia Domna appellata est* (*cf. Wissowa, Relig. und Kultus p. 313*): CORP. XIII 6671 (*Mogontiaci*) ⟨Iuliae Augustae⟩ -í deae ⟨matri imperato⟩ris Caesaris ⟨M. Aureli Anton⟩iní Pií Felicis. **Caelestius**, -a, -um *adi., a dea Caeleste declinatum, ut videtur.* CORP. VIII 829 (*in prov. procos.*) cur(ia) -a. 14613 curiae ⟨Caeles⟩tiae (*dativo*) ... curia Caelest(ia).

2. Caelestis *deorum dearumque cognomen. cf.* (di) caelestes *et* caelites, *quibus opponuntur* inferi. *exempla hic exhibenda censui omnia, quamvis pars ad deam Caelestem spectare videatur.* caelesta *infra l. 48.* INSCR. Jahreshefte des österr. arch. Inst. V (1902) Beiblatt p. 113 (*Apuli Daciae*) Balti caeles⟨ti⟩. CORP. XIV 3530 (*inter Tibur et Praeneste, a. 88*) Bonae deae sanctissimae -i. X 4849 (*Venafri*) collegium cultorum Bonae deae -is. VAL. MAX. 1, 8 ext. 17 societatem ... ipsius -is Concordiae sinu genitam, nutritam et finitam. CORP. XIV 3536 (*Tiburc*) Díanåe -i. V 5765 (*Mediolani*) iussu imperiove cael(estis) Dianae Aug(ustae). VIII 999 (*Carthagine*) Dianae cael(esti) Aug(ustae). Fortuna -is *v. supra p. 21, 28.* CORP. III 10407 (*in Pannon. inf.*) Iunoni -i Q. Caecilius Rufinus Crepereianus cos., leg. Augg. pr. pr. VIII 1424 (*in prov. procos.*) Iunoni -i Aug(ustae) sac. MART. CAP. 1, 58 ex bis septena *caeli regione* Saturnus eiusque -is Iuno ... acciti. *cf. etiam* CORP. VI 2128 Iunoni Iuniae C. Silani f. Torquatae ... caelesti patronae Actius l(ibertus). CORP. X 4852 (*Venafri*) cult(ores) Iovis cae(lestis). XI 5643 (*Matilicis Vmbriae*) N. Ortori⟨us⟩ N. f. Pol(lia) Ferox Aesae (*i. oriundus oppido Aese sito in ripa sinistra sive Vmbra fluvii Aesis*) ... Iovi -i. III 8668 (*in Dalmatia*) Iovi -i. *cf.* 1948 Iovi o⟨pt⟩imo maximo celesti patrono *et* Caelestinus Iuppiter *s.* 2. Caelestinus.
MART. CAP. 1, 48 Lar -is nec non etiam militaris Favorque ex quarta *caeli* regione venerunt. CORP. VI 521 Mercurio -i fatali Q. Munatius Trochorus ex voto solvit votum Munatiorum. APVL. flor. 20 p. 98 Carthago Africae Musa -is, Carthago Camena togatorum.
CORP. VI 30789 numini praesenti -i. CORP. VI 639 (*ex apographo fortasse male excepto*) Securitati cae⟨l⟩e⟨st⟩i. CORP. VI 638 Silvano -i Q. Glitius Felix Vergilianus poeta d. d. CORP. VI 780 (*imperante Traiano*) Veneri cae⟨lesti Aug(ustae)?⟩ et diís ⟨omnibus⟩. IX 2562 (*Boviani Vndecimanorum*) Venerí -í Augustae sacr. X 1596 (*Puteolis, a. 134*) ecitium tauroboliu⟨m⟩ Veneris caelestae et panteliu⟨m⟩ Herennia Fortunata inperio deae ... iterata est. V 8137 (*Polae*) ⟨Ve⟩neri -i. 8138. INSCR. numm. Cohen IV² p. 388 n. 8 *sqq. et* VI² p. 407 n. 9 (*nummi Augustarum Iuliae Soaemiadis et Magniae Vrbicae*). APVL. met. 11, 2 regina caeli (*Luna*) ... seu tu -is Venus, quae primis rerum exordiis sexuum diversitatem generato amore sociasti .... *cf. etiam* GLOSS. III 168, 7 urania celestis. 236, 66 Οὐρανία Vrania, caelestis.

3. Caelestis *nom. vir. et mul.* CORP. VIII 4866 (*in prov. procos.*) Iulia Celestis. GREG. TVR. Mart. 4, 15 in Ausciensi quoque territorio erat homo -is nomine. *fortasse huc pertinet* INSCR. christ. Brit. 128 Caelexti.

Caelestius *nom. vir.* 1 *filius Maximini praefecti praetorio, dux Valeriae a. 373 p. Chr.* ZOSIM. 4, 16, 4 Κελέστιος. *idem ab* AMM. 29, 6, 3 Marcellianus *nominatur.* 2 *christianus, Pelagii sectator, de quo v. Jülicher, PW. III 1251.* AVG. epist. 157, 22 -us in eiusdem (*Carthaginiensis*) civitatis ecclesia iam ad presbyterii honorem subrepere coeperat, sed ... usque ad iudicium episcopale perductus est. 175, 1 Pelagium et -um auctores nefarii prorsus et ab omnibus nobis anathemandi erroris. super -ii nomine. 175, 6. 176, 4. perf. iust. 1, 1. gest. Pelag. 11, 23 in doctrina -ii discipuli eius (*Pelagii*) (pecc. orig. 11, 12). 13, 29. 22, 46. grat. Christ. 30, 31. pecc. orig. 2, 2. retract. 2, 33, 2 -us ... discipulus eius (*Pelagii*) iam ... apud Carthaginem in episcopali iudicio ... excommunicationem meruerat. haer. 88 c. Pelag. 1, 5, 9. 2, 3, 5 *sqq.* c. Iul. 3, 1, 4. INNOC. epist. 30, 6 (Migne 20, 592) (*cf.* PAVL. MED. adv. Cael. 1 LIB. pontif. p. 88, 6 AVG. epist. 190, 6, 22. 196, 1, 7). AVELL. p. 99 (*epist. Zosimi papae in defensionem Caelestii*). 99, 16 -us presbyter. 103 *sq.* EDICT. a. 418 (*Corpus legum ed. Haenel p. 238*). a. 419 (Aug. epist. 201, 1) dudum quidem fuerat constitutum, ut Pelagius atque -us ... ab urbe Roma ... pellerentur *eqs.* CANON. Migne 56, 500ᴬ (*imperator Constantius Volusiano praefecto urbis*). 500ᴮ. MAR. MERC. Cael. 1, 1 -us quidam eunuchus matris utero editus, discipulus et auditor Pelagii, ante viginti plus minus annos egressus ex urbe Roma Carthaginem Africae totius metropolim venit ibique ... est accusatus. 1, 2 ecclesiastica communione privatus est. a qua sententia ad Romani episcopi examen credidit appellandum. qua mox idem ipse appellatione neglecta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ephesum . . . contendit ibique ausus est . . . locum presbyterii petere. 1, 3—5 *postremo Romam venit et a Zosimo episcopo damnatus est.* subst. praef. 4 nobilis natu quidem et illius temporis auditorialis scholasticus, sed naturae vitio eunuchus matris utero editus. OROS. apol. 1, 6. 3, 3. 4 *al.* VINCENT. LER. 2. 24. 33 PRAEDEST. 1, 88 p. 617^D GENNAD. vir. ill. 45 AVELL. p. 359, 5. GREG. M. epist. 9, 135 Caelestinus (*sic*). **3** *christiani alii*: SIDON. epist. 9, 10, 1 frater noster -us nuper ad te reversus de Biterrensi. CONC. Arelat. a. 524 p. 38, 7 *et* 39, 2. 26 -us (*traditur etiam* Caelestinus) episcopus *Gallicus sedis ignotae.* **Caelestiānus,** -a, -um *adi., quod ad Caelestium haereticum pertinet.* AVG. serm. 181, 2, 2 haeretici autem sunt Pelagiani iidemque -i. 181, 5, 7 haeretice Pelagiane vel -e. haer. 41 Pelagiani iidem -i. 88 quem (*Pelagium*) magistrum Caelestius sic secutus est, ut sectatores eorum -i etiam nuncuparentur. c. Pelag. 2, 3, 5 novum et execrabile dogma Pelagianum vel -um. HIER. epist. 143, 1 (*Alypio et Augustino*) cooperatoribus et auctoribus vobis haeresis -a iugulata est. CONST. Sirmond. 6 (*a. 425*) episcopos nefarium Pelagiani et -i (-ini *YD*) dogmatis errorem sequentes. PRAEDEST. 1, 88 p. 618^B Pelagiani tamen seu -i catholicae plebi permixti sunt, quia ecclesiam aliam non habent. PS. AVG. hypomn. praef. 2.

Caelia *nom. oppidorum; cf.* Caelianum *et* Caelina. **1** *opp. Apuliae, quod hodie appellatur* Ceglie di Bari; *cf. Hülsen, PW. III 1252.* CORP. VI 2382 b, 33 C. Valerius C. f. Cla(udia) Masculin(us) Cael(ia). TAB. Peut. 6, 5 Celia. RAVENN. p. 283 Celia (Guid. Cecilia). *in nummis graecis* Καιλίνων. STRABO 6, 282 Κελία. PTOL. 3, 1, 64 Ἀπουλῶν Πευκετίων μεσόγειοι . . . Καιλία. *hinc* **Caelīnus** ager: LIB. col. II grom. p. 262, 9. **2** *opp. Calabriae; cf. Hülsen l. c.* PLIN. nat. 3, 101 Lupia, Balesium, -a (Caelium F^2, Caeli *ED*), Brundisium. *cf. quae hodie nominantur* Cellino *et* Ceglie Messapica.

Caelia Horrea *v. s.* Horrea.

Caeliānēnsis *adi. a* Caelianum *vel* Caeliana *provinciae Numidiae; cf.* Caelianum. NOT. episc. Num. 49 Quodvultdeus -is.

Caeliānum *opp. Lucaniae; cf.* Caelia *et* Caelina. *v. Hülsen, PW. III 1253.* ITIN. Anton. Aug. p. 113, 4 Venusia, . . . -um Heraclia. *de altero eiusdem vel similis nominis oppido v.* Caelianensis.

Caeliānus, -a *v.* Caelius. **Caelica** *v.* Caelicus.

Caelicolae *v.* caelicola. **Caeliculus** *v.* Caeliolus.

1. Caelicus, -a, -um *v.* 1. Caelius mons.

2. Caelicus, -a *nom. gent. barb.* CORP. II 2420 (*Bracarae Augustae 'saeculo fere primo exeunte'*) T. -us Sipipes Fronto et M. et Lucius Titi f. pronepotes -i Frontonis. *idem vir in titulo ibidem invento* INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 401 n. 115 (= CORP. II 2419) ⟨Ce⟩licus Fronto Arcobrigensis Ambimogidus fecit Tongoenabiago *deo.* Celicus fecit Front⟨o⟩. Arcobriga *sive Lusitana sive Callaeca.* p. 404 n. 120 (*ibidem*) ⟨Ca⟩elica ⟨Ce⟩ltici ⟨Ba⟩edun(iensis). Baedunia *Callaeciae oppidum.*

Caelidius, -a *nom. gent.; cf.* Caelius. CORP. IX 293 (*Barii*) -a Nomia. III 8203 (*in Moes. sup.*) Sex. -us Secundus S(exti) C(aelidi) Lupi et Mataurae Cominiae fili⟨us⟩ Aemil(ia) Stob⟨i⟩s. 8209 (*ibid.*) -a Secunda.

Caelido- *v.* Chelido. **Caeliēnsis** *v.* Horrea (Caelia).

Caeligena *Caeli progenies; cf.* Caelus. VARRO ling. 5, 62 et Victoria et Venus *a poetis* dicitur -a; Tellus enim quod prima vincta Caelo, Victoria ex eo. AVSON. 385, 36 falcigerum placant sanguine -am (*i. Saturnum*). *cf.* caeligena.

Caelimont- *v.* 1. Caelius *mons.*

Caelina *opp. in Venetis situm; cf.* Caelia *et* Caelianum; *Hülsen, PW. III 1254.* PLIN. nat. 3, 131 interiere . . . ex Venetis Atina et Caelina.

Caelinia *nom. mul. barb.* PS. VEN. FORT. vita Remed. 1, 2 benedictae Caeliniae (Chil-, Cil-, Cyl- *plerique*) *matri Remedii episcopi Remensis.* *cf.* Celina.

Caelīnus, -a, -um *cf.* Caelia *1.*

Caeliolus *pars montis Caelii; cf. Hülsen, PW. III 1254.* VARRO ling. 5, 46 de Caelianis (*qui cum Caele Vibenna Romulo auxilio venerant*) qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum qui vocatur -us (Celiolum *F*). *hunc* CIC. har. resp. 32 Caeliculus *nominat*: L. Pisonem quis nescit his temporibus ipsis . . . Dianae sacellum in Caeliculo sustulisse? *cf.* MART. 12, 18, 6 maior Caelius et minor. *v. etiam infra l. 82.*

Caeliōmontānus *v.* 1. Caelius *mons.*

Caelioniga. CORP. II 5336 (*in conventu Asturum*), *cf. p. 1050, fortasse legendum est* Scopci⟨n⟩o? Aunacum Maiae -ae ex gente Penioru(m).

Caelitās, -ātis *cogn. vir.* CORP. VIII 3496 (*Lambaesi*) C. Caelio -i.

1. Caelius mons *urbis Romae; cf. Hülsen, PW. III 1273 et Jordan-Hülsen, Topogr. d. Stadt Rom I 3 (1907) p. 220 sqq. plerumque et aetate antiquiore* -us mons; *at* mons -us VELL. 2, 130 ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 21 FRONTIN. aq. 76 TAC. ann. 4, 64 SVET. Tib. 48 AVR. Fronto p. 31, 7 N. VIR. ill. 4, 3 CAPITOL. Aur. 1, 5 TREB. trig. tyr. 25, 4 AMM. 16, 12, 66. collis: FRONTIN. aq. 87 *cf.* 76. Caelibum (*an* Caeliolum?) monticulum GLOSS. V 445, 26. 564, 55 (clivum *H*). -us *omisso* mons: OV. fast. 3, 522 MART. 12, 18, 6 FRONTIN. aq. 87 LAMPR. Heliog. 30, 4 PAVL. FEST. p. 341 (*cf.* VARRO ling. 5, 47 FRONTIN. aq. 19). VARRO ling. 5, 46 Celius mons a Cele Vibenn⟨a⟩, Tusco duce nobili. PAVL. FEST. p. 44 -us mons dictus a Caele quodam ex Etruria. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 21 *Servius Tullius* montem -um occupavit et a duce suo Caelio ita appellita⟨vit⟩. TAC. ann. 4, 65 montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, . . . mox -um appellitatum a Caele Vibenna. *ceterum v.* Caeles. CIC. rep. 2, 33 *Ancus Marcius* Aventinum et -um montem adiunxit urbi (*cf.* STRABO 5, 234 Ἄγκος δὲ Μάρκιος προσλαβὼν τὸ Καίλιον ὄρος). LIV. 1, 30, 1 Roma . . . crescit Albae ruinis. . . . -us additur urbi mons, et, quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiae capit ibique habitavit (1, 33, 2 *cum* -um montem Albani implessent. VIR. ill. 4, 3 EVTR. 1, 4 DIONYS. ant. 3, 1, 5). DIONYS. ant. 2, 50, 1 Ῥωμύλος . . . τὸ Παλάτιον κατέχων καὶ τὸ Καίλιον ὄρος. VARRO ling. 5, 47 cum Celio[n] coniunctum Carinae. *ibid.* circa Minervium qua in -o monte itur. CIC. off. 3, 66 cum in arce augurium augures acturi essent iussissentque Ti. Claudium Centumalum, qui aedes in -o monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis (VAL. MAX. 8, 2, 1). LIV. 2, 11, 8 Valerius -o monte cohortes . . . educit. PAVL. FEST. p. 131 Martialis campus in -o monte dicitur, quod in eo Equirria solebant fieri, si quando aquae Tiberis campum Martium occupassent. FEST. p. 348 Septimontio, ut ait Antistius Labeo, hisce montibus feriae: Palatio . . . , V⟨e⟩l⟨i⟩ae . . . , Fagu⟨t⟩ali, Suburae, Cermalo, Oppio, -o monti, Cisp⟨i⟩o monti. *cf.* p. 340 *et Wissowa, Gesammelte Abhandlungen p. 247. itaque sacrum fiebat ipsis montibus vel numinibus eorum; cf.* Iuppiter -us *infra l. 43.* PAVL. FEST. p. 341 Septimontium appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium: Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, -o, Oppio et Cispio. OV. fast. 3, 522. 835 -us ex alto qua mons descendit in aequum. VELL. 2, 130 proxime (*sub Tiberio*) incenso monte -o (TAC. ann. 4, 64 deusto monte -o. . . . adduntur sententiae, ut mons -us in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies . . . inviolata mansisset. SVET. Tib. 48). PLIN. nat. 36, 48 in -o monte *domus Mamurrae.* MART. 12, 18, 6 maior -us et minor (*i. Caeliolus*). FRONTIN. aq. 19. 20. 22. 76. 87 TAC. ann. 15, 38. SVET. Vesp. 9 *Vespasianus fecit templum* divi . . . Claudi in -o monte coeptum . . . ab Agrippina (*cf.* FRONTIN. aq. 20. 76 REG. urb. p. 3, 12). CAPITOL. Aur. 1, 5 natus est Marcus Romae . . . in monte -o in hortis (*cf.* AVR. Fronto p. 31, 7 N. mons -us meus). AMM. 16, 12, 66 in castris peregrinis, quae in monte sunt -o. SYMM. epist. 3, 88, 1 -ii montis habitator *Symmachus.* 7, 18, 1 in larem -um. 7, 19. VIB. SEQ. geogr. p. 155 -us Romae, unus ex septem montibus. SERV. Aen. 6, 783. CORP. VI 334 (*cf.* 30739) Herculi Iuliano, Iovi -o (*cf. supra l. 26*), genio Caeli montis Anna sacrum. **Caelicus,** -a, -um *adi.* STAT. silv. 2, 3, 14 -a tesca (*sic Markland,* tecta *M*). *a* Caelius mons *adi. fictum* **Caelimontānus** (Caelemontanus), -a, -um. Caelimontāna porta (*cf. Hülsen, PW. III 1246*): CIC. Pis. 55 cum ego *Pisonem* -a introisse dixissem, sponsione me, ni Esquilina introisset, homo promptus lacessivit. 61 ad portam -am. LIV. 35, 9, 3 porta -a fulmine icta est. Caelemontānī arcūs *aquae Claudiae* (*cf. Richter, Topographie p. 320*): CORP. VI 1259, 10 (*a. 201, periit*) arcus -os plurifariam vetustati conlapsos. Caelemontānus campus (*cf. Hülsen, PW. III 1246*): CORP. VI 9475 Ti. Claudio Glypto hymnologo de campo -o. **Caeliōmontānus** *a* Caelio monte, *ut* Foroiuliensis *al. et* Caelimontānus *cogn. in gente Verginia. cos. a. 456 a. Chr.*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 298 (Corp. I^2 p. 16) Sp. Vergínius A. f. A. ⟨n.⟩ Tricost(us) Caeliomont(anus). *cos. a. 448 a. Chr.*: LIV. 3, 65, 2 T. Verginius Caelimontanus. T. Verginius Tricostus -us, *cos. a. 496 a. Chr.*: HYD. Caelimontano. CHRON. Pasch. Κελεμοντανοῦ. A. Verginius Tricostus -us, *cos. a. 494 a. Chr.*: CHRONOGR. a. 354 Celimontano. HYD. -o. CHRON. Pasch. Κελεμοντανοῦ. DIONYS. ant. 6, 34 Αὖλος Οὐεργίνιος Μοντανός. A. Verginius -us, *cos. a. 469 a. Chr.*: CHRONOGR. a. 354 Caelimontiano. HYD. Caelimontano. CHRON. Pasch. Κελεμοντάνον. DIONYS. ant. 9, 56 Αὖλος Οὐεργίνιος Νομεντανός. *cos. a. 373 a. Chr.*: CHRONOGR. a. 354 Cellemontano. *cf. de his* CORP. I^2 p. 98 *sq.* 102 *sq.* 104 *sq.* 106 *sq.* 124 *sq.* **Caelimontium** (Caelem-): REG. urb. p. 3, 12 regio II Caelemontium. CORP. XV †7190 (*in collario aeneo*) tene me quia fugi et revoca me in Celimontio ad domu Elpidii v. c. *hinc* **Caelimontiēnsis** *adi.*: CORP. VI 31899 (= 10099) -bus. 31893 b, 4 ⟨C⟩aelimontiensib(us).

2. Caelius mons *Raetiae; cf. Ihm, PW. III 1275.* ITIN. Anton. Aug. p. 250, 7 Guntia, -o monte, Campoduno. NOT. dign. occ. 35, 30 tribunus cohortis tertiae Herculeae Pannoniorum, -o.

Caelius, -a *nom. gent.; cf.* Caeles, Caelennia (Caelonius [?]), *quae etruscae originis sunt,* Caelius mons, Caelidius *nom. gent.*, Caelia, Caelianum, Caelina *oppida*, Caelanus pagus; *et* Caenius *nom. gent.* Kaili(us): CORP. VI 8234 (*olla vineae S. Caesarei*). Cailia: CORP. V suppl. ital. 275. *notatur saepe* Cael., *raro* Cae. GELL. 14, 5, 2 Caelius Caeli (*vocativo*). *confunditur aetate posteriore cum* Coelius *q. v.; cf. etiam* CORP. VIII 16587 (*in prov. procos.*) Coelia Quinta . . . , -us Ca⟨t⟩us fil. eius. 972 Q. Coelius Laeti f. Laetus et M. -us Syllae f. Pacatus aed(iles). 973. *de gente Caelia*: CIC. Mur. 17 non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortissimisque viris, [novis hominibus,] sed his recentibus, Mariis et Didiis et -iis commemo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

randis. Corp. VIII 7255 (*Cirtae*) genti -ae. M. -us *trib. pleb. aetate Catonis maioris*: Gell. 1, 15, 9 M. Cato ... in ea oratione, quae inscripta est 'si se -us tribunus plebis appellasset'. Fest. p. 169. 234 in ea *Catonis* oratione, quae est contra M. -um. p. 344 Cato in ⟨M.⟩ -um si se appellavisset. Pavl. Fest. p. 59 Cato in Marcum Cae[ci]lium. Prisc. gramm. II 228, 3 Cato in M. Cae[ci]lium. Cic. S. Rosc. 64 non ita multis ante annis aiunt T. -um quendam Tarracinensem, hominem non obscurum ... inventum esse mane iugulatum. Val. Max. 8, 1, 13. M. Caelius Rufus *a Cicerone oratione, quam habemus, defensus* (*cf. Münzer, PW. III 1266*): Cic. Cael. 3 quaecumque in equite Romano dignitas esse possit ... eam semper in M. -o (*patre*) habitam esse summam. 5 quod est obiectum municipibus esse adulescentem non probatum suis, nemini umquam praesenti ... maiores honores habuerunt, quam absenti M. -o; quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt .... *trib. pleb. a. 52 a. Chr., aedilis a. 50, praetor a. 48. orator nobilis*: Vell. 2, 36, 2. 2, 68, 1 Qvint. inst. 10, 1, 115. 10, 2, 25 asperitatem -i. 12, 10, 11 indolem -i. Tac. dial. 17. 18. 21. 25 amarior -us. 26. 38. Plin. epist. 1, 20, 4 ego ... Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, -um ... oppono. S. C. Cic. epist. 8, 8, 6 (*a. 51 a. Chr.*) C. -us *trib. pl.* C. -us Rufus, *cos. a. 17; cf. Groag, PW. III 1266.* Cn. Arulenus -us Sabinus *iurisconsultus, cos. a. 69* (*cf. Jörs, PW. III 1272*): Gell. 4, 2, 3 -us Sabinus in libro, quem de edicto aedilium curulium composuit. -us Attianus *natione Hispanus Italicensis, praefectus praetorio sub Hadriano* (*cf. Groag, PW. III 1256*): Spart. Hadr. 1, 4 *Hadrianus* -um ⟨Att⟩ianum *tutorem habuit.* Q. -us Flavianus *clarissimus vir, patronus Canusinorum, a. 223*: Corp. IX 338, 1, 19. D. -us Calvinus Balbinus, *imperavit a. 238 p. Chr; cf. Stein, PW. III 1258.* Corp. X 3732 C. -o Censorino v(iro) c(larissimo) ... cons(uli) ... comiti d(omini) n(ostri) Constantini maximi Aug(usti). -us Aurelianus, *natione Numida Siccensis, qui saeculo p. Chr. quinto, ut videtur, de medicina scripsit* (*cf. Wellmann, PW. III 1256*): Cassiod. inst. div. 31 Aurelii -ii de medicina. *exempla ex libris hausta*: Lvcil. 1079 -i (*vocativo*). 1295 -i Numeri. Rhet. Her. 2, 13, 19 C. -us iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scaena nominatim laeserat. Hor. sat. 1, 4, 69 -i Birrique latronum. Plin. epist. 10, 51, 1 affinem eius (*socrus meae*) -um Clementem. Conc. Rom. a. 499 p. 405, 28 -us Symmachus episcopus ... ecclesiae ... urbis Romae. p. 406, 2 -us Rusticus episcopus civitatis Menturnensis. p. 406, 3 -us Bonifatius episcopus ecclesiae Veliternensis. p. 406, 4 -us Misenus episcopus civitatis Cumanae. *titulorum exempla*: Corp. VI 8235 (*olla vineae S. Caesarei*) M. Caeli(us) C. f. a(nte) d(iem) e(dus) Mart(ias). 500 (*a. 377*) -us Hilarianus v(ir) c(larissimus). 1704 C. -o Saturnino v(iro) c(larissimo) ... comiti ... Constantini ... Aug. 1705. 2379b II 35 (*a. 143*) Q. -us Felix Neapoli. 2572 C. -us C. f. Arventus domo Lucanus. 2905 L. -o L. f. Pol(lia) Clementi Hasta. 3884 II 48 (*a. 198*) Q. -us Q. f. Pal(atina) Pudens Ost(ia). 13884 M. M. Caelieis. 14063 Q. -us L. f. Lem(onia), -a M. f. 31731 Luria Ianuaria c(larissima) f(emina) -o Felicissimo v(iro) e(gregio) coniug(i). Inscr. Rostowzew, tess. plumb. 1149 M. -i Clodiani v(iri) c(larissimi). Inscr. christ. Notiz. degli scavi 1902 p. 366 (*Romae*) Cael. Placido evok(ato). Corp. XV 7108 -us Aconius Probianus praef. praet. (*a. 462, ut videtur*). XIV †1893 (*Ostiae, ubi multi Caelii inventi sunt*) -us hic dormit. 2622 (*Tusculi*) C. -us C. f. Rufus *aedilis.* 2623. 2624 (*ibid.*) -a P. f. municipio suo donum dedit imaginem L. Saufei Ap. f. ex sé nátei. 2627 (*ibid.*) C. -us C. f. IX 1238 (*Aeclani, periit*) C. -o Rufo ... C. -us fil. †1377 (*ibid., a. 494*) -us Laurentius lector sanctae aeclesiae Aeclanensis. †1381 (*ibid., a. 511*) -us Iuhannis exhorcista. 1640 (*Beneventi*) C. -o C. f. St(ellatina) Bassaeo Donato pr(aetori) Cer(iali) i(ure) d(icundo) q(uin)q(uennali). 1641 (*ibid.*) C. -o C. f. St(ellatina) Bassaeo Procilio Faustino pr. Cer. i. d. qq. 1770 (*ibid.*) L. -i L. f. X 3698, 8 (*Cumis, a. 298*) -us Pannychus. 6104 (*Formis*) M. -us M. l. Phileros accens(us) T. Sextí imp(eratoris) (*qui Q. Cornificium a. 42 a. Chr. ad Vticam devicit*) ... Formis August(alis). 6328 (*Tarracinae*) -a C. f. Ma⟨c⟩rin⟨a⟩. Tab. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 94, 5 P. -í Primogen(is). Inscr. Notiz. degli scavi 1897 p. 275 (*Pompeis*) C. -us Secundus miles chort(is) VIII. Corp. XI 2390 (*Clusi*) Pheppio -i. 2743 (*Volsinis*) L. -o Vrso. 3883 (*Capenae*) M. -i Flavi Proculi (decem)viri stlitibus iudicandis, tribuni laticlavi leg(ionis) XX V(aleriae) V(ictricis) ... curatoris rei publicae Aquinatium. Inscr. Notiz. degli scavi 1893 p. 348 (*Ticini*) -a Matern(a), Q. -us. Corp. V 2070 (*Feltriae*) T. -o Mo⟨n⟩tano ... praef(ecto) i(ure) d(icundo). 4367 (*Brixiae*) d. m. L. -i Arriani medico legionis II Ital(icae). 7167 (*Pedemontana originis incertae*) M'. -us M'. f. Traso VIvir Aug. ... L. -o M'. f. Gallo ..., M.' -o M'. f. Cam(ilia) Praesenti. XII 518 (*Aquis Sextis*) M. -o Floro IIIIIIvir(o) Aug(ustali) ... M. -us Clemens patronus. XIII 678 (*Burdigalae*) Cael(iae) Regine. 8648 (*in Germ. inf.*) M. -o T. f. Lem(onia) Bon(onia) (centurioni) leg(ionis) XIIX ... ⟨ce⟩cidit bello Variano. III 995 (*in Dacia*) M. -us Iulianus tr(ibunus) l(ati)c(lavius). 1909 (*in Dalmat., a. 194*) ⟨.⟩ -us ⟨S⟩aturninus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) leg(ionis) I ad(iutricis) p(iae) f(idelis). 8745 (*litteris saec. II exeuntis*) -a Bonosa. 14195[28] (*in Asia, imperante Constantio*) L. Cael. Montius v(ir) c(larissimus) procons(ul) Asiae. II 908 (*in Lusitania*) Flaviae -i Flavi f. 5324 Q. -o Q. f. 6250 (*in sigillo medici ocularii*) Cae(li) Diadu(meni). *in Africa frequentissimum fuit*: Corp. VIII 345 (*in prov. Byzac.*) M. -us P. f. Arn(iensi) Quadratus. 514 Marcus -us Tuscus. 2216 (*in prov. Num.; cf.* 17611 [*saec. IV*]) -o Censorino ⟨viro clarissimo consular⟩e vIfascali p⟨rov. Numidiae Constantinae⟩. 2404 M. -i Saturnini flaminis perpetui. 2736 P. -us Optatus leg. Aug. pr. pr. leg. III Aug. 3496 C. -o Caelitati. 19328 (= 8209) -ae Maximae c(larissimae) f(eminae). 8423 (*in Mauret. Sitif.*) -a Thalassa Iudaea. 8812 (*saec. III p. Chr.*) Cae(lium) Martiale(m) agrimesore(m). 9026 (*in Mauretan. Caesar., a. 241*) P. -us Victor sacerdos. *cognomen, nomen singulare*: Corp. VI 26213 (*?*). XI 1378 (*cf.* 7002) Q. Nunni -i. V 6827 (*inter Eporediam et Augustam Praetoriam*) C. Cassius -ae nutrici. XII 4209 (*Sextantione*) Quarta Masel(i) f(ilia) sibi et -o viro (*?*), Quartino f(ilio). 4671 (*Narbone*) -us sibi et suis. XIII 211 (*in Aquitan.*) Mart(i) deo -us v. s. l. m. II 5278 (*in Lusitania*) Netoni deo -us v. s. l. m. VIII 4680 (*in prov. procos.*) Claudia Celia. 1931 (*in prov. Numid.*) Fl(avia) -a. 4366 Liciniae -ae. 8689 (*in Mauretan. Sitif.*) Comidius -us. Horrea Caelia *v. sub* Horrea.

Caeliānus, -a, -um *adi.* **1** *v. s.* Caeles. **2** Cic. Att. 10, 12[a], 3 animo -o. 10, 15, 2 -um illud. 10, 16, 4. *cf. Schmidt, Der Briefwechsel des M. Tullius Cicero p. 178 sq.* Sen. epist. 113, 26. Qvint. inst. 5, 13, 30 causa -a. 6, 3, 25. Corp. XV 49 (*in lateribus aetatis Hadrianae*) ex figlinis -is Seiae Isauricae. 50 Cae(liana) Servili Gelotis ex fig. Isaur. *cogn.*: Plin. epist. 10, 29, 1 Sempronius -us, egregius iuvenis, repertos inter tirones duos servos misit ad me. Traian. Plin. epist. 10, 30, 1. Corp. VII 940 L. Iunius Victorinus ⟨F⟩l(avius) -us leg. Aug. leg. VI Vic. P. F. *temporibus Hadriani vel Pii, ut videtur.* Ti. Claudius Saethida -us *xvir stlitibus iudicandis, ... quaestor provinciae Siciliae candidatus imperatorum Antonini et Veri, ... patronus Abellini; cf. Groag, PW. III 2864.* Lampr. Diad. 8, 9 magistri eius (*Diadumeni*) -i ... Afri quondam rhetoris. M. Calpurnius -us *vir egregius, procurator et praefectus Sardiniae a. 253/54; cf. Stein, PW. III 1370.* Cassiod. var. 1, 23 -o et Agapito v(iris) i(llustribus) patriciis (*a. 507/511*). 1, 27. 4, 22. Corp. III 1118 (*in Dacia*) Q. Marcius Victor Felix Maximillianus leg. Augg. leg. XIII G. et Pullaiena -a c(larissima) f(emina) eius. Corp. VI 1058, 7, 54 (*a. 210*) L. Octavius -us *vigil.* 8454 cum Sallustia Caelian⟨e⟩. 19881 L. Iulio -o -a filia patri. 21477 L. Lollio Vero -o. 32185 ⟨Ma⟩rcius Caelia⟨nus ...⟩ris consisto⟨rianus⟩ ... et sp(ectabilis). XIV 261, 4 (*Ostiae*). XI 6741 (*Ravennae*) C. Titio -o vet. ex optione n⟨at. Cor⟩sica. V 6599 (*in agro Novariensi*). XII 178 (*Antipoli*). XIII 8583 (*in Germ. inf.*) C. Aemilio A⟨e⟩miliano L. -us amico. 2258 (*in Dalmat.*) P. Caetennio -o. 6180, 2, 8 (*in Moes. inf.*). 13551, 12 (*in lucerna*) Celian. VIII 2330 (*in prov. Numid.*). 5113 (*in prov. procos.*) M. Furius -us. 17193 Furius -us.

Caelius *nom. vir. barb.* Corp. II 5321 (*in Lusitania*) Mantua Caelio Aucieicu Serani f(ilio) frat(ri). *cf.* 2781 (*in Hispan. Tarrac.*) ⟨...⟩ Caelio Clouti ⟨f. ...⟩?

ager **Caelī aēneī** *v.* Caelus.

Caelobothrās *rex Indorum; cf. Stein, PW. III 1275.* Plin. nat. 6, 104 ad primum emporium Indiae Muzirim. ... regnabat ibi, cum proderem haec, -as (Celebethonas *E*[2]). *cf.* Ptol. 7, 1, 86 Κάρουρα, βασίλειον Κηροβόθρου.

Caelodonius *nom. vir. christ.* Conc. Lugd. a. 567 aut 570 p. 141, 8 Caelodonius ... episcopus ecclesiae Matescensis.

? **Caelonius**, -a *nom. gent.; cf.* Caelennia, Caelius. Corp. IX 318 (*Rubis, periit*) Caelonia Saturnina.

Caeludo *v.* Chelido.

Caelus (-um) *deus Graecus Οὐρανός, et deus religionis orientalium; cf. Wissowa, PW. III 1276.* Serv. auct. Aen. 5, 801 ideo autem diximus '-us pater', ut deus significaretur. nullus enim deus generis neutri est. nam caelum genere neutro elementum significat. *cf.* Char. gramm. I p. 72, 12 Non. p. 197, 5. *sed* Caelum Varro ling. 5, 57 *sqq.* 65 Tert. nat. 2, 12. Enn. ann. 27 Saturno quem -us genuit. frg. var. 60 initio primus in terris imperium summum -us habuit. 99 montem qui vocatur -i ste⟨l⟩a. ... aram creat -o. Varro ling. 5, 57 principes dei -um et Terra. hi dei idem qui Aegypti Serapis et Isis ..., idem principes in Latio Saturnus et Ops. Terra enim et -um, ut ⟨Sa⟩mothracum initia docent, sunt dei Magni. 5, 59 haec duo, -um et Terra, quod anima et corpus. 5, 62 et Victoria et Venus dicitur caeligena; Tellus enim quod prima vincta -o, Victoria ex eo. 5, 65 idem hi dei -um et Terra Iupiter et Iuno. frg. Non. p. 197, 6 sic pater magnus, mater ⟨magna⟩ hi⟨s⟩ sunt -us, ⟨Tellus⟩. frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 cognomenta magnorum deorum. tres arae sunt in circo medio ad columnas, in quibus stant signa: in una inscriptum 'Diis Magnis', altera 'Diis Potentibus', tertia 'Diis Terrae et -o'. in haec duo divisus mundus. item duo initiales, unde omnia et omnes orti, et hi Dii Magni appellati in Samothrace. Cic. nat. deor. 2, 63 exsectum -um (*acc.*) a filio Saturno. 3, 44 patrem ... eius (*Saturni*) -um. ... -i ... parentes ... Aether et Dies. 3, 53 alterum *Iovem* patre -o *natum* (Arnob. nat. 4, 14). 3, 55 primus Volcanus -o natus. 3, 56 Mercurius unus -o patre, Die matre natus (Serv. auct. Aen. 1, 297. 4, 577 Schol. Stat. Theb. 4, 482 Ampel. 9, 5 Arnob. nat. 4, 14). nat. deor. 3, 59 Venus prima -o et Die nata (Ampel. 9, 9). 3, 62. Tusc. 2, 23 Titanum suboles ... generata -o. Tim. 39 Oceanum Sala-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adi. **Caesiānus**, -a, -um (Caesianus *nom. gent. v. p. 48, 79*): CORP. IV 5516 (*in amphora, imperante Nerone*) vin(um) -um. TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 27 fundi -i in Benevent(ano). 2, 47 fundi Valeriani -i Pliniani ... pertica Beneventana. Vel. (Corp. XI 1147) 3, 96 fundos -os Naevianos ... qui sunt in Veleiate ... adf(inibus) P. Terentio Floro et ... C. Caesio. *alterum servi nomen*: CORP. VI 2321 Pamphilus -us publicus VIIvir(um). *cogn.* (Caesiana *non plus semel inveni, p. 53, 16*): CORP. VI 31742 *sq.* (= 3835) P. Numício Pícae -o praef(ecto) eq(uitum), VIvir(o equitum Romanorum), q(uaestori) pro pr(aetore) provinc(iae) Asiae, tr(ibuno) pl(ebis), *qui vixit temporibus Augusti* (*cf. PIR II p. 419, 165*). L. Apronius L. f. -us (*de quo v. v. Rohden, PW. II 274*): *filius L. Aproni C. f. C. n. proconsulis Africae.* TAC. ann. 3, 21 missu patris Apronius -us ... prosperam adversus Numidas pugnam facit (*a. 20*). *tum septemvir epulonum Veneri Erucinae gladium, praetextam, patris et imp. Tiberi effigiem dedicavit*: CARM. epigr. 1525 (*in Eryce monte Siciliae*), *cui praescripta* ⟨L. Apronius L. f. Caesianu⟩s VIIvir e⟨pulonu⟩m ... ⟨Vene⟩rí Erucinae ⟨d.⟩ d. DIO 58, 19 *Tiberius post damnationem Seiani* ἐφείσατο ... Λουκίου Καισιανοῦ στρατηγοῦ ... τά τε ἄλλα πάντα διὰ φαλακρῶν ἐν τοῖς Φλωραλίοις μέχρι νυκτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ Τιβερίου χλευασίᾳ, ὅτι τοιοῦτος ἦν, ποιήσαντος, καὶ φῶς τοῖς ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου διὰ πεντακισχιλίων παίδων ἀπεξυρημένων παρασχόντος ... καίπερ Καισιανῶν ἐξ ἐκείνου πάντων τῶν φαλακρῶν ὀνομασθέντων. *cos. a. 39 cum C. Caesare Aug. II*: FAST. Antiat. (Corp. I² p. 247). ACT. Arv. a. 39. VITA Lucani p. 334. DIO 59, 13, 2. ind. 39 *trad.* Κελιανὸς ἢ Κεστιανός. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 57. CONSVL. Constant. chron. I p. 220. Plautius -us *legatus Daciae inferioris a. 129*: CONST. veteran. 46 p. 1977 int. 7 extr. 8. Plautius -us *procurator Augusti Norici*: CORP. III 5177. M. Iuventius -us *cos.*: CORP. V 4349 (*Brixiae*) *cf. p. 53, 6.* *ex titulis ceteri*: CORP. VI 2382 b, 31 (*a. 178*) Q. Lollius Q. f. M(a)ec(ia) -us Brun(disio). 2536 L. Flavius L. f.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pom(ptina) -us Asturica. 9356 Noniae P. l. Ionice… Olympus Asprenatis -i disp(ensator) coniugi (*cf.* INSCR. Rostowzew tess. plumb. 1139 Aspren. *in parte aversa* Caesian.). 13550. 19178. 25503 L. Rubelli T. f. Gemini -i. 32923a, 20 Vlpius -us *miles.* XV 3797 (*in amphora, a. 149*) ⟨Q.⟩ Q. Caesior(um) Caesi⟨an⟩i et Macrin⟨i⟩. 3798*sq.* XIV 3806 (*Tibure*) P. Iuventius -us (*cf. p. 52, 83*). X 1275 (*Nolae*) M. St⟨…⟩o M. f. Pal(atina) P⟨…⟩co Fisio Sereno Rutilio -o IIviro, auguri. XI 2806 (*Volsiniis*) Volcasie Sabine Annius -us. V 3470 (*Veronae*) Veroniae Caesiae Heliodorus et -us filí matri. III 2084 (*in Dalmat.*) T. Ter(entio) -o decurioni, aedil(i). 3620 (*in Pannon. inf., a. 217*) Lucio Sept(imio) -o. 13359 (*ibid.*) Fl(avius) Cesianus. 10378 (*ibid.*) Aur(elio) Caesia⟨no⟩ v⟨e⟩t(erano) coh(ortis) x pre⟨t(oriae)⟩. 7803 (*in Dacia*) Ael(ius) -us q(uin)q(uennalis). II 1941 (*in Hispan. Baet.*) L. Fabio Gal(eria) -o IIvir(o), flamini perpetuo m(unicipum) m(unicipii) Barbesulani. 5190 (*in Lusitan.*) L. Caesius Caesia⟨nus⟩. 3322 (*in Hispan. Tarrac.*) Corneliae M. ⟨f.⟩ -ae. VIII 12097 (*in prov. Byzac.*) L. Antistius -us. 3752 (*in prov. Num.*) Iuli Pudens, Victor, -us. 4385 (*ibid.*) C. Antoni -i. 4588 (*ibid., a. 164/5*) C. Iulius C. fil. Pap(iria) -us aedil(is), IIvir q(uaestor). INSCR. Graec. ad res Rom. pertin. III 586 (*Sidymis Lyciae*) ⟨ἀρχιερέα⟩ τῶν Σεβαστῶν καὶ γραμματέα ⟨Λ⟩υκίων τοῦ κοινοῦ, πατέρα Τιβερίου ⟨Κ⟩λαυδίου Καισιανοῦ Ἀ⟨γρ⟩ίππον ἀρχιερέως τῶν Σεβαστῶν καὶ γραμματέως ⟨Λυκίω⟩ν τοῦ κοινοῦ, … ⟨Τ⟩ιβέριος Κλαύδιος Καισιανὸς ⟨Ἀγρί⟩ππας τὸν ⟨ἑαυτοῦ πα⟩τέρα. 587. 588. 622 (*Xanthi Lyciae*) ἐν τῷ ἐπιτελεσθέντι ἀγῶνι πρώτῳ θέμιδος ἐκ διαθήκης Τιβ(ερίου) Κ(λαυδίου) Καισιανοῦ Ἀγρίππα. 623—626.

Caesnos(…) *nom. gent.* (?). INSCR. Notiz. degli scavi 1906 p. 304 (*Romae*) Cresces Caesnos. ser(vus).

1. Caeso, -ōnis. *praen. vir. antiquissimum, cuius exemplum, quod certe aetatis imperatoriae sit, novi nullum. habuerunt maxime* Fabii *et* Quinctii; Caesones Fabios, Quinctios, Duilios *novimus iam inde a saec. a. Chr. quinto. singulos invenimus in gentibus* Acilia *et* Tuccia. *accedunt ex titulis gentes* Albania (*Romae*), Cestia (*Praeneste*), Fabricia (*ibid.*), Satricana (*ibid.*), Annaea (*Ardeae*), Paccia (*in Marsis*), Plotia (*in Sabinis*), Calidena (*in Piceno*), Atilia (*Calibus*), Serponia (*ibid.*), Vomania (*in Etruria*), Aiedia (*ibid.*), Didia (*Gadibus*). *ortum esse a caedendo, quia Fabii Quinctiique Lupercalibus obvios februis caedebant, putat Mommsen, Röm. Forsch. I 17, cui assentitur Wissowa, Relig. u. Kultus d. Römer 484, 1; quod vereor ne rectum non sit. declinata inde* Caesulla, Caesonius. *cognata videntur esse* Caesius *al., q. v. in libris saepe* C. *scriptum pro* K. Kaeso *perscriptum infra l. 70,* Kaes. *p. 54, 7; ceteris locis* Caeso. *de orthographia*: VEL. gramm. VII 53, 8 qui k expellunt, notam dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam … hac eadem nomen Ka⟨es⟩o notatur. SCAVR. gramm. VII 14, 14. DIOM. gramm. I 424, 28 Caesonem (*cf.* CHAR. gramm. I 10, 13 Ka⟨e⟩sonem. DOSITH. gramm. VII 385, 9). *de origine*: PAVL. FEST. p. 57 -es appellantur ex utero matris exsecti. LIB. de praen. 6. PLIN. nat. 7, 47 primusque Caesarum, a caeso matris utero dictus, qua de causa et -es appellati. ISID. orig. 9, 3, 12.
Caesones Fabii: Q. Fabius K. f. Vibulanus *cos. II a. 482 a. Chr.*: DIONYS. ant. 8, 90 Κόιντον Φάβιον Καίσωνος υἱόν. *huius frater* K. Fabius K. f. Vibulanus *cos. a. 484 a. Chr.*: LIV. 2, 41, 11 Caesone Fabio. 2, 42, 2. 7. 2, 43, 1 Caeso Fabius. 2, 46, 6. 2, 48, 1. 3. 4. 5. DIONYS. ant. 8, 83 Καίσων Φάβιος Καίσωνος υἱός. 9, 1. 14. *similiter* DIOD. 11, 38. 48. 51. CASSIOD. chron. II p. 123, 120 C. Fabius. p. 124, 123. 125 K. Fabius. *huius fratris filius*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 289 (Corp. I² p. 16) Q. Fabius M. f. K. n. Vibulan⟨us⟩. a. u. c. 295 (*ibid.*) *item.* K. Fabius M. f. Q. n. Ambustus *trib. mil. II a. 401 a. Chr.*: *sic* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 353 (Corp. I² p. 18). LIV. 4, 54, 3 C. Fabio Ambusto. *item* 4, 61, 4. 5, 10, 1. 5, 24, 1 Caesonem Fabium Ambustum. DIOD. 14, 19 Καίσων Φάβιος. 14, 44. 94. 15, 20 Γάιος Φάβιος. *huius filius* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 385 (Corp. I² p. 20) M. Fabius K. f. M. n. Ambustus. C. Fabius, *qui Gallis Capitolium obsidentibus per medias hostium stationes egressus in Quirinali colle sacrificavit* (*cf.* LIV. 5, 46, 2 *al.*), *ap.* DIO. frg. 25, 5 Boiss. *nominatur* Καίσων Φάβιος. *frater consulis a. 310 a. Chr.*: LIV. 9, 36, 2 M. Fabius — Caesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt. FRONTIN. strat. 1, 2, 2 Fabium Caesonem.
Caesones Quinctii: *filius L. Quincti Cincinnati*: LIV. 3, 11, 6 Caeso erat Quinctius, ferox iuvenis. 3, 11—25. CIC. dom. 86 Kaeso ille Quinctius. VAL. MAX. 4, 4, 7 Caesone. VIR. ill. 17, 1. SIDON. carm. 2, 528. DIONYS. ant. 10, 5 Καίσων Κοίντιος. *cos. a. 351 a. Chr.*: LIV. 7, 22, 3 T. Quinctius Poenus; quidam Caesonem, alii ⟨C.⟩ nomen Quinctio adiciunt. *duumvir aedis locandae a. 217 a. Chr.*: LIV. 22, 33, 8 Caeso (*sic P*) Quintius Flamininus. Caesones Duilii: DIONYS. ant. 11, 23, 2 Καίσων Δουέλλιος *decemvir a. 450 a. Chr.* LIV. 3, 35, 11 C. Duilius. 3, 41, 10. *cos. a. 336 a. Chr.*: LIV. 8, 15, 1 Caesone Duillio. 8, 15, 14. CASSIOD. chron. II. p. 126, 218 K. Duillius. CIC. epist. 9, 21, 2 C. Duilio. DIOD. 17, 29 Καίσων Οὐαλέριος. *trib. mil. a. 299 a. Chr.*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 355 (Corp. I² p. 18) C. Duíl⟨i⟩us K. f. K. n. Longus. *in gente Acilia*: INSCR. Dessau 8764, 115 (*Delphis, a. 189/8*) Λεύκιος Ἀκίλιος Καίσωνος υἱὸς Ῥωμαῖος. *huius filius* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 604 (Corp. I² p. 26) M'. Acilius L. f. K. n. Balbus. *in gente Tuccia*: VAL. MAX. 4, 4, 10 habitus veterum patrimoniorum …: namque Tuccia (Taccia *LA*¹) Caesonis filia …. TITIN. com. 107 metuo hercle, Caeso, ne nimis stulte fecerim. *in titulis inveni hos*: CORP. VI 30842 (*Romae*) Aiscolapio dono⟨m⟩ L. Albanius K. f. dedit. XIV 2891 (*Praeneste*) Q. K. Cestio Q. f. Hercole donu ⟨d⟩edero. 3131 (*ibid.*) M'. Fabrici K. f. 3239 (*ibid.*) C. Satricani K. f. 3242 (*ibid.*) K. Satricani K. f. IX 3885 (*ad lacum Fucinum*) Sex. ⟨P⟩accius M. ⟨f.⟩ et Sex. Paccius Ka⟨es. f.⟩ quinq(uennales). 4363 (*in agro Amiternino*) C. Plotius C. f. K. n. 5052 (*in Piceno, a. 55 a. Chr.*) Sex. Calidenus K. f. Q. n. X 8336, 1 (= I² 2 n. 474, *Ardeae in vasculo*) eqo K. Anaios. 8054, 1 (= I² 2 n. 405, *in vasculis Calenis*) K. Atilio. INSCR. Dessau 8567 (*in vasculo Caleno*) K. Serponio Caleb(us) fece(t) veqo Esqelino C(ai) s(ervos). CORP. XI 6706, 1 (= I² 2 n. 476, 1, *in vasculo Capenate*) K. Pa(quius) Aiedies (*i.* Aiedii). 6706, 5 (= I² 2 n. 476, 5, *in vase Capenate*) K. (*dub.*) Vomanio. II 1802 (*Gadibus*) K. Didius L. f. 3795 (*Liriae*) K. A(cilius) Severus? *cognominis locum habet*: CORP. VI 23383 C. Ofillio -i. IX 5147 (*Castri Novi*) L. Agid⟨ius…⟩ Kaeso. V 8825 (*Altini*) L. Turillio L. f. Caesoni. II 2126 (*in Hispan. Baet.*) C. Cornelius C. f. C. n. Gal(eria) Caeso aed(ilis), flamen, IIvir municipí Pontificí, C. Cornel(ius) Caeso f(ilius). VIII 19268 (*in prov. Numid.*) mag(ister) p(agi) P(huensium) Sex. Meti⟨li⟩us Caeso. *adde*: COD. Iust. 10, 32, 1 (*a. 259*) imp(eratores) Valerianus et Gallienus A(ugusti)… Caesoni. *sed vide, ne quaedam ex his barbarica sint, cf.* 2. Caeso.

2. Caeso *nom. vir. barb. dux Hispanus*: SIL. 3, 377 Mandonius populis domitorque insignis equorum imperitat -o. *cf.* Caesius *p. 52, 52 et* 1. Caeso *l. 22.*

Caesolenus, -a *nom. gent.; cf.* Caesulenus, Caesolius, Caesellius, Caesilius. CORP. IX 3978 (*Alba Fucente*) C. -us ⟨Ter⟩minalis et C. Cae⟨solen⟩us Felix.

Caesolius, -a *nom. gent.; cf.* Caesolenus. CORP. XI 4095 (*Ocriculi, a. 341*) M. -us Saturninus. *idem* 4096. 4097. 4244 (*Interamnae*) d. in. Sex. Annei Flori … Cesolia Faustina coniugi.

Caesōnīnus *cogn. a gente* Caesonia *ductum. Calpurnii Pisones Caesonini* (*de quibus v. Münzer, PW. III 1386 sqq.* TREB. trig. tyr. 32, 5 huius [*Titi, qui temporibus Maximini imperator factus est*] uxor Calpurnia fuit … de genere -orum, id est Pisonum): *cos. a. 148 a. Chr.*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 606 (Corp. I² p. 26) L. Calpurnius C. f. C. n. Píso ⟨Cae⟩sonín(us). CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 54, 606 Cesoniano. *huius fortasse filius* L. Calpurnius Piso -us *cos. a. 112 a. Chr.*: CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 55, 642 Caesoniano (Ces- *V*). *hoc solo loco* -us *vocatur. huius filius*: CIC. Pis. frg. 11 Insuber quidam fuit … is cum Romam cum filia venisset, adulescentem nobilem, Caesoni[a]ni hominis furacissimi filium, ausus est appellare, ⟨eique⟩ filiam collocavit. Calventi[n]um aiunt eum appellatum. *huius filius* L Calpurnius Piso -us: *avus maternus eius* Calventius *quidam fuisse dicitur natione Gallus, qua re nominatur* -us Calventius *a* CIC. p. red. in sen. 13. prov. 7. Pis. 14 -us Semiplacentinus Calventius. *cos. fuit a. 58 a. Chr.*: CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 56, 696 Calsoniano. Suillius -us *conscius flagitiorum Messallinae*: TAC. ann. 11, 36 Suillio -o … mors remittitur …. -us vitiis protectus est, tamquam in illo foedissimo coetu passus muliebria. *filius fortasse P. Suilli Rufi, cuius soror uterina fuit* Milonia Caesonia *Gai principis; cf. PIR. III p. 279 sq.*

Caesōnius, -a *nom. gent. a praen.* Caeso, *q. v. cf. etrusc.* ceisu, cesu, cesunia (*W. Schulze, Eigennamen p. 136*) *et* Caesoninus, Caisuius, Caesutius; Caesennius. Caesennii Lento, Paetus, Maximus *a quibusdam* Caesonii *nominantur, cf. p. 46, 54. 68. 78.* IVV. 6, 136 Censennia (*i.* Caesennia) *P, superscr.* vel Censonia. *in libris saepe scripta* Ces- *et* Cens-. *titulos, qui* Ces- *habent, infra videbis. graece* Καισώνιος; Caesónius *infra p. 55, 30 et 38.* M. -us (*cf. Münzer, PW. III 1317*): CIC. Verr. 1, 29 iudex est M. -us, collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus. … cum iudex in Iuniano consilio fuisset. Att. 1, 1, 1 sunt qui etiam -um putent *consulatum petere.* 12, 11 -us ad me litteras misit. PS. ASCON. Verr. p. 140 M. -us designatus aedilis cum Tullio. 141. SCHOL. Cic. Gron. p. 395. T. -us Priscus: SVET. Tib. 42 novum … officium *Tiberius* instituit a voluptatibus, praeposito equite R. T. -o Prisco. Milonia -a *Caligulae uxor*: DIO 59, 23, 7 Μιλωνίαν Καισωνίαν ἔγημεν, ἣν πρότερον ἐμοίχευε. 59, 28, 5. 7. PLIN. nat. 7, 39 Vistilia … genuit … -am Gai principis coniugem. SVET. Cal. 25 -am neque facie insigni neque aetate integra matremque iam ex alio viro trium filiarum, … et ardentius et constantius amavit … uxorio nomine ⟨non prius⟩ dignatus est quam enixam …. infantem autem, Iuliam Drusillam …. 33. 38. 50. 59 perit una et uxor -a gladio a centurione confossa et filia parieti illisa (IOSEPH. ant. 19, 2, 4). PERS. 6, 47 ingentesque locat -a Rhenos (*in Caligulae triumphum*). IVV. 6, 616 *Caligula* cui totam tremuli frontem -a pulli infudit (*dicebatur enim amatoria potione in furorem eum vertisse, cf.* SVET. Cal. 50. IOSEPH. ant. 19, 2, 4). -a Rufi *uxor*: MART. 9, 39, 3 hac *die* et sancta mei genita est -a (Caelonia *pars*) Rufi. -us Vectilianus: GALLICAN. Avid. 5, 5 epistula divi Marci…: … legiones Syriacas … quas totas excaldantes se repperisse -us (Cess- *B*) Vectilianus scripsit. CORP. XIV 3900 (*in agro Tiburtino*) C. -o C. f. Quir(ina) Macro Rufiniano consulari (*cos. suff. a. inc.*) … comiti ímp(eratoris) Severi Alexandri Aug., cur(atori) r(ei) p(ublicae) Lanivinor(um) II, proco(n)s(uli) prov(inciae) Africae, … leg(ato)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pr(o) pr(aetore) German(iae) superioris.... *filius eius*: CORP. XIV 3900 -us Lucillus... consularis. 3901 -us Lucillus v(ir) c(larissimus). 3902 L. -us C. fil. Quirina Lucillus Macer Rufinianus cos. (*suff. a. inc.*), frater Arvalis, praef(ectus) urbi, ... procos. Africae, ... curator r(ei) p(ublicae) ⟨P⟩uteolanorum, curator r. p. Suessanorum ... electus in familiam patriciam.... ACT. Arv. a. 213, 10. a. 218b, 8. 29. *huius filius, ut videtur*, CORP. X 1687 (*Puteolis*) L. -o L. f. Quirina Quinto Rufino Manlio Basso clarissimo viro, salio Palatino, pontifici maiori (*non ante Aurelianum*), praetori, quaestori L. -us Hedylus proc(urator) patris. *v. de his Groag, PW. III 1317 sq.* CORP. VI 315 (*a. 321*) M. Iun(ius) -us Nicomachus Anicius Faustus Paulinus c(larissimus) v(ir) pr(aefectus) u(rbi). INSCR. christ. Rossi I 24 Anicio Fausto et Virio Gal(lo) cos. (*a. 298, cf. Mommsen, chron. min. III p. 516*). CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 66, 299 Anicius Faustus *praefectus urbis*. CORP. VI 1682 Honorii. Ammio (*sic*) Manio -o Nicomacho Anicio Paulino v(iro) c(larissimo) cons(uli) ordinario, pref(ecto) urbi..., ⟨pr⟩oconsuli prov(inciae) Asiae et Hellesponti..., legato Kartacinis sub procons(ule) Africe Anicio Iuliano patre suo. *idem* 1683 Amnií iun(ioris). Anicio Paulino iun(iori) c(larissimo) v(iro).... 1652 Anicius Amnius Paulinus v. c. 1141 Anicio Paulino Iuniore v. c. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 68, 334 Anicius Paulinus *praefectus urbis. cos. a. 334, cf. Mommsen, chron. min. III p. 520.* NOT. Tir. 115, 76 Cessonius.

saepe legitur in titulis, atque maxime Romae, in Campania (praecipue Puteolis), in Venetia, in Dalmatia, in Africa: CORP. VI 1057, 2, 58 (*a. 205*) P. Caeson(ius) Iustus. 1058, 2, 98 (*a. 210*). 1058, 2, 118 C. Caeson(ius) Genialis. 1363 Caeciliae Verissimae clarissimae memoriae sanctissimae feminae Atilia Rufina clariss(ima) fem(ina) et C⟨a⟩esonia Victorina amicae. 4913. 7412. 7525. 14016—14026. 14027 -ae Atalante... Ti. Claudius Dioga matri... et Ti. Iulio Diogae patrí. 14028 Caésónia Heuréma. 14029. 21611. 25122. 27464. 28509. 34727. 34728 -us Candidianus. INSCR. Notiz. degli scavi 1906 p. 146 (*Romae*). CORP. XIV 469 (*Ostiae*) M. Cáesonius Spectátus. 735 (*ibid.*). 1483 (*ibid.*). 4061 (*Fidenis*) L. Gratio Pr⟨...⟩ eq(uiti) R(omano)... -a ⟨...⟩ coniugi. IX 5369 (*Firmi Piceni*) ⟨... Ca⟩esonius P. f. q(uaestor). X 567 (*Salerni*). 1874 (*Puteolis*) C. Caésonio Eudiacono. 1923 (*ibid.*) C. -us Demetrius faber tignarius... C. Caesonío Metrophani l(iberto). 2198 (*ibid.*) P. -o Agaturso. 2199 (*ibid.*) -ae Luccei Polus conservae. 2200 (*ibid.*) Caesóniae Prímigeni, P. -o Phileto. INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 381 (*ibid.*). *v. supra l. 5 sqq.* CORP. X 3580 (*Miseni*). 5457 (*Aquini*) T. -o T. l. Prim⟨...⟩, T. -o Gn. f. Ouf(entina), T. -o T. l. Liguri -us. 6719 (*Antii*) -a (mulieris) l. Rúfa, -a (mulieris) l. Acome. 7635 (*Caralibus*). 8042, 30 (*in tegula Pompeiana*) C. Caeson. XI 230 (*Ravennae*) Caeson(iae) Severae. 3847 (*ad Saxa Rubra*). 4754 (*in Vmbria*) -ae P. f. Tertiae. 5737, 3, 2 Caesoni(us) Dexter. V 2581 (*Ateste*) *v. p. 56, 14.* 2854 (*Patavii, periit*) ⟨.⟩ Ca⟨e⟩so⟨nius ...⟩ Rufus ⟨...⟩ augur, pr⟨aef(ectus)⟩ i(ure) d(icundo)?⟩. 2901 (*ibid.*). 3164 (*Vicetiae*). 5976 (*Mediolanii*). † 6199 (*ibid.*) -us Leo. 6535 (*Novariae*). 7705 (*Augustae Bagiennorum*) Cesonia M. f. Momm⟨...⟩. 8110, 270 (*in tegula agri Patavini*) -ae. III 1712 (*in Dalmatia*). 2214 (*ibid.*) Cesonio Primo. 2256 (*ibid.*). 2303 (*ibid.*) Cesonia Thalasa. 8435 (*ibid.*) Sextus Caes⟨o⟩nius Romanus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) leg(ionis) XIIII g(eminae). 8957 (*ibid.*). 6178, 1, 27 (*in Moesia inf., saec. II*) -us Niger. 6259 (*in Dacia*). 10509 (*in Pannon. inf.*) Cl(audio) Agesonio Theodoro ... A. Cesonius Kalandinus (centurio) prot(ector) et Cerellia Thodora (*sic*) fil(io). CONST. veteran. 27 p. 862 (*a. 98*) test. 3 Sex. -i Callisti. CORP. XII 550 (*Aquis Sextiis*). 771 (*Arelate*). 772 (*ibid.*). 2989 (*inter Vcetiam et Nemausum*) Cesonie Quintinae. 3499 (*Nemausi*). XIII 1939 (*Luguduni*). 1958 (*ibid.*). 2083 (*ibid.*). 5386 (*in German. sup.*) -ae Donatae ... Candidus Aug(usti) n(ostri) verna... coniugi. 6223 (*ibid.*)? VIII 998 (*in provinc. procos.*) L. -us Victor. 5401 (*ibid.*). 15954 (*ibid.*) Cesonius Cas⟨t⟩ulus. 17340 (*ibid.*). 5740 (*in prov. Numid.*) L. Cesonius Victor. 18084, 98 (*ibid.*). 18962 (*ibid.*). 9779 (*in Maur. Caesar.*) Cesonia Bebia. *loco cognominis*: CORP. V 2828 (*Patavii*) M'. Allenius M'. f. Fab(ia) Crassus -us tr(ibunus) míl(itum), praef(ectus) fabr(um), IIIIvir. VIII 16928 Iulia -a. **Caesōniānus**, -a, -um *adi.*: COLVM. 1, 4, 1 -um praeceptum, quo fertur usus etiam Cato Marcus. *cogn.*: COD. Theod. 1, 15, 2 (*a. 348*) -um vic(arium) Africae. CORP. VI 26631 M. Sosio -o. IX 951 (*Aecis*) M. Aeli(o) -o Dionysío p(rimi)p(ilari) Amastriano ex eq(uite) R(omano)... patrono... -i Huacinthus et Apulus lib(erti) (*qui hoc nomine pro gentilicio utuntur, cf. Mommseni adnot.*). V 3902 (*in Venetia*) pro salute L. Servili Domiti Valeri Frontonis Luciani c(larissimi) iuvenis) et L. Servili Iuliani v(iri) e(gregii) patris et Val(eriae) Valent(inae) Caesonian⟨ae⟩ et Iuliani iunioris eq(uo) pub(lico) Servilius Callimorphus libertus. *cf. p. 54, 38 sqq.*

Caesoria *nom. mul. barb.*: CORP. VII 127 Caesoria Coroca.

Caesoriācum *v.* Gaesoriacum.

Caesorinus *nom. vir.* CORP. VI 9428, 9 (*periit, saec. III*) ⟨V⟩lpius -us. *an* Censorinus?

Caesorīx *dux Cimbrorum.* OROS. hist. 5, 16, 21 Claodicus et -x (Ces- *D*) capti sunt *ad Vercellas a. 101 a. Chr.*

Caest⟨...⟩ *nom. vir.* CORP. V 7831 (*in Alpibus maritimis, periit*) Victoria⟨e⟩ Aug(ustae) Vibius Caestii (*sic traditur*).

Caesta *nom. mul. barb.* CORP. XII 264 add. (*Fori Iuli*) Numisiae -ae G. Numisí f. coniugi... L. Solicius Aurelianus (centurio) leg(ionis) V Mac(edonicae) et leg(ionis) p(rimae) Minerviae p(iae) fidelis.

Caestidius, -a *nom. gent.; cf.* Caestius. CORP. III 10769 (*in Pannon. sup.*) C. Caestidío L. f. Pol(lia).

Caestius, -a *nom. gent.; cf.* Caesius, Caestidius, Caestranius, Caestronius. CORP. XI 2744 (*Volsiniis*) M. -us C. f. Arn(iensi) Clemens. *v. etiam* Cestius.

Caestranius, -a *nom. gent.; cf.* Caestius, Caestronius (*et W. Schulze, Eigennamen p. 210*). CORP. VI 5643 -a Tyrannis. 14030 T. -o Diadumeno T. -us Theodorus patro(no). 14031 -o Mercurio... -us Atimetus liberto. V 1138 (*Aquileiae*) L. Caestran⟨i⟩ C. Primigeni.

Caestronius, -a *nom. gent.; cf.* Caestius, Caestranius. CORP. V 2581 (*Ateste*) P. Caesonius P. Lupi l. Cimo vivos fecit sibi et ⟨.⟩ulloniae T. f. Fren⟨...⟩, P. Caes⟨t⟩ronio (*sic videtur legendum*) ⟨...⟩.

Caesula *v.* Caesulla. **Caesulenia** *v.* Caesulenus.

Caesulenus *nom. gent.; cf.* Caesolenus. CIC. Brut. 131 *C. Gracchi* tempore accusator de plebe L. -us fuit, quem ego audivi iam senem.... non fecissem hominis paene infimi mentionem, nisi iudicarem, qui suspiciosius aut criminosius diceret audivisse me neminem. CORP. V 1812 (*Gemonae*) C. Matio C. f. Collin(a) Sabino Sullin(o) Vatinian(o) Anicio Maximo Caesulen(o) Martiali Pisibano Lepido allect(o) inter quaest(orios), salio Palatin(o)... flam(ini) Iulian(o), patricio, praetori candidat(o), co(n)s(uli) (*suff. a. inc.*). FAST. Sal. Palat. a. 186 (CORP. VI 1980) in locum C. Matti Sullini. *cf. PIR. II. p. 355.* *fem.* Caesulenia: CORP. VIII 8860 (*in Mauret. Sitif.*) -a T. fil. Optata.

Caesulla *praen. mul. a* Caeso *vel* Caesius (*cf. W. Schulze, Eigennamen p. 136, 4 et 588*) Cesula *in titulis antiquis.* FEST. p. 274 (PAVL. FEST. p. 275) Ravil⟨l⟩ae a ravis oculis que⟨m⟩admodum a caesiis -ae. *v. etiam p. 46, 10.* CORP. XI 3159 (6a, *Faleriis, litteris Faliscis*) cesula tiperilia te. f. 6298 (*Pisauri in cippo*) Cesula Atilia. *aetate posteriore cognomen*: CORP. VI 29466 Volginia L. f. -a. V 456 (*Piquenti*) L. Sexticus L. f. ... Extionia -a *mater*. 618 (*Tergeste*) L. Meter Sex. f., Metra Sex. l. -a. CORP. II 3688 (*in Hispan. Tarrac.*) Sergius Ingenus Sergiai Caesulai filius (*nisi hoc barbaricum est*).

Caesutius, -a *nom. gent.; cf.* Caesonius *et etrusc.* cesu (*W. Schulze, Eigennamen p. 67*): CORP. IX 998 (*in agro Compsino*) Q. -us Q. l. Trypo. 999 (*ibid.*) -a Q. l. Philoca(le).

? **Caetarius** *nom. gent.; cf.* Caetius. CORP. IV 2084 Caetario (?).

Caetauri *legitur in titulo aut interpolato aut ficto* CORP. XIII 1399 (*in Aquitania*).

Caetenius, -ānus *v.* Caetenn-.

Caetennius (Caetenius), -a *nom. gent. etrusce fictum; cf.* Caetius (Caedius?), Cetanus, Caitho; *et* Caetra, Caetranius, Caetronius; *W. Schulze, Eigennamen p. 137. 269. 351.* Cet- *infra l. 60. 62. 67.* Caetenius *l. 73.* Caéténia *l. 72. frequentissimum fuit Romae et Salonis, rarius in Etruria (in Vmbria, Gallia cispadana, Venetia).* CORP. VI 200 (*a. 70*), 4, 17. 21. 34. 4049 (*in monumento Liviae*) P. -i Heraclidae. 4534 (*in monumento Marcellae*). 9728 Caétennius Flor., Spondé -a. 13592 C. -us Epaphrodítus, Caesia Helena (*cf.* 14007 *ubi traditur* Caesia Helena, C. Caeienius Epaphroditus). 13761 -us et Tullia. 14032. 14033 P. -us Eumelus, Helene -a 14034 (*cf.* 20680)—14036. 28137. XV 341 *et* 342 (*in lateribus, a. 135*) ex fig(linis) Myrin(ianis) -ae Chiones. XIV 246, 3, 5 (*Ostiae, a. 140*) P. -us Epaphrod. XI 167 (*Ravennae*) -ae Vitali -us Vitalis matri. 2300 (*Clusii*) C. -us Vesinnia natus. 2301 (*ibid.*) Caetenniai. 2703 (*Volsiniis, a. 224*) T. Sossius Hilarus et -us Onesimus q(uin)q(uennales). 2718 (*ibid.*) C. -us Saturninus. 2724 (*ibid.*) Cete⟨nnio⟩ Plaet⟨oriano⟩? 2745 (*ibid.*). INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 372 (*ibid., in fistulis plumbeis*) C. Cetenni Euanthi *et* C. -us Saturninus. CORP. XI 3003 (*in agro Viterbiensi*) a, 21 *fundum* Fundanianum -i Proculi. 5612 (*Arnae*) C. -us Rhodanus VIvir Aug(ustalis). V 1095 (*Aquileiae*) L. Cae⟨t⟩ennio Tertullo. III 2094. 2257 P. -us P. l. Aeschines ..., M. Subulnius Aprio. 2258 P. -o Caeliano. 2259 P. -o On⟨e⟩simo. 2260. 2261 (*periit*) P. Ceten⟨ni⟩us Vrsio ... Cetennio Vrsino f(ilio). 2277 (*cf.* 8617)? 2343a -a Artimisia Gelliae Vrsae lib(ertae). 2549 -a Amullina. 8958 8960. 12959. 12960? 14760. 14761 P. Caet⟨ennius⟩ Onesi⟨mus⟩. *hae omnes prodierunt Salonis.* CONST. veteran. 8 p. 850 test. 5 C. -i Clementis Salon(itani). CORP. III 12818 (*Epetii, in Dalmatia*). 11515 (*in Norico*) T. Flavio Nátáli et Domitiae Eucte Caéténia Cleonícé amicis. II 1331 (*in Hispan. Baet.*)? Caetenius, -a: CORP. VI 1063, 11 (*saec. III*) -us Eucarpus (*cf.* 1063, 1, 13). III 10093 (= 3085, *in Dalmatia*) -ae Ermio(nae). V 1377 (*in lateribus, saec. II fere medii*) ex praed(iis) Pomponiae Q. f. Bassilae, opus Caitenimon (*an* Caiteni Montani?). *v. etiam l. 53.* **Caetenniānus** (Caetenianus) *cogn.* CORP. III 2258 (*Salonis*) P. Caetennio Caeliano p(atri) Caetennius Caetennia⟨nus⟩. 2688 (*Tragurii*) -us et Victorina. Caeteniānus: CORP. III 3191 (*in Dalmatia*) C. Tatusio Caeteni⟨a⟩no.

Caeti(...) *nom. oppidi.* CORP. VI 32624c, 33.

Caetius, -a *nom.; cf.* Caetennius. Cetius *l. 84.* CORP. VIII 3504 (*Lambaesi*) -a Donata..., Aemilia Saturnina et Aufidius Zabulius matri. 3505 (*ibid.*) -a Tertia..., Cetia Donata... sorori.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caeticcus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 3260 (*in Gall. Belg.*) ⟨Iu?⟩li -i vetera(ni) leg(ionis) pri(mae) adiutrícis piaes fídelis.

Caeto *nom. vir. barb.* CORP. II 6275 a (*in Hispan. Baet., periit*) Fronton⟨i⟩o -i Picera Duati f. viro.

Caetobriga *opp. Lusitaniae; cf. Hübner, PW. III 1321. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1002.* ITIN. Anton. Aug. p. 417, 1 Catobrica. RAVENN. p. 306, 18 Cetobricca. PTOL. 2, 5, 2 Καιτόβριξ.

Caetonis *nom. mul.*, Κητωνίς? CORP. X 2329 (*Puteolis*) A. Cornelio Felici Elia -is uxor.

Caetra *cogn. vir. etruscae originis; cf.* Caetranius, Caetre⟨...⟩; *W. Schulze, Eigennamen p. 351.* CIC. Flacc. 5 meus necessarius -a. SCHOL. Bob. p. 230 subscripserat hic inter ceteros Decimo Laelio accusatori *Flacci.* NOT. Tir. 115, 59 -a *in catalogo nom. prop.* CORP. V 6709 (*Vercellis, periit*) ⟨V⟩alerio C. l. Pal(atina) An(iesi) ⟨...⟩ Valerius Cae.tr.a ⟨...?⟩. 3819 (*Veronae, periit*) ⟨...⟩ M. f. C e t r a.

Caetranius, -a *nom. gent.; cf.* Caetra, Caetre⟨...⟩, Caetronius; Cetrius, Ceternius. Caetius, Caetennius. *W. Schulze, Eigennamen p. 351.* CORP. VI 3577 -ae Attic⟨ae⟩ ... Aurelius Silvanus ... coniugi ..., -a Lao⟨... matri?⟩. 14037 P. -us P. l. Nasta. INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 122 (*Romae*) T. Caetran⟨ius ...⟩. CORP. XIV 380 (*Ostiae*) C. -o Primitivo et C. -o Vitalione. IX 4276 (*Amiterni*) P. -i ⟨...⟩. XI 6520 (*Sassinae*) Cetraniae P. f. Severinae sacerdoti divae Marcian(ae). 6521 *eadem.* V 1139 (*Aquileiae*) Caetran⟨i⟩ae T. f. Rusticae, Sex. Caesernio Communi. 8148 (*Polae*) C. -i Clementis. III 6384 (*Salonis*) Q. Aeronius Crescens, -a Firma *coniux.* 6798 (*in Isauria*) S⟨ex.⟩ Ca⟨e⟩tranius Marus et L. Flavius Valens vetra(ni). VIII 4399 (*in prov. Numid.*) Iulia⟨e⟩ Maximae matri ... C. C e t r a n i u s Processus. INSCR. Athen. Mitt. 13, 246 (*in Lycaonia*) Πόπλιος Καιτράνιος.

Caetre⟨...⟩ *nom. gent.* CORP. IX 6415 (*Asculi Picen.*) P. Caetre⟨i? ...⟩. *cf.* Caetranius *et W. Schulze, Eigennamen p. 351.*

Caetribonī *gens Indica; cf. Tomaschek, PW. III 1322.* PLIN. nat. 6, 73 gentes montanae inter eum (*Indum*) et Iomanem Caesi, -i (Ce- *Ra*) silvestres, dein Megallae.

Caetroniānus *v.* Caetronius.

Caetronius, -a (-ōn-?, *cf.* Καιτρωνιανός *infra l. 81*) *nom. gent.; cf. etrusc.* ceθurna (*W. Schulze, Eigennamen p. 268*) *et* Caetra, Caetranius; Cetrius, Ceternius. C e t r o n i u s *infra l. 50 sq. al.* TAC. ann. 1, 44 (*a. 14*) legatum legionis primae C. -um. TAC. hist. 4, 50 praefectumque castrorum (*legionis III Augustae, a. 70*) -um Pisanum *vinciri iussit proprias ob simultates Valerius Festus legatus Numidiae.* CORP. XII 112^{add} (*Aximae*) ⟨Q.⟩ Caetroni⟨...⟩ Cus⟨p⟩iani p(rimi)-p(ilaris), proc(uratoris) Aug(usti), Aegnatia Priscilla cōniugi. *de titulis: aetatis antiquioris exempla prodierunt Venusiae et in Venetia; inveniuntur autem* Caetronii *maxime Romae, in Venetia, in Gallia transpadana.* CORP. VI 2379 a III 49 (= 32520, *a. 143*) L. -us Albucius Medio(lanio). 2489 (*cf.* 32649) Q. -us Q. f. Pub(lilia) Passer mil(es) coh(ortis) III pr(aetoriae) ... missus duobus Geminis (*a. 29*), ... Masuriae M. f. Marcellae. 10687 Neus C e t r o n i u s Saturninus. 14038. 14039. 14039 a (*periit*) Gn. C e t r o n i u s Helenus. 14040. 14041. 16286 L. Cornelius Posidonius ... -ae Ianuariae coniugi ... et C. Iulio Doryphoro ... et -ae Proculae. 20207 (= 29274) M. Vlpius Trophimus Felicianus ... -a ⟨...⟩ coniugi. XIV 736 (*Ostiae*) C. -us C. lib. Telesphor(us) ... C. -o Caeciliano patrono. FAST. Venus. a. u. c. 726 (Corp. I² p. 66) Q. -us, C. Clodius aed(iles). CORP. IX 453 (*Venusiae*) L. -us A. f. aed(ilis). 3309 (*Superaequi*) Q. -o Q. ⟨f. Dex⟩tro aed(ili), IIvir(o) q(uin)q(uennali). 6078, 59 (*in tegula*) C e t r o n ⟨...⟩. 8058, 13 (*in signaculo Herculanei rep.*) Cn. Caetron(i) Eutychi. XI 47 (*Ravennae*) ⟨Caetronius⟩ Macer na(tione) Bessus ... n⟨auf⟩ylax ..., -a Afrodisia et -a Fortunata patrono. 1038 (*Brixelli*). 5519 (*Asisii*) C. Propertius C. l. Epaenus, -a (mulieris) l. Aura. 5536 (*ibid.*). V 1140 (*Aquileiae*). 1008, 17 (*ibid.*). 8351 (*ibid.*) Q. -us L. f. 2582 (*Ateste*) T. -i T. f. Firmi, Gavia C. f. 2679 (*ibid.*) L. -us L. f. 2911 (*Patavii*) L. -o L. l. Anderoudo viro, L. -o L. f. Firmo f(ilio), Caetroniai L. f. Primai f(iliae). 2998 (*ibid.*). INSCR. Notiz. degli scavi 1899 p. 45 (*in Venetia*) P. -us Verecundus IIIIvir i(ure) d(icundo) ... P. -o P. fil. filio. CORP. V 3385 (*Veronae, corrupta, periit*) C. C e t r o n i o C. f. Castalino. 3530 (*ibid.*) M. -us T. f., Valeria coniunx. 4254 (*Brixiae*). V suppl. ital. 1296 (*Mediolanii*) -a ⟨.l.⟩ Amoena. III 4452, 3, 16 (*in Pannon. sup., saec. III*) C e t r o n (i u s) Cupitianus *speculator legionis.* XII 1529 (*in agro Vocontiorum orientali*) Q. -i Q. fil. Volt(inia) Titulli veter(ani) coh(ortis) VI pr(aetoriae), loco IIviri, pontif(icis) col(oniae) Aug(ustae) Arim(inensium), praef(ecti) pagi Epoti. XIII 4363 (*in Gall. Belg., periit*) C e t r o n i a e ⟨...⟩rimi et Carantia Perpetua. VII 1336, 202? II 2423? *cogn.*: CORP. V 3938 (*in pago Arusnatium*) Gn. Arrius Cn. f. -us IIIIvir i(ure) d(icundo), a(edilicia) p(otestate), q(uaestor) aer(arii). **Caetroniānus** *cogn.* INSCR. Notiz. degli scavi 1899 p. 435 (*Romae*) C. Vibio C. f. Pa(n)sae Caetronian(o) cos. (*a. 43 a. Chr.*). *hinc emendandum quod legitur ap.* DIO 46 ind. Γ. Οὐίβιος Γ. υἱ. Πάνσας Καπρωνιανός. CORP. V 2873 (*Patavii*) C. Terentio T. f. Fab(ia) -o IIIIvir(o) í(ure) d(icundo).

? **Caetsius** *cogn. vir.* CORP. VI 200, 1, 109 (*a. 70, periit*) ⟨...⟩inius Caetsius.

Caetura *v.* Cetura.

Caeva *cogn. vir.; cf.* Caevius. CORP. V 7551 (*Hastae, periit*) L. Didius M. f. Cam(ilia) -a, Attia C. f. Prima uxsor.

Caeviānus *v.* Caevius.

Caevius *nom. gent.; cf.* Caeva *et* Ceuna (*W. Schulze, Eigennamen p. 77*). CORP. X 128 (*in Lucania*) C. -us Paeder. **Caeviānus** *cogn.* CORP. XI 2653 (*Saturniae*) M. Semnio -o Prisc.

Caeus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 7040 (*Mogontiaci*) -us Haneli f. mhiles (*sic*) ex coh(orte) I Ituraiorum ... Iamlicus frater f(ecit). XIII 10010, 3155 b (*in vasculo Gallico*) -i m(anu) (?).

[**Caeximparum**]. FEST. p. 266 historiae Cumanae compositor *ait* Athenis quosdam profectos Sicyonem Thespia[da]sque, ex quibus porro civitatibus ... compluris ... delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subiecti qui fuerint -um viri unicarumque virium imperio montem Palatium ... appellavisse a viribus regentis Valentiam.

Cafatius, -a *nom. gent.; cf. etrusc.* cafate *sim.*: CORP. inscr. etrusc. I 3463. 3526—3528. 4013—4016. 4292—4298 *al.* (*Perusinae omnes*). 4757 (*Clusii*) caφateś. cahatial *infra l. 29. cognata* Cafe⟨...⟩, Cafo, Cafullius, Cafranius, Cafurnius. *v.: W. Schulze, Eigennamen p. 351.* CORP. VI 764 magistri anni secundí ... Q. -us Diadumenus. 2379 (= 32520) a III 3 (*a. 144*) L. -us Maximus Laude. 14042 Q. Cafa(tius?) Q. l. Hila(rus?). 14043 L. -us Suavis. 14043 a -ae Heurem⟨ae⟩. 34729. INSCR. Graec. XIV 1838 (*Romae*) ⟨Κ⟩αφατίῳ Ἀγαθόποδι. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 15 n. 72 (*in Apulia; cf.* CORP. IX 6180 *sq.*) P. Po⟨s⟩tumio P. f. Ouf(entina) Ru⟨f⟩o IIIIvir(o) aed(ili), Cafa⟨ti⟩a Q. f. Maxima. CORP XI 1647 (*Florentiae*) -a C. l. Faustilla. 1963 (*Perusiae*) P. Volumnius A. f. Violens -a natus. *etrusce* pup. velimna au. cahatial. 1998 (*ibid.*) -ae L. Adenatis. 3010 (*in agro Viterbiensi*) C. Cafa⟨...⟩. 5535 (*Asisii*) P. -i Suri. 6363 (*Pisauri*) ⟨L. Ca⟩fatius L. f. Ste(llatina) haruspe⟨x⟩ fulguriator. *in etrusco* cafates. XII 260 (*Fori Iuli*) C. ⟨C⟩afatio C. f. Ani(ensi) Capitoni. 1400 (*Vasione*) Q. -i Primi. 1900 (*Viennae*) Solliae Fidae T. -us Cosmus IIIIIvir Aug(ustalis) coniug(i). XIII 10017, 242 (*in vasculo*) -i. *nota*: CORP. V 6118 (*Mediolanii*) C. Verginius Rufi ⟨.⟩ sibi et C. Verginio Cflonis f. patri, Cassimarae Kafati f. matri.

Cafauēs *Mauri; cf. Dessau, PW. III 1322.* AMM. 29, 5, 33 mittebat *Theodosius* (*a. 373*) ... quosdam ... ad gentes circumsitas, Baiuras, ... Cafaues Davaresque ... eos ad societatem alliciens.

Cafe⟨...⟩ *nom. gent.; cf.* Cafatius (*W. Schulze, Eigennamen p. 137*). CORP. IX 3537 (*Furfone*) L. Cafe⟨...⟩.

Cafnusia *ins.* RAVENN. p. 392, 17 in ipso colfo Pontico est insula, quae dicitur Cafnusia.

Cafo *cogn. vir.; cf.* Cafatius (*W. Schulze, Eigennamen p. 137*). *assecla Antoni*: CIC. Phil. 8, 9 omnes -es, omnes Saxae ceteraeque pestes, quae sequuntur Antonium. 8, 26 -i etiam et Saxae cavet, quos centuriones pugnaces et lacertosos inter mimorum et mimarum greges collocavit. 10, 22 Saxa⟨e⟩ et -es, ... qui non Caesaris sed Antoni acta defendunt. 11, 12 veteranus -o. 11, 37. 12, 20.

Cafranius, -a *nom. gent.; cf. etrusc.* cafrial (Fabretti 2584); Cafurnius, Cafatius. CORP. VI 200, III 32 (*a. 70*) Q. Cafranius Ingenus. VIII 5741 (*cf.* 19181 *in prov. Numid.*) Cafrania Vitalis.

Cafullius *nom. gent.; cf.* Cafo, Cafatius. CORP. IV 1995 -us.

Cafurnius *nom. gent.; cf.* Cafranius, Cafatius. CORP. VI 9489 C. Cafurnius C. l. Antiochus lanarius Veturia C. l. Deutera ... sibi et sueis. *eidem homines* 14044.

Cāgan *nom. vir. barb.* CORIPP. Iust. 3, 271 rex Avarum Cagan debellans intima mundi famosos stravit magna virtute tyrannos. 3, 345. 395.

Caggun *Maurus.* CORIPP. Ioh. 8, 418 Caggunque Taninque Altifatanque necat.

Cagius *nom. gent.* CORP. XIII 7680 (*in Germ. sup.*) Eponae sacr(um) Cagius Optat⟨us⟩ mu⟨lio?⟩. *cf.* 10010, 3292 d (*in vasculo Gallico*) Cagius.

Cagreus *v.* Crageus.

Cahi *locus in Syria situs; cf. Benzinger, PW. III 1322.* TAB. Peut. 10, 5 Cahi. RAVENN. p. 87, 7 Calhi.

1. Caia *mons.* IVL. HON. cosmogr. B 20 fluvius Durius nascitur in Carpitania, exiens de monte Caia iuxta Pyrenaeum.

2. Caia *cogn. v.* Gaia.

Caiacius, -a *nom. gent.; cf.* Caiatius *et* Caius. CORP. VI 4914 Q. -us Q. l. ⟨Th⟩eophilus. XI 529 (*Arimini*) Vessuenae Festivae Vessuena Marcellina -a (*sic videtur*) ⟨...?⟩. XIII 10010, 2851 f (*in vasculo Gallico*)?

Caiānē *v.* Gaianus.

Caianta *cogn. mul. barb.; cf.* Caiantius (*et* Caiantolus *ap. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 682*). CORP. V 4039 (*inter Mantuam et Veronam, periit*) Hostiliai Caiantai C. Irucius C. l. Moderatus.

Caiantius, -a *nom. gent.; cf.* Caianta. CORP. III 4755 (*in Norico*) Caiantiae Sumaviae ... Caiantius Primitivus.

Caiānī, -ōrum (C a i n a e ī) *christiani haeretici.* Καιανοί, Καινοί. Καινισταί. FILASTR. 2, 1 Caiani, qui Cain laudant fratricidam. Ps. TERT. haer. 2 erupit alia quoque haeresis, quae dicitur Cainaeorum (Caineorum *R*³, Chaldaeorum *PNFR*¹). et ipsi enim magnificant

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quae operata sit in ipso. HIER. c. Lucif. 23 haereticos, qui euangelia laniaverunt. Saturninum ... et Ophitas et Cainaeos .... AVG. haer. 18 Caiani propterea sic appellati, quoniam Cain honorant. PRAEDEST. 1, 18 p. 592^{D} Cainiani (*al.* Caiani). ISID. orig. 8, 5, 15 Cainiani (Cainani *ed. pr.*).

Caīna haeresis: PS. CYPR. ad Novat. 13 ex quo -am (carinam *K*, caninam *v*) illam haeresim, quae non nisi tantum occidere gestit, exercere coepit *Novatianus*. HIER. epist. 69, 1 -a haeresis, quae olim emortua vipera contritum caput levat, quae ... totum Christi subruit sacramentum. c. Vigil. 8 quae olim appellabatur -a haeresis, et multo tempore dormiens vel sepulta, nunc a Dormitantio suscitata est. *cf.* TERT. bapt. 1 de Gaiāna haeresi. praescr. 33 Gaiana haeresis.

Caiānus, -a *cogn. v.* Gaianus. **Caiaphas** *v.* Caiphas.

Caiata *cogn. vir.* CORP. III 7112 (*Erythris*) L. Marius M. f. Aem(ilia) Caiata. Λούκιος Μάριος Μάρκου υἱὸς Αἰμιλία Γαάτης.

Caiatia *opp. Campaniae, hodie* Cajazzo; *cf. Mommsen, Corp. X p. 444. Hülsen, PW. III 1322; Nissen, Ital. Landeskunde II 800. rectum nomen ubique emendatione restituendum, sed v. infra* Caiatinus. LIV. 9, 43, 1 -a (*trad.* Calatia) et Sora. DIOD. 20, 80, 1 Σώραν καὶ Καιατίαν (*trad.* καὶ Ἀτίαν). LIV. 23, 14, 13 -am (Galatiam *P*). 26, 5, 4 castellum -am (Galatiam *P*). PLIN. nat. 3, 63 -a (*trad.* Calatiae). LIB. col. I grom. 232 -a (Calatia *trad.*) oppidum. muro ducta. ... coloniae Capuensi a Sulla Felice cum territorio suo adiudicatum olim ob hosticam pugnam. CORP. VI 2380 I 15 (*a. 150*) Q. Parronius Q. f. ⟨...Ca⟩iati(a)? X 4591 (*Caiatiae, periit*) *traditur*: Aug(ustalis) gratis Calatia. *sed* 3893 (*Capuae*) *est* Kalatia, *non* Kaiatia (*cf. Hülsen, PW. III 1335*). **Caiatīnus,** -a, -um *adi. et* Caiatīnī *incolae*: *in nummis antiquissimis* CORP. I 21 d Caiatino(m) (*in aliis fortasse* Cai. I 22). X 4570 (*Caiatiae*) pat(ronus) munic⟨i⟩pi -orum. 4579 (*ibid.*) decuriónes et August(ales) et popul(us) -us. 4590 (*ibid.*) pat(rono) mun(icipi) Caiat(inorum). I^{2} p. 218 (*in tabula nundinali*) ⟨Caia⟩tínis? LIV. 22, 13, 6 per Allifanum -umque (Calat- *P*) et Calenum agrum.

Caiatīnus *v.* Calatinus.

Caiatius, -a *nom. gent.; cf.* Caiacius, Caius; Caiatia. CORP. VI 14045 -a Prima ... Ti. Claudio Epicteto coniugi ... et L. -o Pal(atina) Crispo f. X 4918 (*Venafri*) P. Novio Philosop⟨ho⟩ medico -a M. l. Primigenia. 5226 (*Casini*) Q. -us Phileros, Caesia M. l. Sec. 7145 (*Syracusis*) L. Caiat⟨...⟩ Argy⟨r...⟩.

? **Caiaucus** *cogn. vir.* CORP. XII 3036 (*inter Vcetiam et Nemausum, periit*) Cn. Octavio Cn. f. Caiauco ex testamento C. Octavi Cn. f. Volt(inia) Certi.

Caici- *v.* Caeci-.

? **Caicrialis** *nom. vir.* CORP. VIII 9970 (*in Mauret. Caesar., periit*) Aerennius Caicrialis ... Aerennius Constantius fratri.

1. Caīcus, -ī *m.* (Caycus *infra l. 52 et 59*), ὁ Κάϊκος, *fl. Mysiae.* CIC. Flacc. 72 longe est omnino a Tiberi ad -um. VERG. georg. 4, 370 Mysusque -us. OV. ars 3, 196 undas, Myse -e, tuas. met. 2, 243 Teuthranteusque -us. 12, 111 cum purpureus populari caede -us fluxit. 15, 278 Mysum capitisque sui ripaeque prioris paenituisse ferunt, alia nunc ire -um. LIV. 37, 18, 6 ad caput -i amnis. 37, 37, 3. SEN. Tro. 228 quas alluit vernis Caycus gurgitem attollens aquis. MELA 1, 90 -us inter Elaean decurrit et Pitanen. LVCAN. 3, 203 et gelido tellus perfusa -o Idalis. PLIN. nat. 5, 121 ex Mysia veniens -us amnis. 5, 125 Teuthrania ... ibi -us amnis oritur. SOL. 40, 20. VIB. SEQ. geogr. p. 149, 15 Kaicus Mysiae *fluvius*. SERV. auct. ecl. 6, 43 *Hylas* apud fontem -i (Calci *L*) amnis ... a nymphis raptus est. georg. 4, 369 qui per Mysiam labitur. MART. CAP. 6, 686 civitas vero Teutrana Cayco (Caito *b*, Cato *BR*) flumine alluitur. GLOSS. V 550, 4.

2. Caīcus *nom. vir.* *Aeneae socius*: VERG. Aen. 1, 183 celsis in puppibus arma -i. 9, 35. *Colchus*: VAL. FL. 6, 688 teque, -e, petit *harundo*; uxor miseranda -o linquitur. *Saguntinus*: SIL. 1, 306 stantem pro muro et minitantem vana -um *Hannibal telo percussit.*

Caidīce *nom. mul.; cf.* Caedicius? CORP. III 12261 (*Coi*) deis manibus -e Furmi (?).

Caiecinus *nom. gent.; cf.* Caiacius, Caiedius, Caietius, Caius *al.* CORP. VIII 1684 (*in prov. procos.*) L. -us Victor.

Caiedius, -a *nom. gent.; cf.* Caiecinus. CORP. IX 4563 (*Nursiae*) ⟨L.⟩ Caiedi⟨us⟩ Sunero⟨s⟩, Caiedia Salvia. 4564.

? *genet.* **Caielī** *nom. vir.* INSCR. Ephem. epigr. 9 p. 22 n. 31 (*in Lusitania*) Calaito Caieli.

Caienia *nom. gent. mul.; cf.* Caienus. CORP. VI 14046 Caienia Iustina.

Caienus, -a *nom. gent.; cf.* Caienia, Caius; Caenius, Gaenius, Gai-. CORP. VI 34241 P. Aelio Frixo C. Caienus Epaphroditus fratri. XII 654 (*Arelate*) Caiena Príscae lib. Attice. INSCR. Athen. Mitt. 6, 42 (*Cyzici*) Γ. Καιηνὸς Κλωδιανὸς Βάλης.

? **Caies**⟨...⟩ *cogn. vir.* CORP. XII 4881 (*Narbone, periit*) Q. Iulio Caies⟨...⟩ *nom. corruptum videtur.*

1. Cāiēta, -ae *portus et opp. prope Formias*, Καιήτη; *hodie* Gaeta. *cf. Hülsen, PW. III 1323 et Nissen, Ital. Landeskunde II 660.* Gaieta, Gaetanus *sim. v. p. 60, 59. 66 sqq. 75*; Kaiettanus *p. 60, 78.* STRABO 5, 233 κόλπος Καιάτας. DIONYS. ant. 1, 53, 3 ἀκρωτηρίῳ Καιήτῃ (*trad.* καὶ ἐπὶ); *cf. Hülsen, PW. III 1324.* *cf. nom. gent.* Caietius. Caietae *plur.* HIER. chron. a. Abr. 1975 *et* PLVT. Cic. 47 (*trad.* Καπίτας). *localiter*: -ae CIC. Att. 14, 7, 1 VAL. MAX. 8, 8, 1 LIV. 40, 2, 4? (OBSEQ. 5) FRONTO p. 77 N. AVR. Fronto p. 78 N. CASSIOD. chron. II p. 134, 540 CORP. VI 8583. in -a CIC. Att. 8, 3, 6. in -is HIER. chron. a. Abr. 1975. ad -am CIC. de orat. 2, 22 Att. 1, 3, 2. apud -am SERV. Aen. 10, 36. CAPITOL. Aur. 19, 7. -am VAL. MAX. 5, 3, 4. εἰς Καιήτας (*trad.* Καπίτας) PLVT. Cic. 47. ab -a LIV. frg. 60. *de origine*: DIOD. 4, 56, 6 οὐκ ὀλίγοι ... ὧν ἐστι καὶ Τίμαιος, φασὶ τοὺς Ἀργοναύτας ... κατὰ ... Φορμίας τῆς Ἰταλίας (ὀνομάσαι λιμένα) Αἰήτην τὸν νῦν Καιήτην προσαγορευόμενον. LYCOPHR. Alex. 1274 Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον Αἰήτην μέγαν (*cf.* SCHOL. Αἰήτης λιμὴν ἐν Ἰταλίᾳ, ἔνθα φασὶ τὴν Ἀργὼ ὁρμῆσαι). *a* Caieta *Aeneae nutrice*: DIONYS. ant. 1, 53, 3. VERG. Aen. 7, 2 tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix, aeternam moriens famam, -a, dedisti; et nunc servat honos sedem tuus. SERV Aen. 6, 900 -ae portum: a persona poetae prolepsis, nam -a [-ae *AHMRS*] nondum dicebatur. 7, 1 hanc alii Aeneae, alii Creusae, alii Ascanii nutricem volunt (MACR. sat. 3, 1, 2 STRABO 5, 233). OV. met. 14, 443 urnaque Aeneia nutrix condita marmorea tumulo breve carmen habebat: 'hic me -am notae pietatis alumnus ereptam Argolico, quo debuit, igne cremavit'. SOL. 2, 13. PS. AVR. VICT. orig. 10, 3 in eum locum, qui nunc portus -ae appellatur ex nomine nutricis eius (*Aeneae*), quam ibidem amissam sepeliit. FVLG. Virg. cont. p. 103 -a nutrice sepulta, id est magistriani timoris proiecta gravedine; unde et -a dicta est quasi coactrix aetatis; nam et apud antiquos caiatio dicebatur puerilis caedes. *de ipso oppido* MART. 10, 30, 8 non blanda Circe (*i. Circeii*) Dardanisve -a. *cf.* 5, 1, 5 seu placet Aeneae nutrix, seu filia Solis (*i. Circeii*). *aliter*: SERV. Aen. 7, 1 lectum tamen est in philologis in hoc loco classem Troianorum casu concrematam, unde -a dicta est, ἀπὸ τοῦ καίειν (10, 36 ἀπὸ τοῦ καῆναι). PS. AVR. VICT. orig. 10, 4 at vero Caesar et Sempronius aiunt -ae cognomen fuisse, non nomen, ex eo scilicet inditum, quod eius consilio impulsuque matres Troianae ... classem ibidem incenderint, graeca scilicet appellatione ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est incendere. *sed* STRABO 5, 233 τὸν μεταξὺ ... κόλπον ἐκεῖνοι (οἱ Λάκωνες) Καιάταν ὠνόμασαν· τὰ γὰρ κοῖλα πάντα καιέτας οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσιν. Caieta: CIC. de orat. 2, 22 conchas eos (*Laelium et Scipionem*) et umbilicos ad -am et ad Laurentum legere consuesse (VAL. MAX. 8, 8, 1 *Scipionem et Laelium* -ae et Laurenti ... conculas et umbilicos lectitasse). Att. 1, 3, 2 signa quae nobis curasti, ea sunt ad -am exposita. 1, 4, 3 -am, si quando abundare coepero, ornabo. 8, 3, 6 navis et in -a est parata nobis et Brundisi. 14, 7, 1 Paulum -ae (*in M ante* -ae *deletum est* in) vidi. LIV. 24, 44, 8? 40, 2, 4 a Formiis *nuntiatum erat* aedem Apollinis -ae (ac -ae *cod. Voss., ed. vet.*) de caelo tactam (OBSEQ. 5). frg. 60 *Cicero* in Formianum, ut ab -a navem conscensurus, proficiscitur (HIER. chron. a. Abr. 1975 Cicero, ut quibusdam placet, interficitur in Caietis [Calestis *A*, Caletis *P*]. CASSIOD. chron. II p. 134, 540 M. Cicero -ae ... occisus est. VAL. MAX. 5, 3, 4 Popilius ... -am cucurrit et *Ciceronem occidit.* PLVT. Cic. 47 *Cicero* παρέδωκε τοῖς οἰκέταις ἑαυτὸν εἰς Καιήτας [*trad.* Καπίτας] κατὰ πλοῦν κομίζειν, ἔχων ἐκεῖ χωρία καὶ καταφυγὴν ὥρᾳ θέρους φιλάνθρωπον, ὅταν ἥδιστον οἱ ἐτησίαι καταπνέωσιν. ἔχει δὲ ὁ τόπος καὶ ναὸν Ἀπόλλωνος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. APPIAN. civ. 4, 19 ἀμφὶ Καιήτην [Καπύην *libri*] πόλιν τῆς Ἰταλίας. *cf.* Caietanus). SIL. 7, 410 litora -ae Laestrygoniosque recessus. 8, 529 regnata Lamo -a domusque Antiphatae. IVV. 14, 87 curvo litore -ae (SCHOL. in Campania Caleta). FRONTO p. 77 N. -ae substiti. AVR. Fronto p. 78 N. -ae nos opperire. CAPITOL. Aur. 19, 7 Faustinam ... apud -am condiciones sibi et nauticas et gladiatorias elegisse. RAVENN. p. 265, 15 Gaieta. 333, 17. Guid. p. 473, 3 Caieta. 510, 3. CORP. VI 8583 Ti. Claudio Speclatori Aug. lib. procurator(i) Formis, Fundis, -ae. *villa Ciceronis, supra l. 40 sqq. et infra sub* Caietanus *l. 71.* portus Cāiētae: CIC. Manil. 33 portum -ae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum. VERG. Aen. 6, 900 tum se ad -ae recto fert litore portum. CAPITOL. Pius 8, 3 -ae portus restitutio *Pii*. PS. AVR. VICT. orig. 10, 3. LIB. pontif. p. 224 portum Gaiete pervenit. portus Cāiēta: PLIN. nat. 3, 59 -a (Gaieta *A*) portus. FLOR. epit. 1, 16, 4 *in Campania* illi nobiles portus -a (Gaieta *et* Gaieza *codd. ap.* IORD. Rom. 143), Misenus. *cf.* DIOD. 4, 56, 6 *et* LYCOPHR. Alex. 1274 *supra l. 11.* **Cāiētānus,** -a, -um *adi.*: VAL. MAX. 1, 4, 6 in villa -a *Ciceronis*. SYMM. epist. 9, 131 silere apud te nequeo -ae formae temptamenta frigere, et nisi praesentia tua coeptis calcar admoverit, vereor, ne operi moliendo aestiva opportunitas subtrahatur. or. 1, 16 Pius otia -a persequitur. LIB. pontif. p. 70 in territurio Gaetano. 90 territurio Gazitano (Gaetano *pars*). Cāiētānus *nom. vir.*: MART. 8, 37, 1 quod -o reddis, Polycharme, tabellas. ... et -o milia crede duo. CORP. X 3114 (*Puteolis*) M. Vinicius M. l. Gaha, M. Vincius (*sic*) M. l. Kaiettanus (*sic*). IV 1690 -us scripsit.

2. Cāiēta *Aeneae nutrix, v. sub* 1. Caieta.

Cāiētānus *adi. et nom. vir. v.* 1. Caieta.

Caiētius, -a *nom. gent.; cf.* Caiecinus; Caieta. CORP. VI 14047 L. -o Ianuario. X 8059, 92 (*in signaculo*) Καιήτι Nebuli.

Caiiarus *deus barb.; cf. Ihm, PW. III 1324.* CORP. XII 655 (*Arelate*) ex imperio T. Attius Quartus Caiíaro v. s. l. m. *Ruggiero,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Diz. epigr. II 1, 17 intellegit Cailaro, *ita ut sit deus montis* Cailar; *aliis cognatus videtur cum* Caiva dea.

dat. **Cailistī** *nom. mul.* CORP. XI 1660 (*Florentiae*) L. Lusiano Basso, L. Lusiano Hymeto, Lusianae L. l. Cailisti. *fortasse aut corrigendum aut intellegendum* Call-.

genet. **Cailī** *nom. vir.* CORP. XI 2966 (*Tuscanae*) Aemilia Caili uxor. *cf.* Caelius?

Cailus, Cailvus *v.* Calvus.

? **Caimineae** matronae. CORP. XIII 7969 (*in German. inf., periit*) matronis Caimineais. *an* Fahinehis? *cf. Ihm, Bonn. Jahrb. 107 p. 289.*

1. Cappa *agn.-vir.* CORP. XI 4424 (*Ameriae*) L. Cassi Principis tibicinis -ae. VIII 23697 (*in prov. Byzac.*) ⟨. . .⟩dius -a. *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 37 (1882) 332.*

2. Cappa *nom. loci v.* Cappacum.

Cappacum *nom. loci Baetici.* PLIN. nat. 3, 15. *cf.* RAVENN. p. 317, 5 Cappa.

Cappadoces *pop. Asiae minoris, gr.* Καππάδοκες. PLIN. nat. 6, 9 Cappadox amnis, a quo nomen traxere antea Leucosyri dicti. HIER. nom. hebr. p. 4, 16 chapturim manus exploratorum sive turturum. sed melius -es. quaest. hebr. in gen. p. 14, 14 Mosoch -es unde et urbs usque hodie apud eos Mazaca dicitur; porro LXX interpretes Captorim -es arbitrantur. *cf. p. 156, 39.* *genet. pl. ubique* -um, *nam* NOVELL. Iust. 30 pr. quantum sit -ium nomen et gens *videtur adiectivum* (*etsi gr.* Καππαδοκῶν). *acc. graec.* -as MELA 3, 77 PERS. 6, 77 AMM. 22, 9, 13 PS. APVL. herb. 89 pr., *sed acc.* -es EXPOS. mundi 44. *de formis secundae decl. v. p. 169, 67.* *scribitur* Kappad- CORP. VI 10636 (= X 1966). 14968 (*trad.*); XII 5239; *mendose* Garadox *pro* Capadox III 10540. *in libris etiam* Capadoces, *sicut etiam* Capadocia. *notatur* Kap.: CORP. VI 10636. Cappa.: CORP. X 3571. BELL. Alex. 66, 4 *Lycomedes* regio -um genere ortus. NEP. Dat. 8, 2. HOR. epist. 1, 6, 39 mancipiis locuples eget aeris -um rex (*cf.* SCHOL. *ad l.* -es abundare mancipiis dicuntur, egere pecunia *et p. 169, 41*). LIV. 38, 26, 4 Ariarathis *regis* -es et Morzi auxiliares in laevo *cornu* quattuor ferme milium numerum explebant. POMP. TROG. Iust. 38, 5, 9 populo -um pro libertate oblata Gordium regem orante. MANIL. 4, 761 CVRT. 4, 1, 33 *al.* MELA 1, 13 ubi in nostra maria tractus excedit . . . notiora iam nomina Medi, Armenii . . . -es. LVCAN. 3, 244

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

venere feroces -es, duri populus non cultor Amani. 7, 225 -um montana cohors *al.* PLIN. nat. 6, 24 ordiemur a -um gente. longissime haec Ponticarum omnium introrsus recedens, minorem Armeniam maioremque et Commagenen laevo suo latere transit *eqs.* 27, 28 coronantur illa (*i. ambrosia quae dicitur herba*) -es. MART. 6, 85, 3. 9, 30, 1 -um saevis Antistius occidit oris Rusticus. IVV. 7, 15 faciant equites Asiani quamquam et -es faciant equitesque Bithyni (*cf. l. 48*). TAC. ann. 2, 56 -es in formam provinciae redacti A. Veranium legatum accepere. 2, 60 regem Rhamsen . . . quasque terras Suri Armeniique et contigui -es colunt, inde Bithynum hinc Lycium ad mare imperio tenuisse. 14, 26 Tigranes . . . -um ex nobilitate, regis Archelai nepos. AMPEL. 5, 13 in Asia clarissimae gentes . . . -es. SOL. 45, 4 Mazacam sub Argaeo sitam -es matrem urbium numerant. RVF. FEST. 11, 3 semper inter auxilia nostra fuere -es et ita maiestatem coluere Romanam, ut in honorem Augusti Caesaris Mazaca, civitas Cappadociae maxima, Caesarea cognominaretur. HIER. chron. a. Abr. 509 Hercules . . . a -bus . . . Desanaus adhuc dicitur. ITALA (Lugd.) *et* VVLG. deut. 2, 23 Hevaeos quoque, qui habitabant in Haserim usque Gazan, -es expulerunt, qui egressi de Cappadocia deleverunt eos et habitaverunt pro illis (*cf.* HIER. sit. et nom. p. 125, 17). CLAVD. 20, 114 -um tepidis Argaeus acervis aestuat. PRISC. perieg. 900 NOVELL. Iust. 30, 9. FACVND. defens. 4, 2 p. 615^A usque ad tantam paupertatem pervenerunt invidiosa -um. *de monachis Cappadociae*: CASSIAN. inst. 4, 17 illud autem, ut reficientibus fratribus sacrae lectiones in coenobiis recitentur, non de Aegyptiorum typo processisse sed de -um noverimus. Cappadox: LIV. 40, 20, 1 Ariarathis -is et Pharnacis Pontici. SEN. contr. 9, 2, 29 Glaucippus -x. SVET. Tib. 37 Archelaum -em, cuius etiam regnum in formam provinciae redegit (= EVTR. 7, 11). GARG. MART. med. 2 Heras -x. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 84 Strabon -x. hist. 4, 14 Georgium -em. 8, 1 Basilius -x. ACT. conc. Constant. a. 543 Mansi 9, 123^C Theodorus Ascidas -x. PALLAD. hist. mon. I 37 p. 324 d Timothei -is cuiusdam chorepiscopi. ISID. vir. ill. 26 Iohannes . . . episcopus natione -x. PASS. Paul. frg. 2. CORP. VI 3092 Afranius Zoilus mil(es) cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis) nat(ione) -x. 10636 (= X 1966, *Puteolis*) Aeli Aelini n(atione) Kap(padocis). 11188 C. Aeteius C. l. Eros -x. 14968 Ti. Claudio Chiloni Kappadoci. INSCR. christ. Rossi I 355 (*a. 385*) civem Armeniacum -em. CORP. X 3571 (*Miseni*) Cyrilla nat(ione) Cappa(dox). XI 864 (*Mutinae*) . . . L. l. Ero⟨ti⟩ ⟨C⟩appadoc⟨i⟩. III 10540 (*in Pann. inf.*) L. Aurelius Fortunatus natus natione Garadox. II 224 (*in Lusit.*) C. Iulius Felix Cappad⟨ox⟩. *imprimis de servis Cappadocibus* (*cf. l. 67. 74. p. 168, 78; Weyman, Archiv 8 [1893] 485*): CIC. Flacc. 60 (*contemptim*) -em autem illum (*i. Mithridatem*) non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat *Asia.* p. red. in sen. 14 -em modo abreptum de grege venalium diceres *L. Pisonem.* PERS. 6, 77 ne sit praestantior alter -as rigida pinguis plausisse catasta (*cf.* SCHOL. *ad l.* gladiatores significat . . . vel quia -es dicerentur habere studium naturale ad falsa testimonia proferenda *eqs. adde* IVV. 7, 15). PETRON. 63 habebamus tunc hominem -em, longum, valde audaculum et qui valebat. 69 adcognosco . . . -em, nihil sibi defraudit. MART. 6, 77, 4 quid te -um sex onus esse iuvat? 7, 30, 2 das Parthis . . . das, Caelia, Dacis, nec Cilicum spernis -umque toros. *pro nomine*: *persona fabulae Plautinae* CVRC. 233. 342. *cogn.* Cappadox: CORP. XII 5239 (*Narbone*) M. Vinicio Kappadoci. XIII 7382 (*in Germ. sup.*) Piladelpus Pilandri Ca⟨p⟩padox ⟨m⟩i⟨l⟩(es). II 3903^a (*Sagunti*) Q. Fabius Q. l. -x. *adi.* Cappadox. *de equis*: CAPITOL. Gord. 4, 5 equos . . . -es centum permittentibus imperatoribus factionibus divisit. CLAVD. 5, 31 iam pascua fumant -um volucrumque parens Argaeus equorum. *cf. etiam* PLIN. nat. 8, 173. NEMES. cyn. 241 *equos* lectos det Graecia nobis -umque notas referat generosa propago. SERV. Aen. 3, 704 PELAGON. 24. VEG. mulom. 3, 6, 4 curribus -um gloriosa nobilitas. AVG. civ. 21, 5 CLAVD. carm. min. 30, 192.

Cappadocus, -a, -um: COLVM. 6, 17, 7 montanus sal Hispanus vel Ammoniacus vel etiam -us (*adde* PLIN. nat. 31, 82 *sqq.*). 10, 184 haec *planta* sua -ae servat cognomina gentis. *cf.* 10, 191. MART. 5, 78, 4 viles -ae (*i. lactucae*) gravesque porri (*cf. p. 170, 73 et Daremberg-Saglio II 1146*). 10, 76, 3 nec de -is eques catastis (*cf. l. 45*). *inde etiam* Cappadocus *pro* Cappadox: APVL. met. 8, 24 at ille -um me et satis forticulum denuntiat. PASS. Paul. 5 Arion -us (*v. l.* Capadocius, Capadox) et Festus Galatha. VIRG. gramm. epist. 3 p. 138 Regulum -um. Cappadoci *pro* Cappadoces: DIOSC. 3, 125 -i vero ambreosi illam dicunt. CHRON. Alex. chron. I p. 96, 36 Gamer, a quo -i. p. 97, 58. NOVELL. Iust. 30, 5 -orum magistratum proconsularem esse volumus. Cappadoca *nom. serv.*: CORP. VI 6510 Prima Erotis -a. 17263 Eroti coiugi bene merenti fecit -a. 33390 (*e columb.*) ⟨Ca⟩ppadoca Antoniana.

Cappadocia *regio Asiae minoris, regibus subdita, a Tiberio in prov. redacta* (*cf. Ruggiero, diz. epigr. 2, 95 sqq.*): HIER. nom. hebr. p. 22, 6 Chaptor -a. p. 67, 29 -a manu redempta domino. violentum est (*cf.* p. 72, 22. 29). APRING. in apoc. 20, 9 Mosoch -am significat. ISID. orig. 14, 3, 37 -am urbs propria nuncupavit (nominavit *vulg.*). *de scriptura cf. p. 168, 73. notatur* Cappad(ocia): CORP. X 6006. V suppl. ital. 1227 (= V 8660, *ubi* Cappadoc. *legitur*). PLIN. nat. 5, 146 praetenditur -a a septentrione et solis ortu, cuius uberrimam partem occupavere Tectosages ac Teutobodiaci. 6, 9 -ae pars praetenta Armeniae maiori Melitene vocatur, Commagenis Cataonia, Phrygiae Gassauritis, Sargaurasana, Cammaneni, Galatiae Morimene. OROS. hist. 1, 2, 25 in capite Syriae -a est, quae habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cimmericum, a meridie Taurum montem. EXPOS. mundi 40 post haec in superiori parte -a est, quae habet viros nobiles et civitatem maximam Caesariam. frigora autem maxima habere dicitur, et non posse hominem imperitum locorum sine aliquo artificio habitare. negotia autem haec optima ubique mittere eam aiunt: leporinam vestem et Babylonicarum pellium et illorum divinorum animalium formunsitatem (*cf. etiam* PLIN. nat. 6, 24 [*p. 169, 2*], *unde* SOL. 45, 1 *sqq.* MART. CAP. 6, 690). PLAVT. Mil. 52 quid in -a, ubi tu quingentos simul ni hebes machaera foret, uno ictu occideras. ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 693 (Corp. I² p. 50) ⟨Cn. Pompeius . . . ex Asia Ponto Armenia Paphla⟩gonia Cappadoc⟨ia⟩. CIC. leg. agr. 2, 55 nostras res proprias . . . a nobis abalienari . . . in -ae solitudine licebit. epist. 15, 4, 4 sed me -a movebat, quae patet a Syria regesque habet finitumos, qui etiamsi sunt clam amici nobis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent. 15, 4, 15 -ae regnum (VAL. MAX. 5, 7 ext. 2. 9, 15 ext. 2 HEGES. 1, 38, 16. BELL. Alex. 34, 1 -am, regnum Ariobarzanis). CAES. civ. 3, 4, 3 ex quibus *equitibus* . . . adduxerat D. Ariobarzanes ex -a. BELL. Alex. 35, 3 -a his iugis subiecta magnam commeatus copiam erat subministratura. 66, 3 sanctissimum in -a Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius deae maiestate, imperio, potentia secundus a rege consensu gentis illius habeatur. NEP. Dat. 1, 1 -am, quam incolunt Leucosyri (*cf. l. 81*). Eum. 2, 2 data est Eumeni -a sive potius dicta (*cf.* CVRT. 10, 10, 3 *al.*). VELL. 2, 39, 3 *Tiberius* auctoritate -am populo Romano fecit stipendiariam. PLIN. nat. 6, 8 -a intus habet coloniam Claudi Caesaris Archelaidem. 6, 9 -ae pars praetenta Armeniae maiori Melitene vocatur. *et passim.* CORP. III 218 (*Ancyrae, a. 80*) *imp. Titus* ⟨per⟩ A. Caesennium Gallum . . . vias provincia-r⟨um⟩ G⟨ala⟩tiae Cappad⟨o⟩ciae . . . stravit. *cf.* 312 (*a. 82*) (FLOR. epit. 3, 12, 4 Galliam, Thraciam, Ciliciam, -am, uberrimas validissimasque provincias. IVL. HON. rec. A 31 ITIN. Theod. 15). TAC. hist. 2, 78 nova iura -ae *dedit Otho.* ann. 2, 42. 12, 49 -ae procurator Iulius Paelignus (CORP. V 8660 [*Concordiae, a. 166*] T. Desticio . . . Severo . . . proc. prov. Cappad. II 1970). SVET. Cal. 1. Vesp. 8 -ae propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit, consularemque rectorem imposuit pro eq. R. SOL. 38, 2 Cilicia antea usque ad Pelusium Aegypti pertinebat Lydis Medis Armeniis Pamphylia -a sub imperio Cilicum constitutis. IVL. VAL. 2, 11 satrapis Phrygiae vel -ae. IVST. 2, 4, 2 Plinos et Scolopitus *Scythae* . . . domo pulsi . . . in -ae ⟨Ponticae *ex* OROS. hist. 1, 15, 1 *add. Rühl*⟩ ora iuxta amnem Thermodonta consederunt. GAVDENT. serm. 17 in ipsa . . . maxima -ae civitate, quae appellatur Caesarea. FILASTR. 121, 3 *Cham* . . . in medio autem usque ad -am, id est Tauri montem, fines habere concessit Noe. VVLG. Ier. 47, 4 depopulatus est enim dominus Palaesthinos, reliquias insulae -ae. act. 2, 9. I Petr. 1, 1 *Petrus* advenis dispersionis . . . -ae, Asiae et Bithyniae. HIER. vir. ill. 62 episcopus -ae (PRAEDEST. 1, 48 p. 605^B). NOT. dign. or. 1, 105 -ae primae (2, 45. 25, 8. NOVELL. Iust. 8 notit. p. 84 a iudice -ae primae. 20, 2 primae -ae praeses. ACT. Conc. Const. Mansi 9, 173^C Theodoro religiosissimo episcopo Caesareae primae -ae provinciae). 1, 106 -ae secundae (2, 46. 25, 9 COD. Theod. 13, 11, 2 [*a. 386*]. NOVELL. Iust. 8 notit. p. 84 a iudice -ae secundae. ACT. Conc. Const. a. 536 Mansi 8, 1048^C Dominicus episcopus Tyaneus secundae provinciae -ae. FACVND. defens. 7, 3). 10, 2 domus divina per -am (*cf.* COD. Theod. 6, 30, 2 [*a. 379*] ad gerendum principatum officii comitis domorum per -am mittantur, quales comes etiam domorum . . . vereatur). VINCENT. LER. 30, 42 illa -ae lumina, sanctus Gregorius . . . sanctus Basilius . . . sanctus item alter Gregorius Nyssenus. COD. Iust. 7, 16, 41 (*sub Constantino*) Titianum praesidem -ae. 8, 10, 10 (*a. 420*) per provincias Mesopotamiam . . . utramque -am. NOVELL. Iust. 30 tit. de proconsule -ae. CORP. VI 1333 L. Aemilio . . . Karo co⟨s.⟩ leg. Aug. pr(o) pr(aetore) provinciae -ae (*cf.* 1523. X 6006. 8291. II 4111). IX 2649 (*Aeserniae*) P. Septimio . . . Paterculo . . . praef. coh. Hispanor. in -c(ia). III 6753 (*Ancyrae*) L. Didio Marino . . . proc(uratori) fam(iliarum) glad(iatoriarum) per Asiam . . . Cappadoc(iam). VIII 7050 (*in Numid.*) ⟨P. I⟩ulio . . . ⟨G⟩eminio Marciano . . . leg. Augg. su⟨per⟩ vexillationes in Cappa⟨do⟩cia. 7934 (*ibid.*). **Cappadocius**, -a, -um (*cf. p. 169, 69*): *absol.*: COLVM. 11, 3, 26 -a *lactuca*, quae pallido et pexo densoque folio viret (PLIN. nat. 19, 126 -as. 19, 128 -ae. *cf. p. 169, 66*). PLIN. nat. 1, 37, 56 -a *gemma* (37, 151). 21, 51 zizipha, quae -a vocantur. EXPOS. mundi 44 Paphlagonia et Pontus, virorum divitum habitatio et valde eminentium, similiter -iis et Galatis, in doctrina quoque et in omnibus bonis. **Cappadocicus**, -a, -um: INSCR. numm. Cohen 2 p. 153 n. 553 (*Hadriani*) exer(citus) -us. *cf.* DIOSC. 4, 143 Cappadoticus *elleborus* his albidior est.

Cap(p)adox. 1 *nom. fluvii Asiae minoris*: PLIN. nat. 6, 9 ubi disterminat eas (*i. Galatiam et Cappadociam*) -x amnis, a quo nomen traxere antea Leucosyri dicti. 2 *nom. fl. Syriae ad Euphratem decurrentis*: TAB. Peut. 11, 3 ad fl. Capadocem. RAVENN. p. 90, 2.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cappara *v.* Capera.
Capparattea *nom. vici Samaritani.* RVFIN. hist. 3, 26, 3 (*gr. genet.* Καπαραττaίας).
Cappelliānus *v.* Capellius. **Cappidava** *v.* Capidava.
Cappis *fluv. Galliae.* RAVENN. p. 235, 19 -is.
Cappius, -a *nom. gent. cf.* Cappis. CORP. XII 1943 (*Viennae*) -ae Graecinae L. -us De⟨cu⟩minus coniugi. 2937 (*Vcetiae*) -ae Severillae. *v. etiam* Capius. **Kappiānus** *cogn. vir.* CORP. VIII 15576 (*a. 164*) L. Iulius L. fil. Corn(elia) Rogatus -us frater . . . L. Iulius Titisenus Rogatus -us . . . cum A. Titiseno Honorato -o fil. suo. *cf.* XI 5180 (*in Vmbria, periit*) ⟨. . .⟩lio T. f. T. n. ⟨. . .⟩io Cappiano (*sic vel* Capiiano *trad.*, Carpiano *coni. Bormann*).
Cappo *nom. vir.* CORP. XIII 5027 (*in Germ. sup.*) -o Icari l(ibertus?).
Capponius, -a *nom. gent., cf.* Cappo. CORP. III 13397 (*in Pann. sup.*) -ius Maximus. *cf.* p. 2328^{26}.
Capr⟨. . .⟩ *nom. gent. inc.* CORP. VI 2404 a (11) C. Capr⟨. . .⟩. VIII 22644, 56 (*in lucerna*) L. Capr⟨. . .⟩. *etiam* VI 34778. IV 3089.
1. Capra *nom. sideris v. vol. III p. 309, 1 sqq.*
2. Capra *cogn. vir.; cf.* Capella *et* Caprarius, Caprasius, Capratinus, Caprelius, Caprilius, Caprius *et W. Schulze, Eigennamen p. 353. 418.* VARRO rust. 2, 1, 10 nomina multa habemus ab utroque pecore . . . sic a maiore Equitius, Taurius, ⟨Asinius: idem⟩ cognomina assignificari [quod] dicuntur, ut Anni -ae *eqs.* CORP. X 6463 (*Setiae*) L. Aninius L. f. -a IIIIvir.
3. Capra *cogn. mul.* CORP. XI 1218 (*Placentiae, periit*) Titiae L. Metti l. -ae.
Caprae palūs *nom. loci urbani in campo Martio; cf. Hülsen, PW. III 1545.* *gr.* αἰγὸς ἕλος PLVT. Rom. 27. LIV. 1, 16, 1 *Romulus* cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad -ae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius contioni abstulerit. PAVL. FEST. p. 65 Caprali⟨a⟩ appellatur ager, qui vulgo ad -ae paludes dici solet. FLOR. epit. 1, 1, 16 SOL. 1, 20 VIR. ill. 2, 13 HIER. chron. a. Abr. 1300 COMMENT. Lucan. 1, 197. IORD. Rom. 94 apud -ae paludes. *sed* Ov. fast. 2, 491 est locus, antiqui Capreae dixere paludem.
Caprae *vicus Etruriae, ubi Totila rex Gothorum mortuus est.* PROCOP. bell. Goth. 4, 32, 27. *v. etiam* Capris.
Caprālia *v. l. 33.*
Caprapicti *locus Africae.* VICT. VIT. 1, 35 regi Maurorum commanenti in parte heremi quae dicitur -i (capra picta *R p*).
Caprāria *nom. locorum.* a *secundae syllabae producit* RVT. NAM. 1, 439. **1** *locus Numidiae*: TAB. Peut. 4, 3. **2** *castrum Gallicum*: GREG. TVR. Franc. 3, 21. **3** *insula Baliaris*: PLIN. nat. 3, 78 a maiore *Baliari* XII in altum abest -a, insidiosa naufragiis. MART. CAP. 6, 643 -am naufragalem. *adi.* **Caprāriēnsis,** -e: PLIN. nat. 34, 164 nigri *plumbi* generibus haec sunt nomina: Iovetanum, -e Oleastrense. *cf. Blümner, PW. III 561.* Capria *apud* GREG. M. epist. 13, 48 monachos monasterii, quod in -a insula (Capraria *v. l.*), quae iuxta Maiorica item insula, est positum. *nescio an huc pertineat* MARTYROL. Hier. 5 kal. Mai. in Capria (Capri *Eptern., alii* Caprea). **4** *insula maris Tyrrheni inter Corsicam et Ilvam* (*cf. Hülsen, PW. III 1546*): VARRO rust. 2, 3, 3 sic quas alimus ⟨caprae⟩ a capris feris ortae, a quis propter Italiam Caprasia insula est nominata. *alibi* Capraria: MELA 2, 122 ultra aliquot *insulae* sunt parvae . . . Vrgo, Ilva, -a. PLIN. nat. 3, 81 -a, quam Graeci Aegilion dixere (*cf.* SOL. 3, 2 MART CAP. 6, 644. *adde*: IVL. HON. cosmogr. rec. A 41 -a insula. Igilio insula. COSMOGR. 1, 41. PTOL. 3, 1, 78 Καπραρία). RVT. NAM. 1, 439 processu pelagi iam se -a tollit. squalet lucifugis insula plena viris. ipsi se monachos Graio cognomine dicunt. OROS. hist. 7, 36, 5 *Mascezel* -am insulam adiit, unde secum sanctos servos dei aliquot permotos precibus suis sumpsit. *cf.* AVG. epist. 48, 4 GREG. M. epist. 5, 17. **5** *una ex fortunatis insulis*: PLIN. nat. 6, 202 sunt qui ultra eas *insulas* Fortunatas putant esse . . . Iunoniam abesse a Gadibus DCCL pass. tradit *Sebosus.* ab ea tantundem ad occasum versus Pluvialiam -amque. 6, 204 -am, lacertis grandibus refertam. SOL. 56, 16 MART. CAP. 6, 703. aedicula -a *v. vol. III p. 355, 44.* *v. etiam* Capreae, Capriaria.
Caprāriēnsēs *nom. gentis Mauretaniae.* AMM. 29, 5, 37 -bus Abannisque eorum vicinis proelio levi sublatis. Caprāriēnsis, -e *adi.*: AMM. 29, 5, 34 Firmus . . . -es montes longe remotos penetravit, et diruptis rupibus inaccessos. *v. etiam* Capraria *3.*
Caprārius *cogn. vir., cf.* Capra. PLVT. Public. 11 ἐτίθεντο δὲ καὶ παισὶν αὐτῶν Συίλλους καὶ Βουβούλκους καὶ Καπραρίους ὀνόματα . . . κάπρας . . . τὰς αἶγας . . . ὀνομάζοντες. *traditur* Kaprarius CORP. VI 14389; *legitur* VIII 3408 (*in Numid.*). C. Caecilius Metellus -us *cos. a. 113 a. Chr. cf.* CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 55, 641 -o. PLVT. Fort. Rom. 4 p. 318^{C} (*Münzer, PW. III 1208*). CORP. X 1490 (= INSCR. graec. XIV 758; *Neapoli saec. I*) Ὀκταούιος -ος Ὀκταουίῳ -ῳ υἱῷ εὐσεβεστάτῳ. ACT. conc. Agathens. a. 506 Mansi 8, 337^{D} -o episcopo Narbonensi. CORP. X 8053, 44 (*in lucerna*) -i (*cf.* VIII 22644, 57). XI 1011 (*prope Regium Lepidum*) ⟨L.?⟩ Petronius L. f. Capra⟨r?⟩ius. XII 3684 (*Nemausi*) Iullino Iullini f. -us frater. 4319 (*Narbone*) L. Cornelius -us. VIII 515 (*in prov. Byzac.*) C. Calpurnius -us. 2618 b 15 (*in Numid.*) P. Pompeius -us ex pol(ione) Cir(ta) (*cf.* 3972). 3708 (*ibid.*) C. Iulius -us. 5434 (*in Num. procos.*) Iulius Fortunatus -i fil. 6448 (*in Num.*) M. Gargilius -us. 15015 (*in prov. procos.*) Primus -i f. sacerdos. 21206 (*in Maur. Caes.*) M. -us f. hic situs cum matrem (*sic*) *Caecilia Severa* et avia *Gellia Severa.* **Caprāria** *nom. mul.* ENNOD. opusc. 3, 24 p. 336, 24 -a, Burconis mater. CORP. II 5963 (*in prov. Tarrac.*) -a Valentis Sesquiplicani et Rogatae filia.
Caprarius mons. CASSIOD. var. 12, 17, 1 iuxta montem -um (*prope Ravennam, ut videtur*).
1. Caprasia, -ae *ostium Padi.* PLIN. nat. 3, 120 proximum inde ostium -ae, dein Sagis, dein Volane. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 562 n. 3.*
2. Caprasia, -ōrum *opp. Bruttiorum.* ITIN. Anton. Aug. p. 105, 3 *et* 110, 6 -is. TAB. Peut. 6, 1 -a. RAVENN. p. 278, 10 Capratia. Guid. p. 482, 17 Capracia. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 561.*
3. Caprasia *v.* Capraria *4.*
Caprāsius, -a *nom. gent., cf.* 2. Capra. Caprásius *legitur* CORP. XIII 5165 (*cf.* SIDON. carm. 16, 110). Caprasius *et* Caprassius: NOT. Tir. 115, 69. *notatur*: CORP. X 8058, 15 (*signac. Pompei.*) Cap. 908 (*Pompeis*) Nymphodotus Capras(i) Iucundi. CORP. X 805 (*Pompeis*) D. Capr⟨asius⟩. IV 171 -a cum Nymphio. 205 A. Vettium -um Felicem (*passim, etiam* A. V. C. F. 564 -um Felicem *al.* 620 -um *al.* 846 A. Vettium -um *al.* 935 h A. -um et Paquium Proculum). 207 Nymphodotus cum -a. 923 -a. TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 22, 17 D. -i Gobio⟨nis⟩ *al.* 59, 8 D. -i Felicis *al.* 71, 4 D. -i Erotis. 80, 1 -i(ae?) Zoe(ni?). 80, 10. 106, 5 D. -i Aticti. 155, 9 (*cf.* 47) D. -o A⟨mpliato⟩. III 14263^{1} (*in Dalm.*) ⟨Ca⟩pr⟨a⟩siae Se⟨cundae⟩ (?). HIL. AREL. vita Honorat. 12 assumunt senem perfectae consummataeque gravitatis, . . ., sanctum -um angelica adhuc in insulis *Lirinensibus* conversatione degentem. EVCHER. laud. her. 42 SIDON. carm. 16, 110. GREG. TVR. Franc. 6, 12 basilicam sancti marthiris -i expetiit (*Agenni*). MARTYROL. Hier. 13 kal. Nov. CORP. XIII 4354 (*in Gall. Belg.*) Capellini -i. 5165. 10010, 446 (*signac.*) -us. VII 1336, 230 *sq.* (*in patellis*) -us. VIII 1251 (*in prov. procos.*) d. m. s. Capras⟨. . .⟩ (= X 2226). 11237 (*in prov. Byzac.*) Allius -us.
Capratia *v.* 2. Caprasia.
Capratīnus, -a *cogn., cf.* Capra. *an deriv. a* Capratinis Nonis. -ī-: CORP. VI 975 b III 53. CORP. I 761 (*tess. cons. a. 15*) -us Cu⟨.⟩ciorum. VI 975 b III 53 (*a. 136*) P. Scantius (mul.) l. -us. 6061 Maeciae -ae. 35354 Furia -a. XII 3631 (*Nemausi*) L. Iulio -o. XIII 5730 (*in Germ. sup.*) -o Bucci ⟨f.⟩. II 585 (*in Lusit.*) S. Pom(peius) -us. 2056 (*in Baetica*) L. Aurelius -us. 3300 (*in Tarrac.*) Flavia -a. 4154 (*Tarracone*) Fulv⟨io C⟩apratino ex p⟨rovi⟩ncia Baetic⟨a It⟩alicensi. INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. II) nr. 177 (*in Baetica*) Alfidia Capra⟨tina⟩.
Capratīnae nonae *v.* Caprotinae.
Caprea *v.* Caprae palus, Capreae, Capris.
Capreae *nom. insulae prope Neapolim sitae, hodie* Capri; *cf. Hülsen, PW. III 1546.* SERV. auct. Aen. 7, 735 quidam dicunt -as a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas. *graece* STEPH. BYZ. Καπρίη . . . Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. λέγονται καὶ Καπριαί. STRABO 1, 60. 5, 247 *sq.* Καπρέαι. 2, 123 αἱ Καπρέαι. PTOL. 3, 1, 79 Καπρέα. CASS. DIO 52, 46, 2 ἡ Καπρία *al.* ITIN. Anton. Aug. p. 516, 1 insula Capraria a Puteolis stadia CCC. GREG. M. epist. 1, 52 abbas monasterii sancti Stephani insulae Capris. *v. l. 69. loc. corr.*: IVL. HON. cosmogr. A 41 †Luci Caprea insula (*cf.* COSMOGR. 41 Luci Capri). VERG. Aen. 7, 735 Teleboum -as cum regna teneret (SERV. *ad l.*). Ov. met. 15, 709 inde legit *navis* -as promunturiumque Minervae. SEN. epist. 77, 2 MELA 2, 121. PLIN. nat. 3, 82 a Surrento VIII distantes Tiberi principis arce nobiles -ae, circuitu X⟨I⟩ m. (*cf.* IVV. 10, 72. 93 TAC. ann. 4, 67. SVET. Tib. 40 -as se contulit, praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, saepta undique praeruptis immensae altitudinis rupibus et profundo mari. 74 ante paucos, quam obiret, dies turris Phari terrae motu -is concidit. *et passim.* AVSON. 263, 3. 529, 3. CLAVD. 8, 314 quem rupes -arum taetra latebit incesto possessa seni. 20, 61. SIDON. carm. 5, 321 -as Tiberi. *cf.* 7, 104 HEGES. 2, 3, 31). STAT. silv. 3, 1, 128 dites -ae viridesque resultant Taurubulae et terris ingens redit aequoris echo (*trad.* Caprae). 3, 2, 23 PLIN. epist. 6, 20, 11. SVET. Aug. 72 qualia sunt -is immanium beluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur Gigantum ossa et arma heroum. 92 ut -*as* cum re p. Neapolitanorum permutaverit *Augustus*, Aenaria data. LAMPR. Comm. 5, 7 Commodus Lucillam sororem, cum -as misisset, occidit. SERV. Aen. 5, 864 Sirenes . . . primo iuxta Pelorum post in -is habitaverunt. *adi.* **Caprēnsis,** -e. FAST. Antiat. a. 48 (Corp. I^{2} p. 247) C 3, 3 Bathyllus ver(na) Capr(ensis) a bybl⟨iotheca⟩. SVET. Tib. 43 secessu vero -i (*sic codd.*, Capreensi *Aldina*) etiam sellaria excogitavit . . . . CORP. VI 8409 a Staphylo Aug. a manu vernae Caprine (*i. q.* Caprien(si)?). 8958 Dorcadis Iuliae Augustae l. vernae -is ornatricis. **Caprineus:** SVET. Tib. 43 *Tiberium* palam iam et vulgo, nomine insulae abutentes '-um' dictitabant.
Capreatae *vel* -es *nom. pop.* PLIN. nat. 5, 127 Isidorus *gentes interiisse tradit* Arieneos et -as (*v. l.* Capretas) ubi sit Apamea con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dita a Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam.

Caprelius, -a *nom. gent.; cf.* Caprilius, Capra *et W. Schulze, Eigennamen p. 234 adn. 6.* CORP. IX 2002 (*Beneventi, periit*) M'. -o M'. l. Corcia (*i. Gorgiae?*).

Caprēnsis, -e *adi. a nom. oppidi Africani inc. derivatum*: NOT. episc. Maur. Caes. 53 Primus -is. *cf.* Caprapicti, Caprariensis.

Capreolus, -a *v.* Capriolus *l. 51 sqq. 61 sqq.*

Capretae *v.* Capreatae.

Capretānus *cogn. vir.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 145 adn. 3 et 237.* DECRET. decur. Puteol. Modest. (Corp. X 1782) Iulius -us. INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 235 (*Surrenti*) Euplutus Ti. Claudi Aug. Caesar. vern(a) -us.

Capreus *nom. regis v. p. 172, 50.*

Capria insula *v.* Capraria *p. 171, 49.*

Capriandas *locus Syriae.* TAB. Peut. 11, 2.

Caprianus *nom. montis Siciliae.* DIOD. frg. 36, 4, 2 ἐν ὄρει καλουμένῳ Καπριανῷ.

Capriāria *nom. ins. mar. Indici.* RAVENN. p. 421, 2 -a. *cf.* PTOL. 7, 4, 11 Αἰγιδίων.

Capriās *cogn. vir.*, Καπρίας. CORP. VI 26155 P. Sempronio -ae.

Caprica *nom. mul.* MARTYROL. Hier. 7 id. Apr. (Eptern.) *sed* Bern. Wiss. Coprice.

Capricornus *cogn. vir., cf.* capricornus. CORP. X 2104 (*Puteolis*) Arruntío Caprícorno (*apices falso appicti*).

pagus **Capriculānus:** CORP. X 1279 (*Nolae*). *cf.* Caprius (*W. Schulze, Eigennamen p. 124*).

Caprīlius, -a *nom. gent.; cf.* Capra, Caprius, Caprelius *et W. Schulze, Eigennamen p. 145. 353.* VARRO rust. 2, 1, 10 nomina multa habemus ab utroque pecore ... ⟨a minore⟩ Porcius, Ovinius, -us. CORP. VI 14390 -a C. l. Helpis. 14391 Caprília (mul.) l. Vítícla. 17453 P. -o Nicostráto fecit -a Recepta. 23597 -a Cassia. 34779. 34780 -ae Hedones. 34781 ⟨C⟩aprilia Psyche. 34953 -a Cn. l. Sura. INSCR. Röm. Mitt. 1908 p. 37 (*Caere*) P. -i(us) P. l. Dioc⟨l⟩e⟨s⟩... Neicepor Caprelli, P. S. X 5227 (*Casini*) P. -o Casineti lib. et alumno Casineto. XI 5300 (*Hispelli*) P. -o Ianuario. XII 1963 (*Viennae*) Caprília Mnemosyne. 2236 (*Gratianopoli*) A. -o Antullo fláminí Martis. 2538 (*prope lacum Lemannum*) Sex. -us Att(icianus?). *cf.* 2515. 2533. 3843 (*Nemausi*) Capríliae C. f. INSCR. Revue epigr. 1901 n. 1402 C. -us Sparus. CORP. II 3457 (*Carthagine nova*) L. Caprill⟨io ...⟩ Lucrion⟨i⟩. VIII 8861 (*in Mauret. Sitif.*) -a Donata. 15748 (*in prov. procos.*) Ca⟨p⟩rilia (*sic Cagnat, Cameria Wilmanns*) Namphame. 15959 (*in prov. procos.*) -a C. f. Anulla.

Caprīneus *v.* Capreae *p. 172, 80.*

Caprio *nom. dei.* CORP. XIII 4142 (*prope Treveros*) deo Caprion⟨i⟩. *cf. Ihm, PW. III 1551.* *nom. vir.*: PAPYR. Marini 73, 59 per Zosimum et -em.

Capriolum. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1136[B] monasterii beati Valentini in -o (*territorii Apamensis*).

Capriolus, -a *cogn., cf.* Caprius. Kapriola *legitur* CORP. VI 21858. X 2571 (*Puteolis*). XI 7089 (*Cortonae*). Capreolus *legitur in libris mss. et in titulis*: CORP. VI 15739 Flavia -a. 21681 M Lurio -o. IX 1062 (*in agro Compsino, periit*) Sallustiae -ae. 1698 (*Beneventi, periit*) Iunia -a. 1791 (*ibid.*) Claudiae -ae. 1874 (*ibid.*) M. Marius -us ... Mario -o. 1892 (*ibid.*) Epuria -a. 1995 (*ibid.*) Tituleiae -ae. 3750 (*Marruvii*) Pomponeae (*sic*) -ae. IV 4388 -us Iul(ianus). V 1243 (*Aquileiae*) P. Graxi P. f. -i. III 14512 (*in Moes. sup.*) M. Fabio -o. INSCR. graec. Rom. Cagnat III 120 (*in Cappadocia*) T. Ἑλόυιος Καπρέολος. *unde nescio an ad* capreolus *pertineat. sed notandum et* Caprium *et* Capriolum *frequentissime in Italia meridiana inveniri.* Capreolus *causidicus*: FRONTO p. 43, 11 N. acturi videntur -us ... et Marcianus noster. COD. Iust. 4, 53, 1 (*a. 205*) Publiciae Capriolae. SYMM. epist. 8, 7 ad Capreolum. Capreolus *episcopus v. archiepiscopus* (LIBERAT. 5) *Carthaginiensis a. 430—437 cf. Jülicher, PW. III 1548.* VINCENT. LER. 31 FERRAND. epist. 6, 6. Capriolus -a *in titulis*: CORP. VI 1056 (2) 111 (*a. 205*) Comini -e *vigil.* 1057 (2) 165 (*a. 210*) L. Domit(ius) -l(us). 2962 Casuria Capr⟨i?⟩ola. 4757 (*in monum. Marcellae*) -a. 6209 Iuliae -ae (20181). 8581 -a. 10014 -us. 10821 Aeliae -ae (12402. 34255 INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 3). 13219 Aureliae -ae. 14392 *sq.* 14394 -aes. 15374 *sq.* Claudiae -ae. 16831 Valeria -a (28172). 17298. 17550. 18150. 19574. 23394. 24259 Q. ⟨F⟩arsuleius -us. 24582 Pompilia -a. 25382 (*cf.* 33853). 26107 Sei -i. 27230 Terentiae -ae. 27636 T. Flavius -us. 28818. 29191. †31893 g. 33853. 35490. INSCR. christ. Notiz. degli scavi 1905 p. 117 Egnatius -us. nuovo bull. christ. X 1904 p. 109 -o in pace. CORP. IX 495 (*Venusiae*) Cascia -a. 888 (*Luceriae*) Ti. Statorio Gemino ... -us filius naturalis. 1390 (*Aeclani*) Bebio Capr⟨i⟩olo. 2442 (*Saepini*) *Saepinia* -a. 2501 (*ibid.*) Erenniae -ae. 2741 (*Aeserniae*) Helviae -ae. 3040 (*Teate Marruc.*) Vibpsania -a. 3391 (*Aufini*) ⟨...⟩ontia -a. 4455 (*in agro Amiternino*) Proculeia -a. 5112 (*Interamniae*) Apisia -a ... *Petisedius* -us. 5538 (*in Vrbe Salvia*) L. Annio L. l. -o. 6246 (*Larini*) Irrius Caprius et Irria -a *filia.* 6366. X 373 (*prope Atinam*) Quelia -a. 8059, 98 (*signac.*) -i. INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 384 (*Amiterni*) Amiternius -us Salviaeius T. f. CORP. XI 2742 (*Volsiniis*) C. Caecinio -o. 5233 (*Fulginiis*) Corneliae -ae. 5462 (*Asisii*). 5916 (*Iguvii*) Trebelliae -ae. 6229 (*Fani Fortunae*) C. Cissonis C. l. -i. III 9052 (*in Dalm.*) Q. Etuvio Q. fil. Tro(mentina) -o. VIII 16112 (*in prov. procos.*) Licinia -a. *nota nomen equi*: TAB. devot. Audollent 284, 14.

Caprīs *abl.* 1 *locus Histriae*: RAVENN. p. 257, 4. 382, 10 -is. *nescio an huc pertineat*: GREG. M. epist. 9, 152 habitatoribus insulae Capreae Histriae provinciae. 9, 154 de Capritāna insula. 2 *locus Galliae Cisalpinae*: RAVENN. p. 271, 8 -is.

Caprissus *cogn. vir.* CORP. V 7220 (*in Alpibus Cottiis*) Ti. Claudius Severi et Vibiae l. -us. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 761.*

Capritānus *v.* Capris.

Κάπριον *castellum Etruriae in agro Tarquiniensi.* DIOD. 20, 44, 9 (*trad. etiam* Καίριον). *cf.* Caprius (*W. Schulze, Eigennamen p. 559*).

Caprius, -a *nom. gent.; cf.* Capra *et Lattes, Archiv 13 (1904) 184.* -us *delator et causidicus*: HOR. sat. 1, 4, 64 Sulcius acer ambulat et -us, rauci male cumque libellis .... 1, 4, 70 non ego sim Capri neque Sulci (*cf.* PORPH. *et* SCHOL. *ad l.*). CORP. VI 27838 -a (mul.) l. Andromacha. IX 846 (*Luceriae*) -a M. l. Felicula. 1242 (*Aeclani*). 1495 a (*apud Ligures Baebianos*) -i Feroci (?). 1928 (*Beneventi*) Q. -o Ob⟨...⟩. 3171 (*Corfinii*) -a Q. f. Quinta. IX 3525 (*Furfone*) Q. -o Q. l. Optato (= INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 432). 3539 (*ibid.*) Q. -o (mul.) l. Feroci -a Q. l. Sedata. 4807 (*Fori novi*) L. -us L. l. Hierax. X 5186 (*Casini*) C. -us C. f. Ter(etina) C. n. IIIIvir i(ure) d(icundo) iter⟨um⟩ q(uaestor) pontifex tr(ib.) mil. 5338 *sq.* (*Interamnae Liren.*) L. -o L. f. Gallo pontif. IIIIvir(o) i(ure) d(icundo) *eqs.* 5459 (*Aquini*) *bis.* 5460 C. -i Chilonis C. -o C. l. Steph(ano). 5461 L. -us L. f. Rufus Vitellia natus. 5694. 5715 (*Sorae*) Q. -o Q. l. Philomeni patron(o) Q. -us Q. l. Tertius VIvir. XI 4107 (*Ocriculi*). V 147 (*Polae*) -a L. f. Rutila. 3820 (*Veronae*) -a C. f. Secunda. 2849 add. -a P. f. Sabi⟨...⟩. XII 987 (*prope Arelatem*) Q. -ií. XIII 1061 (*in Aquit.*) ⟨Mar⟩cus -us Se⟨cundus C⟩omnerti fil. ... -i Comnerti fili. 2452 (*apud Ambarros*) Bormanae Aug. sacr. -í Atratinus ⟨...⟩ Sabinian(us). III 11078 (*in Pann. sup.*) -ae Primigeniae. 13930 (*in Dalm.*). *cogn.* (= *gr.* Κάπριος?): CORP. VI 28586 Verginiae -ae. IX 1055 (*in agro Compsino*) ⟨C⟩aprio ... -us pater. 1290 (*Aeclani*) L. Peduceo -o. 2499 (*Saepini*) Pacilia -a lib. 3185 (*Beneventi*) C. Lucceius C. l. -us sevir Aug. 6246 (*Larini*) Irrius -us ... Irria Capriola *filia.* 8364 (*Abellini*) Veratius -us. XI 671 (*Fori Corneli*) Hirtia -a. 1774 (*Volaterris*) Caecinia -a. 6310 (*Pisauri*) Vicria -a. *nota nomen equae*: TAB. devot. Audollent 272 *sqq.* 276. 278. 282 *sqq.* (*in prov. Byzac.*) -a.

Capronius, -a *nom. gent.; cf. etr.* capru, *lat.* Caprutius *et W. Schulze, Eigennamen p. 67.* CORP. V 6598 (*in agro Novariensi*) -ae Ciceronis f. Verae. XII 5690, 26 (*signac.*) -ae. Caproniānus *v.* Caetrōniānus *p. 57, 79.*

Caprōtīna *cogn. Iunonis, inde* nonae Caprotinae (*i. Iuliae*). VARRO ling. 6, 18 nonae -ae, quod eo die in Latio Iunoni -ae mulieres sacrificantur (*sic*) et sub caprifico faciunt; e caprifico adhibent virgam. cur hoc, togata praetexta data eis Apollinaribus ludis docuit populum. ARNOB. nat. 3, 30 *Iuno* -a. AVSON. 385, 9 festa -is memorabo celebria nonis, cum stola matronis dempta teget famulas. MACR. sat. 1, 11, 36—40 *fusius de origine cf.* 40 nonas -as *senatus* nuncupavit ab illa caprifico, ex qua signum victoriae ceperunt. *scribitur* Capratinae: CORP. IV 1555 pridie nonas -as. PLVT. Rom. 29 Καπρατῖναι αἱ νῶναι καλοῦνται διὰ τὸν ἐρινεὸν καπρίφικον ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομαζόμενον. Num. 2 Cam. 33 fort. Rom. 8. *de re v. Wissowa, PW. III 1551. cf.* Capratinus.

Caprū limēn, *gr.* Κάπρου λιμήν. MELA 2, 30 inter Strymona et Athon Turris Calarnaea et portus -u limen.

Capruo⟨...⟩ *nom. gent. inc.* CORP. XI 2751 (*Volsiniis, periit*) P. Capruo⟨...⟩.

Caprus *cogn. vir., gr.* Κάπρος. CORP. IX 387 (*Canusii*) ⟨T.⟩ Libuscidio Faustino ... -us pater. *v. etiam* Caper.

Caprutius *nom. gent.; cf.* Capronius *et W. Schulze, Eigennamen p 384.* CORP. XI 2906 (*in balneo regis*) P. -í Asiatici P. -us Callistus pater.

1. Capsa *opp. Numidiae, postea prov. Byzacenae. cf. Dessau, PW. III 1553; Ruggiero, diz. epigr. II 101.* PRISC. gramm. II 201 -a quoque et Thala oppidum ... similiter figurate feminina neutris sunt coniuncta. Capse *legitur*: ITIN. Anton. Aug. p. 77, 7 COSMOGR. 44. *abl.* -e: CYPR. sent. episc. 69 Donatulus a -e. RAVENN. p. 143, 16 Capsalco *corruptum ex* -a colonia (TAB. Peut. 5, 1). *notatur* Cap(sa): CORP. VIII 2569, 29. 37 (*in Num.*). 10513 (*Capsae*). SALL. Iug. 89, 4 *sq.* erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens nomine -a, cuius conditor Hercules Libys memoratur. ... praeter oppido propinqua alia omnia vasta inculta, egentia aquae, infesta serpentibus. 91, 3 *sq.* 97, 1 postquam *Iugurtha* oppidum -am aliosque locos munitos et sibi utiles ... amiserat. FLOR. epit. 3, 1, 14 IVL. HON. cosmogr. A 44 OROS. hist. 5, 15, 8. COD. Iust. 1, 27, 2, 1[a] dux vero Byzacenae provinciae in -a. CORP. VIII 101 (*Capsae*) felicissi⟨m(a)eIus⟩tinian(a)e -(a)e c⟨ivitatis⟩. *adi.* **Capsēnsis,** -e: PROB. app. gramm. IV 198 (*cf. Heraeus, Archiv 11 [1900] 308*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Capsesis non Capsessis. CYPR. epist. 56, 1 cum in -i civitate (PS. VICT. VIT. pass. 7) propter ordinationem episcopi essetis. EPIST. Maxim. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 Quintasius -is episcopus (CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 99[B]. 156[C]. 161[B] NOT. episc. Byz. 60). CORP. VIII 111 decurio -is. *incolae oppidi*: SALL. Iug. 89, 6 -es una modo atque ea intra oppidum iugi aqua, cetera pluvia utebantur. 92, 3 propter -ium miserias. 92, 4 aliam rem aggreditur, non eadem asperitate qua -ium. CORP. VIII 100. **Capsitānī** *incolae oppidi*: PLIN. nat. 5, 30 ex reliquo numero non civitates tantum, sed pleraeque etiam nationes iure dici possunt, ut ... -i. *etiam adi.*: LIB. pontif. p. 56, 15 massa Capsis territurio -o.

2. Capsa *v.* Capsum. **3. Capsa** *v.* Compsa.

Capsalco *v.* 1. Capsa.

Capsārius *cogn. vir., cf.* capsarius, *etiam* Capsidius. CORP. VIII 21742 (*in Maur. Caes., a. 495*) Iuli -i p(atris) b(oni) *vel* p(res)b(yteri).

Capse(e)l *v.* Cabseel.

Capsidius *nom. gent., cf.* Capsarius. CORP. VIII 20475 (*in Maur. Sitif., a. 327?*) L. -i Loncuri ... L. Caps(idius) Vicipui (*?*).

Capsis *nom. massae Africanae. v. l. 10.*

Capsitānus *v.* Capsa.

Capsula *nom. vir.* CORP. VI 6576 (*in mon. Statiliorum*) Statília -ae l. Prepusa. Statília -ae et (duorum mulierum) l. Sabína.

Capsum *nom. locor. in Africa.* 1 PTOL. 4, 6, 29 (*in Libya interiore*) Κάψον (ἢ Κάψα). 2 ad Capsu(m) Iuliani (*in Numidia*): TAB. Peut. 2, 2—3. 3 ad Capsum ultimum: TAB. Peut. 8, 1 RAVENN. p. 353, 1 (Guid. p. 521, 25 Capsultimum).

Capsur *nom. regis Maurorum.* VICT. VIT. 1, 35. 37.

Capta *cogn. Minervae.* OV. fast. 3, 837 Caelius ex alto qua mons descendit in aequum ... parva licet videas -ae delubra Minervae. ... nominis in dubio causa est (*afferuntur quattuor causae*). *cf. Wissowa, PW. III 1554.*

Captiānī *nom. gentis Asiae.* NEP. Dat. 8, 2 Lydorum quinque milia, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria milia, Cilicum duo milia, -orum totidem *habebat Autophradates.*

? **Captio** *nom. scariph. in vasc.* CORP. XIII 10017, 252/3.

Captius, -a *nom. gent.* CORP. VI 9158 D. Capti Icari argentari. XIV 2480 (*Castrimoenii, periit*) M. -us Philo. -a Philotea. -a Erato. -a Secunda. VIII 8455 (*in Maur. Sitif.*) Q. -us Q. fil. Pap(iria) Martial(is) ob honor(em) aedilitat(is).

Captor *cogn. vir.* CORP. XII 4199 (*Sextantione*) C. Geminius Vol(tinia) -r.

Captorim *v.* Cap[h]thorim.

Captus *nom. vir.* MARTYROL. Hier. 5 kal. Mai. in Capria ... -i diaconi. CORP. VI 5847 -us *servus* a Corinthis. II 3124 (*in prov. Tarrac.*) Titus Valerius Kapti filius Gal(eria) Valeriensis. *Reisch.*

1. Capua, -ae *urbs Campaniae,* Καπύη; *cf. Mommsen, Corp. X p. 366 sq.; Nissen, Ital. Landesk. II 696 sqq.; Hülsen, PW. III 1555.* K-: CORP. X 1573 (*litteris vetustis*). RAVENN. p. 277, 11. *nomen plenum coloniae Romanae posteris temporibus* Concordia Iulia Valeria Felix Capua Corp. X 3867; *cf.* p. 368. *de origine et nomine*: VERG. Aen. 10, 145 et Capys; hinc nomen Campanae ducitur urbi. *cf.* SERV. *ad l.* iste quidem dicit a Capy dictam Campaniam. sed Livius (*v. l. 68*) vult a locis campestribus dictam, in quibus sita est. sed constat eam a Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua capys dicitur, unde est Campania nominata. (auct.) Coelius ... Troianum Capyn condidisse -am tradidit ... alii Campum Samnitem condidisse -am confirmant ... *-am dictam* alii a Capy Atyis filio, Capeti patre, tradunt, alii hunc Capyn filium Capeti volunt esse, Tiberini avum, ..., eumque Capuae conditorem produnt. constat tamen eam a Tuscis conditam de viso falconis augurio, ... alii a Tuscis quidem retentam et prius Vulturnum vocatam. Tuscos a Samnitibus exactos -am vocasse ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt quem ad modum falcones aves habent, quos viros Tusci capyas vocarunt. Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum cratera dictum quasi sinum salutis et fructuum. LIV. 4, 37, 1 Vulturnum Etruscorum urbem, quae nunc -a est, ab Samnitibus captam -amque ab duce eorum Capye vel quod propius vero est, a campestri agro appellatur (*cf.* 4, 52, 6 ab Samnitibus, qui -am habebant. 10, 38, 6 *Samnites* adimendae Etruscis -ae clandestinum cepissent consilium. 28, 28, 6 Campani -am Tuscis veteribus cultoribus ademptam ... habituri ... erant). PAVL. FEST. p. 43 -am in Campania quidam a Capye appellatam ferunt, quem a pede introrsus curvato nominatum antiqui nostri Falconem vocant; alii a planitie regionis. VELL. 1, 7, 2 quidam huius temporis tractu aiunt a Tuscis -am Nolamque conditam ante annos fere octingentos et triginta. quibus equidem asserserim: sed M. Cato quantum differt! *eqs.* LVCAN. 2, 393 moenia Dardanii ... Campana coloni. MELA 2, 60 -a a Tuscis ... condita. SIL. 11, 29 *Capuae* Dardana ab ortu moenia barbarico Nomadum sociata tyranno. 11, 297 Capys ut primus dederit sua nomina muris. SVET. Iul. 81 cum in colonia -a deducti lege Iulia coloni ad extruendas villas vetustissima sepulchra dissicerent ... tabula aenea in monimento, in quo dicebatur Capys conditor -ae sepultus, inventa est, conscripta litteris verbisque Graecis hac sententia *eqs.* BOETH. in Porph. comm. pr. p. 38, 11 ISID. orig. 15, 1, 54. *cf. p. 123, 51.* *graeci auctores*: POLYB. 2, 17 τὰ Φλεγραῖά ποτε καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην ἐνέμοντο Τυρρηνοί. DIONYS. ant. 1, 73 Ῥῶμον κτίσαι ... Καπύην ἀπὸ τοῦ προπάππου Κάπυος. PLAVT. Rud. 631 eam ... eventuram exagogam -am salvam et sospitem. LVCIL. 93. 1024 Campana -a. CATO agr. 135, 5. VARRO Men. 38 seplasia -ae. ling. 10, 16. CIC. agr. 1, 18 qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur (*cf.* p. red. in sen. 17 -ae ..., in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit). 1, 19 neque aliud quicquam nisi inane nomen -ae reliquerunt. 1, 20 Hannibalem ipsum -a corrupit (*cf.* LIV. 23, 45, 4 -am Hannibalis Cannas fuisse. SIL. 12, 287 heu sine Marte iuventus debellata bonis -ae). CIC. leg. agr. 2, 76 si quis est forte, quem -a magis quam Roma delectat. 2, 86 contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma (*sc. -a*) quaeretur (*cf.* Phil. 12, 7 quemadmodum nostrum hoc consilium -a probabit, quae temporibus his Roma altera est?). 2, 87 tres solum urbes in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, -am statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. 2, 89 illi -am receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt. hi ... eandem -am sedem novam rei publicae constituunt. 2, 96 Romam ... prae sua -a planissimo in loco explicata ac prae illis plateis irridebunt. 2, 97 coloni -ae in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriosis collocati (*cf. de luxuria ac divitiis urbis* LIV. 23, 2, 1 -am flectit iter luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis. 25, 15, 18 AVSON. 290, 1). CIC. agr. 2, 98 urbi -am ad certamen dignitatis opponeretis. Sest. 9 conventus ille -ae (*cf.* CAES. civ. 3, 21, 5). Pis. 24 fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem Seplasia dignus et -a. Att. 2, 23, 3 tota -a et omnis hic dilectus iacet. epist. 16, 11, 3 Italiae regiones discriptae sunt, quam quisque partem tueretur: nos -am sumpsimus. Att. 8, 12, 2 imparatam -am ... accipere nolui. CAES. civ. 1, 10, 1 dilectum colonorum, qui lege Iulia -am deducti erant, habere instituunt (*cf.* PLIN. nat. 3, 63 coloniae -a..., Aquinum *eqs.* TAC. hist. 3, 57 ann. 13, 31 SVET. Iul. 81 LIB. col. I grom. p. 216, 11. 231, 19 CORP. X 3834 [*a. 196*]. 3940). VERG. georg. 2, 224 talem *terram* dives arat -a. HOR. epod. 16, 5 *Romae* aemula ... virtus -ae. LIV. 7, 30, 20. 7, 31, 4 populum Campanum urbemque -am (*cf.* 7, 30, 19. 7, 31, 10. 26, 16, 9. MART. CAP. 6, 639 per urbem -am). 7, 38, 5 minime salubris militari disciplinae -a. ... inibantur ... consilia ... eodem scelere adimendae Campanis -ae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent. 8, 14, 11 Cumanos Suessulanosque eiusdem iuris condicionisque, cuius -am, esse placuit. 23, 10, 2 brevi caput Italiae omni -am fore (*cf.* 23, 11, 11 -am ... caput non Campaniae modo, sed post afflictam rem Romanam ... Italiae *esse.* FLOR. epit. 1, 16, 6 caput urbium -a. IORD. Rom. 144 RAVENN. p. 277, 11 STRABO 5, 242). LIV. 23, 43, 13 quid inter -ae ac Nuceriae fortunam interesset. 24, 12, 1 obsidione -ae. 24, 6, 13 deditionem -ae. 26, 12, 1 ad premendam obsidione -am. 26, 12, 3 -a ... adventum Flacci sensit. 26, 28, 6 -a provincia decreta. 26, 37, 4 pavorem ... Romae obsessae et oppugnatae -a post dies paucos capta in laetitiam vertit. 31, 29, 11 -a ... sepulcrum ac monumentum Campani populi ... superest, urbs trunca ... relicta crudelius habitanda quam si deleta foret. 31, 31, 13 VELL. 2, 44, 4 VAL. MAX. 3, 2, 20. 3, 8, 1. 6, 4, 1 consulem alterum -a creari debere. COLVM. 10, 132 pinguis ... -a. SIL. 8, 544 -a, heu rebus servare serenis inconsulta modum. 11, 128 non ante suos -a ad suffragia mittet quam Carthago suos. 11, 158 Decius -ae decus. 11, 167 -am eripuere superbis Samnitum iussis. 11, 256 te ... oppressum -ae cecidisse ruinis. 11, 424 altera iam patria atque aequo sub honore vocatur altera Carthago -a. 12, 87 altae immitis ductor -ae (16, 626 -a est accitus ab alta). 12, 194 muros -ae. 12, 204 e gremio -ae. 12, 515 -ae ... repende ruinas. 12, 602 a portis fugit -ae. 13, 266 -am Iliaci migrarent regna Quirini. 13, 381. 17, 280 florentis -ae gaza. 17, 301 moenia sublimis -ae. FLOR. epit. 2, 6, 42 -a, sedes et patria altera Hannibalis. 2, 18, 1 Numantia ... Carthaginis, -ae, Corinthi opibus inferior. AVSON. 290. ITIN. Burdig. p. 610, 14 civitas -a. PAVL. NOL. carm. 14, 60 propriis gaudet festis, quos moenibus amplis dives habet -a. 24, 403 -a ... loco sedis meae bis dena distat milia. PLVT. Fab. 17 Καπύην, ἣ μέγιστον ἔχει μετὰ Ῥώμην ἀξίωμα τῶν πόλεων. *coniunctum cum praepositionibus*: ab: CORP. X 6950 af -a. CIC. Att. 14, 17, 2 LIV. 9, 6, 10. 23, 18, 14. 24, 47, 12. 25, 15, 1. 25, 19, 6. 25, 22, 11. 26, 1, 2. 26, 7, 2. 26, 8, 3. 26, 13, 13. 26, 33, 4. 27, 43, 9 PORPH. Hor. sat. 1, 5, 45. 51 ITIN. Anton. Aug. p. 111, 6 ITIN. Burdig. p. 612, 5 EVTR. 5, 8, 1. ad: CORP. X 6950, 1 CIC. Cato 10 Att. 8, 3, 7 LIV. 8, 6, 8. 24, 8, 3. 25, 13, 9. 26, 5, 1. 26, 17, 1 SIDON. carm. 5, 343. apud: TAC. hist. 4, 57 FLOR. epit. 3, 21, 19 AVSON. 222, 3. circa: LIV. 23, 39, 5. 30, 2, 10 VELL. 2, 25, 2 FRONTIN. grom. p. 29, 5. circum: CIC. agr. 1, 20. 22 Att. 8, 12, 3. citra: CAES. civ. 1, 14, 4. de: HIL. op. hist. frg. 2, 15. in -am: LIV. 26, 4, 1. inter: LIV. 8, 23, 9. 23, 39, 8 OBSEQ. 57. iuxta: PLIN. nat. 14, 69. per: PLIN. nat. 3, 43. super: LIV. 23, 36, 1. usque: CAPITOL. Aur. 8, 10 Ver. 6, 7 GALLICAN. Avid. 10, 7 SPART. Did. 8, 3. *adi.* **Campānus,** -a, -um *v. p. 125, 36 sqq.* **Capuānus,** -a, -um. *cf. osce* Kapvans, *graece* Καπυανός (*cf.* CORP. IV 2826. 2833), Καπυανοί,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Καπυαῖοι. *apud Romanos extat temporibus postremis; cf.* VARRO ling. 10,16 quare proinde ac simile conferri non oportet ac dicere, ut sit a Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere -us, quod in consuetudine vehementer natat. SYMM. epist. 1, 10 me nunc -i praetorii instauratio in graves cogit expensas. 6,11,1 -ae Capuae domus. 8,27,3 -o itinere. 10,40,4 -a legatio. SERV. auct. Aen. 10,145 campum eundem -um cratera dictum *Varro dicit.* ACT. synhod. Rom. CDXCIX B 17 ecclesiae -ae. CORP. X 4528. GREG. M. epist. 9, 72 -ae civitatis. LIB. pontif. p. 128, 9 -um episcopum. PASCH. Camp. chron. I p. 753, 13 Victor -us. *incolae*: SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 54 'Osci' -i. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 38,12 ab uno -orum cognatio ... manavit. *nom. vir.*: CASSIOD. var. 5,21 -o v(iro) s(pectabili). *cf. Hartmann, PW. III 1561.* **Capuēnsis**, -is *adi.*, *cf. gr:* Καπυήσιοι: AMBR. epist. 56,2 sancta synodus -is. LIB. col. I grom. p. 232 coloniae -i. CORP. X 3860 ordo -is. *ethnicon*: SERV. Aen. 7, 730 -es dicit, qui ante Ophici appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes. LIB. col. I p. 244 civitatis -ium. CORP. X 3857 curatori -ium. INSCR. Ephem. epigr. VIII (*Literni, imp. Gordiano III*) n. 119 p. 456.

2. Capua *nomen ut videtur mulieris.* CORP. XIII 10024, 373. *cf.* 10024, 378 Corintus.

Capuē (Καπύη) *cogn. mul.*, *cf.* 2. Capua, Zmyrna, Zmyrne *al.* CORP. VI 29317 Vlpiae -eni M. Vlpius Faor coniugi.

Capulānus *cogn. vir.*, *cf.* Capulus. CORP. VI 14395/6 -us ... Nicano alumno.

Capulus *cogn.* CORP. V 4041 (*inter Mantuam et Veronam*) M. Cassius M. f. Ani(ensi) -us Crem(ona) (centurio) coh(ortis) V praetoriae.

Capurio *nom. figuli celtici.* CORP. XIII 10010, 447. *cf.* 2164 *et* VII 691.

Capus *nom. figuli.* CORP. XIII 10010, 439 -i. *cf. etiam* Capys.

Capussa *rex Numidarum.* LIV. 29, 29, 7 Oezalce ... mortuo maior ex duobus filiis eius -a ... paternum imperium accepit *eqs.*

Carmaeus, -a *nom. gent., cf.* Carmeius, Carminius. CORP. VI 20881 Q. Vario -o Probato. III 3998, *cf.* p. 1745 (*in Pannon. sup., imperante Septimio Severo*) Q. -us Iulianus (centurio) leg(ionis) VII gem(inae) cum Iul(ia) Att⟨i⟩cilla et Carma⟨e⟩is Secundo et Atticilliano filis. 5248 (*in Norico*) T. Carmae⟨i⟩ Finiti . . ., Sorniae Secundae . . ., T. -o Avito. 7476 (*in Moes. inf.*) Q. Carma⟨e⟩us Felix. *cogn.*: CORP. III 11699, 3, 10 Iul(ius) -us.

Carmāna *caput Carmaniae,* Κάρμανα. AMM. 23, 6, 49 inter quas (*Carmaniae civitates*) nitet -a (armana *VP*) omnium mater.

Carmānia *regio sinui Persico adiacens,* Καρμανία. CVRT. 9, 10, 20 in -am ipse processit. PLIN. nat. 6, 84 praeter -am. 6, 95 -a ac Persis atque Arabia. 6, 98 flumen -ae Hyctanis portuosum et auro fertile. . . . promunturium -ae . . ., ex quo in adversam oram ad gentem Arabiae Macas traiectus distat. . . . 6, 107 -ae oram patere duodecies quinquaginta milia passuum Nearchus scripsit. . . . oppida -ae Zetis et Alexandria. 6, 109 in -ae angulo Chelonophagi *sunt.* 6, 113 *Parthyaea* habet . . a meridie -am et Arianos. 6, 149 *oppidi* Omanae, quod priores celebrem portum -ae fecere. 6, 152. 12, 56. 76. 33, 118. 36, 59. 61. 37, 21. 39 in ⟨Ca⟩rmaniae (*trad. hic, sicut et aliis locis,* Germ-) litoribus. 37, 110. 132. 134 SOL. *saepius ex Plinio; unde* MART. CAP. 6, 699 *sq.* AMM. 23, 6, 10 ex Harmozonte -ae promunturio. 23, 6, 12 permeatis angustiis *sinus Persici* venitur ad -ae (armeniae *codd.*) sinum orienti obiectum intervallo. 23, 6, 14 sunt autem in omni Perside hae regiones maximae, quas Vitaxae id est magistri equitum curant et reges et satrapae . . . Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, -a maior, Hyrcania . . . . 23, 6, 48 post huius terminos gentis (*Arabum*) -a maior verticibus celsis erigitur ad usque Indicum pertinens mare, fructuariis arboreisque fetibus culta sed obscurior Arabum terris multo et minor. DIMENS. provinc. 2. 29. IVL. HON. cosmogr. A 6 -ae (Carmeniae COSMOGR. p. 74, 19) oppidum (*male*). ISID. orig. 14, 3, 12 Persida . . . *habet* ab austro -am, quae Persidae annectitur. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 153 in Carcamane (Καρμανίαν). **Carmāniī** *incolae,* Καρμάνιοι. MELA 3, 75 in ipso *Persico sinu* -ii navigantium dextera positi sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus piscium cute se velant, carne vescuntur, praeter capita toto corpore hirsuti (*cf.* PLIN. nat. 6, 109). . . . Saetis per -ios . . . effluit. 3, 79 -iis contrariam *Arabiae partem.* TAC. ann. 6, 36 Hyrcanis -iisque. *adi.*: TAB. Peut. 12, 1 sinus -ius. **Carmānī** *incolae,* Καρμανοί (*unde genet.* Carmanon RAVENN. p. 51, 9). PLIN. nat. 6, 110 -is iunguntur Harmozaei, quidam interponunt Arbios. 6, 212 plura . . . sunt segmenta mundi . . . . principium habet Indiae pars versa ad austrum . . . . continentur Gedrosi, -i (Carminii *D*), Persae . . . . 12, 79 in -os. IVST. 13, 4, 23 -os. AVIEN. orb. terr. 1281 qua caeruleam sinus infert Persicus undam, gens -orum late colit. AMM. 23, 6, 74 ab ostiis Nili fluminis ad usque principia -orum. CLAVD. 18, 354 Gadibus ortum -i (Germ-, Carmenii, Armenii *sim. codd.*) texere diem (*sc. omnia contra fiunt, quam solent*). PRISC. periheg. 992 Persidis ad pontum -i, solis ab ortu: litora pars habitant, mediae pars limina terrae. COMMENT. Lucan. 3, 250 Garmani populi oceano vicini dicti a rege Garmano (Garamo *C*, Carmano *B*) filio terrae. Carmānus *adi.*: LVCAN. 3, 250 -osque duces (quorum iam flexus in austrum aether non totam mergi tamen aspicit Arcton; lucet et exigua velox ibi nocte Bootes). Carmānus (Garmanus) *rex, a quo nominati esse dicuntur* Carmani: *v. supra l. 53.* **Carmānicus** *adi.*: PLIN. nat. 37, 131 difficiles in India natae *asteriae* ad caelandum. praeferuntur -ae (*sic B,* praefertur in Carmania nata *cett.*). **Carmānis,** -idis, Καρμανὶς ἄκρα: AVIEN. orb. terr. 795 Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes, Carmani[di]s qua se pelagi procul invehit undas. PRISC. periheg. 604 ulterius pergas si post -ida (-minida *AB*) summam, Ogyris occurrat.

Carmanidēs *v.* Charmantides.

Carmanōr *nom. vir. graec.,* Καρμάνωρ. SCHOL. Bern. Verg. georg. 4, 151 *Corybantum* nomina -ora (*sic Hagen,* Carmonara *B,* Carmanara *M*), Anaxanora, Eleutheron, Crantora.

Carmanta *fl.* IVL. HON. cosmogr. B 9 fluvius -a (Garmanta *S,* Charmatha *C*; '*lege* Carmaniae' *Riese*) nascitur in campis Commagenae regionis. influit in sinum Persicum. *hinc* COSMOGR. p. 74, 76 *et* 76, 9 -a.

Carmē, Κάρμη, *Ciris nutrix.* CIRIS 220 Ogygii Phoenicis filia -e . . . anus. 257 nutricula (262. 267. 277. 369). 278 optima -e. 285 questu -e complorat anili. 290 tene (*Minoem*) ego tam longe capta atque avecta nequivi, tam grave servitium, tam duros passa labores, effugere? 295 o Britomarti, *filia.* RVFIN. Clement. 10, 21 -en Phoenicis *vitiat Iuppiter,* ex qua nascitur Britomartis.

Carmeī *pop. Arabiae; cf. D. H. Müller, PW. III 1593.* PLIN. nat. 6, 157 Minaei . . ., quorum -i (-maei *Rd,* Char- *p*).

Carmeiānus *adi. oppidi Apuliae; cf. Mommsen, Cassiod. var. ind. p. 503.* LIB. col. II grom. p. 261 Conlatinus, qui et -us, et qui circa montem Garganum sunt, finiuntur sicut ager Ausculinus. *hinc* **Carmeiānēnsis** *adi.*: CONC. Rom. a. 501 p. 437, 74 episcopus ecclesiae -is. a. 502 p. 453, 26.

1. Carmeius, -a *nom. gent., cf.* Carmaeus, Carminius. CORP.

[*Otto*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

XIV 3085 (*in cippo Praenestino*) C. Carmei(os) C. f. X 3741 (*Atellae, periit*) Aufustiae -i. 3945 (*Capuae, periit*) M. -o Gaiai Augustali Capuae. 4060 (*ibid.*) Carme⟨i⟩ae (mulieris) l. Iconionis. III 3161 (*in Dalmatia, a. 245*) M. -us Maximus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) leg(ionis) I adi(utricis) p(iae) f(idelis). VIII 517 (*Thalae*) L. -us Rogatus. 23303 (*ibid.*) L. -us Roggatus (*sic*).

2. Carmeius *socius Colchorum.* VAL. FL. 5, 582 'quem rogitas, -us' ait; 'mos comminus arma semper habere viro, semper meminisse pharetrae'.

Carmēla *v.* 1. Carmelus *2.*

Carmēlītēs, Carmēlītis; Carmēlius *v.* 1. Carmelus *infra l. 77*

1. Carmēlus, כַּרְמֶל, *nom. duorum montium oppidorumque.* Carmel (Charmel) *indecl.*: VVLG. Ios. 15, 55 HIER. in Is. 29, 17 p. 397. Charmel: VVLG. Is. 29, 17 convertetur Libanus in Charmel et Charmel in saltum reputabitur. 32, 15 erit desertum in Charmel.... 32, 16 iustitia in Charmel sedebit (*cod. Amiat. semper* Chermel, *v. etiam infra l. 31. 70 al. et* Chermela, Chermula *l. 75. 76*). HIER. in Is. 29, 17 p. 397. **a** *mons (et opp.) Phoenices*: PLIN. nat. 5, 75 a radicibus -i. 36, 190 pars Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Iudaeae intra montis -i radices paludem habet, quae vocatur Candebia. TAC. hist. 2, 78 est Iudaeam inter Suriamque -us: ita vocant montem deumque. nec simulacrum deo aut templum — sic tradidere maiores —: ara tantum et reverentia (*v. de deo infra l. 56*). ITIN. Burdig. p. 585, 1 mons -us, ubi Helias sacrificium faciebat. ITIN. Theod. 23. ITIN. Anton. Plac. rec. A 3 in -o monte invenitur petra modica rotunda, quam dum exagitas sonat, quae solita est. talis autem est virtus petrae *eqs.* HEGES. 3, 6, 1 utrique Galilaeae Syria et Phoenice adhaerent disterminantque eam a solis occasu Ptolemais territorii sui finibus et mons -us, qui erat ante Galilaeis, nunc vero Tyriorum finibus associatus (*ex* IOSEPH. bell. Iud. 3, 3, 1 *cf.* ITIN. Eucher. p. 131). VVLG. Ios. 12, 22 Iachanan -i (יָקְנְעָם לַכַּרְמֶל) (ITALA [Lugd.] Chermel). 19, 26 ad -um maris. III reg. 18, 19. 20 congregavit *Achab* prophetas in monte -i. 18, 42 Elias... ascendit in verticem -i. IV reg. 2, 25 abiit... *Eliseus* in montem -i. 4, 25. 19, 23 ascendi excelsa montium in summitate Libani.... ...saltum -i eius ego succidi (Is. 37, 24). II par. 26, 10 in -o. Iudith 1, 8 gentes, quae sunt in -o et Cedar. cant. 7, 5 caput tuum ut -us. Is. 10, 18 gloria saltus eius et -i eius. 16, 10 auferetur laetitia et exultatio de -o. 33, 9. 35, 2. Ier. 2, 7 induxi vos in terram -i. 4, 26. 46, 18 sicut Thabor in montibus et sicut -us in mari veniet. 48, 33. 50, 19. Am. 1, 2 vertex -i. 9, 3 si absonditi fuerint in vertice -i. Mich. 7, 14 pasce populum tuum in virga tua... habitantes solos in saltu, in medio -i (ITALA Cypr. testim. 3, 20). Nah. 1, 4 HIER. in Is. 10, 18 p. 148 quodque nos diximus 'Et gloria saltus eius et -i eius' illi (*LXX*) interpretati sunt 'extinguentur montes et colles et saltus...'. 16, 10 p. 191 idioma scripturarum est quod semper -um montem opimum atque nemorosum, qui Ptolemaidi imminet et in quo oravit Elias, fertilitati et abundantiae comparet (in Ier. 4, 24 p. 870). 29, 17 p. 397 montem -um, qui hebraice Chermel dicitur, et in confinio Palaestinae et Phoenicis Ptolemaidi imminens. ... in Charmel, hoc est in circumcisionis scientiam (in Am. 1, 2 p. 226. 9, 3 p. 348 in Mich. 7, 14 p. 528 in Nah. 1, 4 p. 539. nom. hebr. p. 26 -us mollis sive cognitio circumcisionis. 41). in Am. 1, 2 p. 225 -us graece dicitur et latine, hebraice autem appellatur Chermel. et sunt duo montes, qui vocantur hoc nomine. in Nah. 1, 4 p. 539 per Basan et -um et Libanum, regionem uberem et montes consitos (PAVL. MED. bened. 8, 1). sit. et nom. p. 134. 139 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 116 Ps. RVFIN. in Am. 1, 2. *deus:* TAC. *v. l. 21.* SVET. Vesp. 5, 6 apud Iudaeam -i dei oraculum consulentem *Vespasianum* ita confirmavere sortes, ut .... *cf.* OROS. hist. 7, 9, 2 Iudaei ... quibusdam in -o monte seducti sortibus.
adi.: PLIN. nat. 5, 75 promunturium -um et in monte oppidum eodem nomine, quondam Acbatana dictum. -us, *qui in -o habitat, v. infra l. 79 sq.* **b** *opp. et mons Iudaeae*: VVLG. Ios. 15, 55 Carmel (ITALA [Lugd.] Chermel). I reg. 15, 12. 25, 2 erat ... vir quispiam in solitudine Maon et possessio eius in -o .... et accidit, ut tonderetur grex eius in -o. nomen autem viri illius erat Nabal et nomen uxoris eius Abigail. 25, 5 ascendite in -um. 25, 7. 40. 27, 3 uxor Nabal -i (הַכַּרְמְלִית; 30, 5 II reg. 2, 2. 3, 3). II reg. 23, 35 de -o. HIER. in Is. 29, 17 p. 397 licet et alius in scripturis sanctis mons -us appelletur, in quo fuit Nabal Carmelius. in Am. 1, 2 p. 225 si ergo de Chermel dicit, in quo habitavit Nabal, magis pastorum gregibus convenit, quia est iuxta solitudinem. nom. hebr. p. 26 Chermel. sit. et nom. p. 110 -us (p. 113 Chermel), ubi Nabal quondam Carmelius fuit, et nunc villa est Carmela nomine, in decimo lapide oppidi Chebron, vergens ad orientalem plagam, ubi et Romanum praesidium est positum. p. 159 propter Chermelam, quae in scripturis -us appellatur. *eadem* Chermula: NOT. dign. or. 34, 6 *et* 20. *cf. Benzinger, PW. III 2240.* **Carmēlius** *qui in Carmelo habitat,* הַכַּרְמְלִי. HIER. in Is. 29, 17 p. 397 Nabal -us. in Am. 9, 3 p. 347. 1, 2 p. 225 Nabal Carmelus. sit. et nom. p. 110 Nabal ... -us (Carmelus *B H*). p. 113. 159 epist. 125, 10. SALV. gub. 2, 13 a Nabale Carmelo (-io *B*).
Carmēlītēs: VVLG. I par. 11, 37 (הַכַּרְמְלִי). *fem.* **Carmēlītis,** -idis: VVLG. I par. 3, 1 de Abigail -ide (הַכַּרְמְלִית).

2. Carmēlus *miles Romanus.* SIL. 7, 662 Phoebei Soractis honor -us. 7, 672.

Carmēnae *v.* Camenae. **Carmeniae** *v.* Carmania.

Carmentālia *et* **Carmentāria** *v. p. 199, 29. 34.*

Carmentis (*et* **Carmenta**) *dea, de qua cf. Aust, PW. III 1594 et Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. 180.* Karm(entalia) *v. p. 199, 32.* Carmentis (*acc.* -im *v. l. 38*): VARRO ling. 6, 12 Carmentalia nominantur quod sacra tum et feriae -is. FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 11 (Corp. I² p. 231) ⟨Carmentis partus curat omniaque⟩ futura, ob quam ca⟨usam in aede eius cavetur ab scorteis omnique⟩ omine morticino (*cf.* OV. fast. 1, 629). Ian. 15 (*ibid.*). LIV. 5, 47, 2 Galli ... animadverso ad -is saxo ascensu aequo *in Capitolium evasere* (GELL. 18, 7, 2 apud fanum -is. SOL. 1, 13 pars ... infima Capitolini montis habitaculum Carmentae fuit, ubi -is nunc fanum est, a qua Carmentali portae nomen datum. SERV. Aen. 8, 337 portam, quae primo a -e Carmentalis dicta est, post scelerata a Fabiis CCCVI, qui per ipsam in bellum profecti non sunt reversi. *Euandri mater*: VERG. Aen. 8, 336 'me (*Euandrum*) ... matrisque egere tremenda -is nymphae monita et deus auctor Apollo.' ... dehinc progressus monstrat et aram et Carmentalem Romani nomine portam quam memorant, nymphae priscum -is honorem, vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros Aeneadas magnos et nobile Pallanteum. OV. fast. 1, 462 Arcadiae sacrum pontificale deae. 1, 467 ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum. 1, 499 doctae monitu -is. 6, 529. SIL. 7, 18 -is opes et regna Euandria. 13, 816 aspice -is gressus. Euandria mater haec fuit et vestros tetigit praesaga labores. SOL. 1, 10 cum *Hercules* se ex Nicostrate, Euandri matre, quae a vaticinio -is dicta est, immortalem comperisset. SERV. gramm. IV 421, 2 litteras latinas constat -em invenisse, matrem Euandri (EXPLAN. in Don. gramm. IV 519, 3 latinas litteras invenisse dicitur -is, mater Euandri, quae proprio nomine Nicostrate dicta est. -is autem ideo nomen accepit, quod carminibus vaticinaretur. unde Vergilius .... haec enim, quae Carmenta dicta est, quando cum Euandro ad Italiam venit.... CLEDON. gramm. V 26, 34 -is nympha, mater Euandri. POMP. gramm. V 98 ISID. orig. 1, 4, 1. 5, 39, 11). PS. AVR. VICT. orig. 5, 1 Euander Arcas, Mercurii et -is nymphae filius. 5, 2 quam quidam memoriae prodiderunt primo Nicostraten dictam, post Carmentam de carminibus, eo quod videlicet omnium litterarum peritissima futurorumque prudens versibus canere solita, adeo ut plerique velint non tam ipsam a carmine -im, quam carmina, a qua dicta essent, appellata. 6, 7. SERV. Aen. 8, 51 Nicostrata, quae etiam -is dicta est, quia carminibus vaticinabatur (MYTHOGR. 1, 70). SERV. auct. Aen. 8, 336 Nicostrate ... -is appellata a suis, quod divinatione fata caneret: nam antique vates carmentes dicebantur, unde etiam librarios qui eorum dicta perscriberent, carmentarios nuncupatos. alii huius comites Porrimam et Postvertam tradunt, quia vatibus et praeterita et futura sunt nota (*cf. infra l. 54*). alii etiam Tiburtem dictam. ... alii nympham ideo dictam, quoniam qui res Arcadum scripserunt, tradunt sex feminas ibi fuisse, quae nymphae vocarentur, in quis et -em. MART. CAP. 2, 159. DIFF. ed. Beck p. 43, 4 carmen dictum est a -e matre Euandri. *cf.* LYD. mens. frg. inc. p. 180 W. ὅτι κάρμινα περὶ Ῥωμαίοις λέγεται τὰ ἔπη καὶ καρμεντία ἡ μαντεία. *cf. p. 199, 12.* *duae* Carmentes: VARRO ap. Gell. 16, 16, 4 quando ... contra naturam forte conversi in pedes brachiis plerumque diductis retineri solent *pueri* aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus -bus, quarum altera Postverta cognominata est, Prorsa altera a recti perversique partus et potestate et nomine (*cf. supra l. 43*). TERT. nat. 2, 11 perverse nato ⟨partu Postvertae, recte ve⟩ro Prosae -is esse provin⟨ciam voluerunt⟩. AVG. civ. 4, 11 illis deabus, quae fata nascentibus canunt et vocantur -es. Carmenta: LIV. 1, 7, 8 Euander ... venerabilior divinitate credita -ae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adventum miratae eae gentes fuerant. SOL. 1, 13 habitaculum -ae (*cf. supra l. 12*). HYG. fab. 277 p. 153, 6 quas (*litteras*) mater eius (*Euandri*) -a in latinas commutavit. PS. AVR. VICT. orig. 5, 2 EXPLAN. in Don. gramm. IV 519. DIONYS. ant. 1, 31, 1 *Euandri mater,* ἣν οἱ μὲν Ἕλληνες Θέμιν εἶναι λέγουσι καὶ θεοφόρητον ἀποφαίνουσιν, οἱ δὲ τὰς Ῥωμαικὰς συγγράψαντες ἀρχαιολογίας τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Καρμέντην (Καρμένταν *A*, Καρμεντῖνον *B*) ὀνομάζουσιν· εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι φωνῇ Θεσπιῳδὸς τῇ νύμφῃ ὄνομα· τὰς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα, τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην ὁμολογοῦσι δαιμονίῳ πνεύματι κατάσχετον γενομένην τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ πλήθει δι' ᾠδῆς προλέγειν. 1, 32, 2 Εὐάνδρῳ θυσίας ἔμαθον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιτελουμένας ὁσέτη δημοσίᾳ καὶ Καρμέντῃ ... καὶ βωμοὺς ἐθεασάμην ἱδρυμένους, Καρμέντῃ μὲν ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ περὶ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις .... STRAB. 5, 3, 3 τὴν μητέρα δὲ τοῦ Εὐάνδρου τιμῶσι Ῥωμαῖοι, μίαν τῶν νυμφῶν νομίσαντες, Καρμέντην μετονομασθεῖσαν. PLVT. Rom. 21 τὴν δὲ Καρμένταν οἴονταί τινες μοῖραν εἶναι κυρίαν ἀνθρώπων γενέσεως· διὸ καὶ τιμῶσιν αὐτὴν αἱ μητέρες. οἱ δὲ τὴν τοῦ Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος γυναῖκα, μαντικήν τινα καὶ φοιβαστικὴν ἐμμέτρων χρησμῶν γενομένην, Καρμένταν ἐπονομασθῆναι (τὰ γὰρ ἔπη κάρμινα καλοῦσι)· Νικοστράτῃ δὲ ἦν ὄνομα κύριον αὐτῇ. καὶ τοῦτο μὲν ὁμολογεῖται· τὴν δὲ Καρμένταν ἔνιοι πιθανώτερον ἀφερμηνεύουσιν οἷον ἐστερημένην νοῦ διὰ τὰς ἐν τοῖς ἐνθουσιασμοῖς παραφροσύνης. τὸ μὲν γὰρ στέρεσθαι καρῆρε, μέντεμ δὲ τὸν νοῦν ὀνομάζουσι. qu. Rom. 56 διὰ τί τὸ τῆς Καρμέντης ἱερὸν ἐξ ἀρχῆς δοκοῦσιν αἱ μητέρες ἱδρύσασθαι

[Otto]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

καὶ νῦν μάλιστα σέβουσιν; λέγεται γάρ τις λόγος, ὡς ἐκωλύθησαν ὑπὸ τῆς βουλῆς αἱ γυναῖκες ὀχήμασι *(carpentis!)* χρῆσθαι ζευκτοῖς. . . . *sed postea* συνεχώρησαν αὐταῖς *(cf.* Ov. fast. 2, 619 *sqq.). secuntur similia antecedentibus.* 60 τῶν ἱερῶν *(Herculis)* αἱ περὶ τὴν Καρμένταν ὑστέρησαν. Lyd. mens. 1, 11 Εὔανδρος ὁ τῆς μαντικῆς Καρμέντης υἱός.

Carmentālis *adi.* flamen -is: Cic. Brut. 56 *M. Popilius* cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen -is. Corp. VI 31032 (= 3720) Ti. Claudius Pollio proc(urator) Aug(usti) xx hereditatium, . . . flamen -is, . . . praef(ectus) álae Flaviáe míliari⟨ae⟩ *(de homine cf. adnotationem).* porta -is *prope Capitolium sita; cf. Hülsen, PW. III 1595. ara Carmentis ibi fuit, unde porta nomen accepit (eadem* Carmentis *[genet.]* porta: Ov. fast. 2, 201 Carmentis portae dextro est via proxima iano: ire per hunc noli, quisquis es, omen habet. illa fama refert Fabios exisse trecentos . . .). Verg. Aen. 8, 338 *(v. p. 198, 18).* Liv. 2, 49, 8 infelici via, dextro iano portae -is profecti *Fabii* (Fest. p. 285 religioni est quibusdam porta -i egredi et in aede Iani, quae est extra eam, senatum haberi: quod ea egressi sex et trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt, cum in aede Iani s. c. factum esset, uti proficiscerentur. Paul. Fest. p. 497 Scelerata porta, quae et -is dicitur). Liv. 24, 47, 15 omnia inter Salinas ac portam -em cum Aequimelio Iugarioque vico et templis Fortunae ac Matris Matutae. 25, 7, 6 aedibus Fortunae et Matris ⟨Matutae⟩ intra portam -em. 27, 37, 11 Ascon. tog. cand. p. 81 Sol. 1, 13 *(v. p. 198, 12).* Serv. Aen. 8, 337 *v. p. 198, 14.* Hier. in Dan. 8, 2 ut in Troia Σκαιὰ porta et apud Romanos -is. Καρμεντὶς πύλη: Plvt. Cam. 25 τὴν Καρμεντίδα πύλην, . . . μάλιστα κατ' αὐτὴν ὄρθιος ὁ τοῦ Καπιτωλίου λόφος ἀνέστηκε καὶ πέτρα κύκλῳ πολλὴ καὶ τραχεῖα περιπέφυκε. Dionys. ant. 1, 32, 2 παρὰ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις. Carmentālia *feriae Carmentis (cf.* Ov. fast. 1, 461 *sqq.) diebus Ianuariis 11 et 15 (cf. Mommsen, Corp. I^2 p. 387):* Fast. ann. Iul. Praen. Ian. 11 *et* 15 (Corp. I^2 p. 231) Karm. *et* Kar. Maff. Ian. 11 *et* 15 (p. 223) Car. Caer. Ian. 15 (p. 212) Car. Philocal. fast. Ian. 11 (Corp. I p. 256) dies Carmentariorum. Ian. 15 Carmentalia. Pol. Silv. fast. Ian. 11 (Corp. I^2 p. 257) -ia de nomine matris Euandri. Fast. ann. Iul. Praen. Ian. 15 (Corp. I^2 p. 231) feriae Car⟨me⟩nti ob eandem causs⟨am quod⟩ III ídus. hic ⟨d⟩ies dícitur institutu⟨s ab . . .⟩ si Fídenas eo die cepisset. Varro ling. 6, 12 *(v. p. 198, 5).* Char. gramm. I 33, 27 -ia matri Euandri sacrificia instituta, appellata a nomine ipsius. 42, 26 *(genet.* -ium *et* -iorum). (Exc. Bob. gramm. I p. 544, 29. 550, 2). Macr. sat. 1, 16, 6 *feriae* stativae universi populi communes certis et constitutis diebus ac mensibus et in fastis statis observationibus adnotatae, in quibus praecipue servantur Agonalia, -ia, Lupercalia. Gloss. -ia ὑμνολόγια. Plvt. Rom. 21 ἑορτῶν δὲ καὶ θυσιῶν ἀλλήλοις μετεῖχον *Romani et Sabini,* . . . ἑτέρας δὲ θέμενοι καινάς, ὧν . . . καὶ ἡ τῶν Καρμενταλίων.

Carminiānēnsis saltus, *cf.* Carminius. Not. dign. occ. 12, 18 procurator rei privatae per Apuliam et Calabriam sive saltus -is (Carminenses *P*). *cf.* Carmiano *quod hodie est inter* Lecce *et* Otranto *situm (Nissen, Ital. Landesk. II 862).*

Carminius, -a *nom. gent. cf. etrusc.* karmuniś *et nomina* Carmaeus, Carmeius *al. (W. Schulze, Eigennamen p. 174. 270. 335. 353).* Karm- *v. p. 200, 4. 21,* Carmínius *p. 200, 18. de Carminiis omnibus v. PIR. I p. 304 et Groag et Stein, PW. III 1596.* **1** L. -us Lusitanicus *cos. suff. a. 81 cum M. Petronio Vmbrino:* Act. Arv. a. 81, 27. **2** Inscr. Jahreshefte des österr. arch. Inst. Beibl. II 1899 p 74 *(Ephesi, a. 96/97)* ⟨Κ⟩αρμινίου Οὐέτερο⟨ς⟩ τοῦ ἀνθυπάτου *Asiae. fortasse pater eius qui sequitur.* **3** *cos. a. 116:* Corp. VI 31149 b, 2 L. Lamia Aeli(ano), Sex. Carmi(nio) Vetere cos. *hinc corrigenda quae traduntur apud* Phleg. mirab. 9 *et* 10. **4** *huius fortasse filius cos. a. 150:* Corp. II 5992 (= 3718) M. Gavio Sq⟨ui⟩lla Gallicano, Sexto -o Vetere cos. *ceteris locis solo cognomine* Vetus *appellatur.* **5** *familia Attudensis Phrygia, quae iam inde ab aetate Antonini Pii ad amplissimos honores pervenire coepit:* Inscr. Corp. inscr. Graec. 2782 *et* 2783, Bull. corr. Hell. XI (1887) p. 348, *et nummi graeci Attudenses.* -us Claudianus ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας. *filius eius* M. Vlp(ius) Car(minius) Claudianus *curator Cyzicenorum, maritus Flaviae Appiae. huius filii* -us Athenagoras *vir clarissimus, consularis, procos. Lyciae et Pamphyliae et Isauriae et* ⟨Car⟩minius ⟨Claudianus⟩ ὁ νεώτερος. *huius Carmini Athenagorae filii* M. Fl(avius) Carm(inius) Athenagoras Livianus *vir clarissimus et* -us Claudianus *vir clarissimus et* (-a) Appia *clarissima femina et fortasse* -a Liviana Diotima *clarissima femina (cf.* Corp. XV 7424 *et* XI 3832 *[Veiis]* -ae T. f. Livianae Diotima ⟨. . .⟩) *(sed cf. Groag l. c.).* **6** Inscr. Notiz. degli scavi 1888 p. 408 *(Belluni)* ⟨I⟩thaci. M. -o M. fil. Pap(iria) Pudenti equo pub(lico) sacerdoti Lau(renti) Lav(inati) . . . . **7** -us *grammaticus:* Serv. Aen. 5, 233 -us *(sic F,* Carpinius *CNLH,* Carpius *M)* . . . qui de elocutionibus scripsit. 6, 638 Varro et -us. 6, 861 egregium forma iuvenem et fulgentibus armis: tria sunt secundum -um: pulchritudo, aetas, virtus. 8, 406 Probus vero et -us propter sensus cacenphaton 'infusum' legunt. Macr. sat. 5, 19, 13 -i curiosissimi et docti . . ., qui in libro de Italia secundo sic ait . . . . post haec -i verba. **8** *tituli (magna exemplorum pars in Venetia prodiit, ubi maxime Opitergii Carminiorum familia floruisse videtur):* Corp. VI 9963 Sex. -i Veteris. 13161. 14409 M. -o Herméti . . . M. -us Agathémer(us) pátri. 14410 Sex. -us Successus -ae Priscae. 32994 D. Vibius Surio et -us Priscus. 33529. XIV 313 *(Ostiae).* 314 *(ibid.)* Sex. -o Parthenopeo eq(uiti) R(omano) . . . . 785 *(ibid.)* Sex. -us Neophytus. XI 70 *(Ravennae)* Karminia Aphrodisia. 3527 *(Centumcellis)* C. -us Provincialis m(iles) clas(sis) pr(aetoriae) Mi⟨s(enensis)⟩. 5615 *(Arnae)* Sex. Carmini⟨. . .⟩. V 327 *(Parentii)* -a L. f. Prisca. 1964 *(Opitergii)* Q. -us Q. l. Phileros. 1982 *(ibid.)* T. -us (mulieris) l. Atreus. $1989^{add.}$ *(ibid.)* L. -us Q. f. Iunianus. $1990^{add.}$ *(ibid.).* 2006 *(ibid.)* -a Q. f. Semprulla. 2116 *(Tarvisii)* P. -us P. l. Licinus, . . . P. -us P. l. Primus. 2588 *(Ateste)* P. -i P. L. Prisci l. Principi⟨s⟩. 2857 *(Patavii).* 2912 *(ibid.).* 2913 *(ibid.)* -us Felicissimus. 3751 (= 3040, *Veronae).* 8796 *(Cenetae)* Q. -us Optatus. XII 2442 Q. -i Bellici. 2446 M. -us Magnus. XIII 10021 *(signacula medici ocularii)* 32 Q. -i Quintilian(i). 10021, 33. *idemne* 10021, 29*?* 6233 *(in Germ. sup.)* Q. -o Ingen⟨u⟩o ⟨eq⟩uit⟨i ala I?⟩ Hispanorum. III 3263 *(in Pannon. sup.).* 4150, 3, 6 *(ibid.)* Carmin. Iuvencus. 5333 *(in Norico)* Q. -o Latino et -o Cupito opt(ioni) leg(ionis) I Min(erviae). 11826 *(ibid.)* -o Restituto. 3074 *(Lambaesi)* C. Carmínius Messor vet(eranus). 3075 *(ibid.)* C. -us Vale(n)s mil(es) leg(ionis) VII g(eminae) f(idelis). 18067 a, 27 *(in castris Lambaes., a. 166)* Sex. -us Victor Vtic(a). *in tegulis:* Corp. IX 6078, 53 L. Karmini (V 8110, 64). V 8110, 63 C. -i. 8110, 65 P. -i. *in amphoris:* Corp. 7309, 5 C. Carmin⟨. . .⟩. VIII 22637, 27 C. -i. *v. etiam* Carminianensis.

1. Carmo *opp. Hispaniae ulterioris, hodie* Carmona; *cf. Hübner, PW. III 1597. municipium tribu Galeria. graece* Κάρμων *et* Καρμώνη. Bell. Alex. 57, 2 -em (Carbonem *codd.*). 64, 1 -em (Narbonem *codd.*). Liv. 33, 21, 8 validas urbes -em et Baldonem. Itin. Vicarell. (Corp. XI 3281—3284) -em *et* -e. Itin. Anton. Aug. p. 414, 2 -e. Ravenn. p. 315, 5 -e. **Carmōnēnsēs** *incolae:* Caes. civ. 2, 19, 5 -es, quae est firmissima totius provinciae civitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio per se cohortes eiecit portasque praeclusit. *cf.* Corp. XV 3126 *(in amphora)* port(us) Carmo(nensis)*? de nummis v. Hübner l. c. et Holder, Altcelt. Sprachsch. I 791.*

2. Carmo *nom. vir. barb.* Corp. III 5644 *(in Norico)* -o Adnami lib(ertus) sibi et Iuliae Titi lib. uxsori.

Carmogenēs *v.* Chameogenes.

Carmonii *nom. propr.* Vvlg. IV Esdr. 15, 30.

Carmosyne *v.* Charm-.

Carmulus *nom. vir.* Corp. XIII 4582 *(in Gall. Belg., periit)* Caniaii *(an* Can⟨t⟩aii*?)* -i *(sed alter cod.* Carmeli) fili. VII 1336, 244 *(in patella)* -i m(anu).

Carna *dea, cf. Aust, PW. III 1597 et Wissowa, Relig. u. Kult. 190.* Ov. fast. 6, 101 prima dies *(Iunii mensis)* tibi, -a, datur. dea cardinis haec est; numine clausa aperit, claudit aperta suo. unde datas habeat vires, obscurior aevo fama . . . . . adiacet antiquus Tiberino lucus Helerni *(cf.* 2, 67): pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt. inde sata est nymphe — Cranaen dixere priores — nequiquam multis saepe petita procis. 6, 120 viderat hanc Ianus, visaeque cupidine captus . . . . 6, 125 te sub rupe latentem occupat amplexu, speque potitus ait: 'ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto'. 6, 128 sic fatus spinam, qua tristes pellere posset a foribus noxas — haec erat alba — dedit. 6, 155 *Carna* arbutea postes ter in ordine tangit fronde, ter arbutea limina fronde notat; spargit aquis aditus . . . extaque de porca cruda bimenstre tenet *(ad striges repellendas).* 6, 165 virgaque Ianalis de spina ponitur alba, qua lumen thalamis parva fenestra dabat. 6, 169 pinguia cur illis gustentur larda kalendis, mixtaque cum calido sit faba farre, rogas? 6, 181 quae duo mixta simul sextis quicumque kalendis ederit, huic laedi viscera posse negant. Tert. nat. 2, 9 *arae deorum* adventiciorum ad fanum Carn⟨a⟩e, publicorum in Pa⟨latio⟩. Macr. sat. 1, 12, 31 nonnulli putaverunt Iunium mensem a Iunio Bruto . . . nominatum, quod hoc mense, id est kalendis Iuniis, pulso Tarquinio sacrum -ae deae in Caelio monte voti reus fecerit. hanc deam vitalibus humanis praeesse credunt. ab ea denique petitur, ut iecinora et corda quaeque sunt intrinsecus viscera, salva conservet. et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione brutus habebatur, idoneus emendationi publici status extitit, hanc deam, quae vitalibus praeest, templo sacravit. cui pulte fabacia et larido sacrificatur, quod his maxime rebus vires corporis roborentur. nam et kalendae Iuniae fabariae vulgo vocantur, quia hoc mense adultae fabae divinis rebus adhibentur. *his accedunt hi loci ex Varrone sumpti:* Tert. coron. 13 christianus nec ianuam suam laureis infamabit, si norit, quantos deos etiam ostiis diabolus affinxerit, Ianum a ianua, Limentinum a limine, Forculum et -am (Cardam *pars codd.*) a foribus et cardinibus. scorp. 10 potestates ianitrices . . . Barnum *(sic trad., sed editores veteres* Cardum, Cardeam, Ianum, Carnum) quendam et Forculum et Limentinum. Avg. civ. 4, 8 tres deos isti posuerunt, Forculum foribus, -am (Carneam b^1k^1F, Cardeam *cett.*) cardini, Limentinum limini. 6, 7 cur Forculus, qui foribus praeest, et Limentinus, qui limini, di sunt masculi, atque inter hos -a (Carnea C^1da^1F, Cardinea ab^1, Cardea *cett.*) femina est, quae cardinem servat? Tert. idol. 15 ostiorum deos . . . Cardeam a cardinibus appellatam et Forculum a foribus et Limentinum a limine et ipsum Ianum a ianua. nat. 2, 15 deos Forculum a foribus et Car⟨. . . a cardi⟩nibus (Card⟨. . .⟩ *enotavit Hildebr.*) et liminum Limen-

[Otto]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tinum. *videtur igitur et Tertullianus et Augustinus scripsisse* Carna, *mutatum autem in nonnullis codicibus esse hoc nomen, ut cardini similius fieret, modo in* Carda, *modo in* Cardea *vel* Cardinea. *ap.* CYPR. idol. 4 *inserta sunt in V, in M m. rec. in margine addita haec*: Forculus a foribus et a limitibus Limentinus et Cardea a cardinibus.

Carnāria *dies festus deae Carnae, kal. Iun.; cf. Wissowa l. c. et Mommsen, Corp. I² p. 319*: CORP. III 3899 (*in agro Emonensi*) leg(a-tis) ex testament(is) eor(um) dec(uriis) IIII coll(egii) fabr(um), uti rosas Carnar(iis) ducant, (denariis) CC.

Carnabōn, -ontis, *Χαρναβῶν* (*cf. Knaack, Fleckeis. Jahrbb. 1887, 318*). HYG. astr. 2, 14 *ophiuchum* complures -onta nomine dixerunt Getarum, qui sunt in Thracia, regem fuisse *eqs.*

Carnae *pop., cf. Tomaschek, PW. III 1598.* PLIN. nat. 6, 21 amnes Menotharum, Imityen ex montibus Cisiis, inter Agdeos, -as, Oscardeos . . . .

Carnaea *v.* Carnaim.

Carnaim *opp. Palaestinae, Καρναίν*; *cf.* Astarothcarnaim, *vol. II p. 945, 77 et Encyclopaedia bibl. I 335.* VVLG. I Macc. 5, 26 in -m. 5, 43 fanum quod erat in -m. 5, 44 oppressa est -m. *cod. Amiat. ubique* Carnain. HIER. sit. et nom. p. 108, 17 -m Astaroth. -m nunc vicus est grandis in angulo Batanaeae et appellatur Carnaea (Carnea *BH*) trans fluenta Iordanis, traduntque ibi fuisse domum Iob. sed et supra meminimus Carnaeae (Carneae *BH*) viculi in nono ab Aelia miliario. ITIN. [Silv.] 13, 2 ad Carneas . . . — Carneas autem dicitur nunc civitas Iob, quae ante dicta est Dennaba in terra Ausitidi, in finibus Idumaeae et Arabiae. 16, 5. LIB. iubil. 29, 10 Carnain et Hastaroth (VVLG. gen. 14, 5 Astarothcarnaim. LXX *Ἀσταρὼθ καὶ Καρναΐν*. HIER. nom. hebr. p. 4, 3 -m cornua). Carnion, *Καρνίον*: VVLG. II Macc. 12, 21 praesidium quod -n dicitur. 12, 26 ad -n (a Carnio *cod. Amiat.*).

Carnarium *v.* Carcarium.

Carnarus. CORP. XIII 10010, 3038 f. (*in vasculo Gallico*) -us.

abl. **Carnassō** *opp. Ponti.* TAB. Peut. 10, 3. *sed* RAVENN. p. 366, 5 Parnasum (Parnassum). *item* Guid. p. 531, 13. RAVENN. p. 101, 7 Eisnoson.

Carnē, *Κάρνη, opp. Syriae.* PLIN. nat. 5, 79 -e.

Carneadēs, *Καρνεάδης, philosophus academicus.* *gen.* -is, *sed* -i: CIC. fin. 2, 35 de orat. 2, 161. 3, 80. *acc.* -em, *sed* -en: LVCIL. 31 CIC. ac. 2, 16 PLIN. nat. 25, 51 GELL. 17, 21, 1 SYMM. epist. 10, 5. *voc.* -es: CIC. div. 1, 23 AVG. c. acad. 2, 12, 27. 3, 10, 22. -e: CIC. ac. 2, 137 LACT. inst. 5, 17, 14. LVCIL. 31 non -en si ipsum Orcus remittat. VARRO sat. 483 *viam* alteram -em desubulasse bona corporis secutum. 484 alteram viam deformasse -em virtutis e cupis acris aceti. CIC. ac. 2, 16 a -e, qui est quartus ab Arcesila. . . . -es . . . nonaginta vixit annos. 2, 60 nisi tanta in Arcesila, multo etiam maior in -e et copia rerum et dicendi vis fuisset. 2, 98 -is sententia. 2, 99 duo placet esse -i genera visorum. 2, 137 cum -es et Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A. Albinum . . . iocantem dixisse -i: 'ego tibi, -e, praetor esse non videor . . .' (Tusc. 4, 5 de orat. 2, 155 Att. 12, 23, 2 PLIN. nat. 7, 112 QVINT. inst. 12, 1, 35 GELL. 6, 14, 9. 17, 21, 48 MACR. sat. 1, 5, 15). CIC. ac. 1, 46 illa *academia*, quam exposuisti, vetus, haec nova nominetur, quae usque ad -em perducta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilae ratione permansit. fin. 2, 35 tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi vel Epicuri, alter Hieronymi, -i tertius. 3, 57 -em. 5, 4 -is. nat. deor. 1, 11 haec in philosophia ratio contra omnia disserendi nullamque rem aperte iudicandi profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a -e. div. 2, 48 -em. 2, 87. rep. 3, 9 -i respondeatis. leg. 1, 39 Academiam hanc ab Arcesila et -e recentem. de orat. 1, 45 ipsum illum -em . . ., hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrumum et copiosissimum. 1, 49. 2, 161 -i vero vis incredibilis illa dicendi et varietas. 3, 68 hinc haec recentior Academia manavit, in qua extitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia -es. 3, 80 qui hoc Arcesilae modo et -i contra omne quod propositum sit dixerat. orat. 51 -es noster. Att. 7, 2, 4 *al.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 -es laboriosus et diuturnus sapientiae miles, si quidem XC expletis annis idem illi vivendi ac philosophandi finis fuit. SEN. dial. 10, 14, 2 disputare cum Socrate . . ., dubitare cum -e, cum Epicuro quiescere . . . . PLIN. nat. 25, 51 -en. GELL. 6, 14, 10 'violenta' inquiunt *Rutilius et Polybius* 'et rapida -es dicebat'. 17, 15, 1 -es Academicus. 17, 21, 1 -en philosophum. MIN. FEL. 13, 3 hoc fonte defluxit Arcesilae et multo post -is et Academicorum philosophorum in summis quaestionibus tuta dubitatio. 38, 5 Arcesilas . . . et -es et Pyrro et omnis Academicorum multitudo deliberet. CENS. 15, 3 -es, a quo tertia Academia est, quae dicitur nova, qui ad annum nonagensimum ⟨vixit⟩. ARNOB. nat. 2, 9 Arcesilae, . . . -i, . . . alicui denique Academiae veteris recentiorisque cultori. LACT. inst. 5, 14, 3 -es Academicae sectae philosophus. *al.* SYMM. epist. 10, 5 -en Cyrenaeum. FVLG. myth. 1 praef. 27 -is elleborum (*cf.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 PLIN. nat. 25, 52 GELL. 17, 15, 1 MART. CAP. 4, 327). HIER. in Soph. prolog. -es eloquentissimus philosophorum, acutissimus rhetorum. epist. 5, 2 dicitur materiam poscere et -is aliquid referens in utramque partem, hoc est et pro iustitia et contra iustitiam, disputare. 60, 5. adv. Iovin. 1, 42 Philo -is magister. adv. Rufin. 2, 10 -em. AVG. c. acad. 1, 3, 7. 3, 9, 17. 3, 17, 39. epist. 1, 2 quod tanto studio, ingenio, otio, tam denique multa multiplicique doctrina, postremo vita etiam longissima -es invenire non potuit. c. Petil. 3, 21, 24 dicit me Academici damnabile ingenium habere -is. 3, 22, 26 c. Cresc. 1, 19, 24. NOT. Tir. 115, 72 Corniadis.

adi. **Carneadēus** *et* **Carneadīus,** *Καρνεάδειος.* CIC. ac. 2, 148 sententiam . . . -eam. fin. 2, 42 -eum illud summum bonum. 4, 49. 5, 16 -ia . . . divisio. 5, 22 -iam illam sententiam. Tusc. 5, 87 illud -eum. Tim. 1 -eo more et modo. de orat. 3, 71 haec -ia . . . vis.

acc. **Carneās** *v.* Carnaim.

Carnech *et* **Carneola** *v.* Carni *l. 54 sq.*

Carneus *fortasse nom. dei barb.* CORP. II 125 (*in Lusitania, periit*) -o Calantices. *videtur etiam* Ptarneo *tradi.*

Carnī *pop. Gallicus; cf. Ihm, PW. III 1598 et Holder, Altcelt. Sprachsch. I 791. Καρνοί.* Karn- *l. 19 et 47. 48.* LIV. 43, 1, 7 (*a. 171 a. Chr.*) pro se quisque credere -is forsitan aut Histris bellum illatum. 43, 5, 3 (*a. 170 a. Chr.*) -orum Histrorumque et Iapydum legati venerunt: duces sibi ab consule Cassio primum imperatos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarent; . . . inde . . . hostiliter peragrasse fines suos . . . . ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 639 (Corp. I² p. 49) M. Aemilius M. f. L. n. Scaurus cos. . . . de Galleis Karneis. MELA 2, 59 *Italiae* sinistram partem -i (Cauni *A*), et Veneti colunt Togatam Galliam. PLIN. nat. 3, 38 *Italiae populi* Veneti, Carni, Iapudes, Histri, Liburni. 3, 126 decima regio Italiae Hadriatico mari apposita, cuius Venetia . . . . -orum haec regio iunctaque Iapudum, amnis Timavos, castellum . . . Pucinum, Tergestinus sinus, colonia Tergeste. 3, 130 Raetorum et Euganeorum Verona, Iulienses -orum (*cf. infra l. 39*). 3, 131 *interiere ex* -is Segesta et Ocra. 3, 133 incolae Alpium multi populi, sed illustres . . . iuxtaque -os quondam Taurisci appellati, nunc Norici. 3, 146 a tergo -orum et Iapudum, qua se fert magnus Hister, Raetis iunguntur Norici. DIMENS. provinc. 18 Illyricum ⟨et⟩ Pannonia . . . ab occidente desertis *finiuntur*, in quibus habitabant Boi et -i. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) b 3 *Fabius Severus*, ut manifestatur cael⟨es⟩tibus litteris Antonini Aug. Pii, tam feliciter d⟨e⟩siderium pu⟨b⟩licum apud eum sit prosecutus impetrando, ut -i Catalique attributi a divo Augusto rei publicae nostrae (*Tergestinae*), prout qui meruissent vita atque censu, per aedilitatis gradum in curiam nostram admit⟨te⟩rentur ac per hoc civitatem Romanam apiscerentur. III 3915 (*cf.* 10798, *in Pannon. sup.*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salut(e) imp. Caesaris Traiani Hadriani Aug. Aelii Carn⟨i⟩ cives Roman(i). *opp.* **Iūlium Carnicum** (*v. etiam supra l. 25*); *cf. Mommsen, Corp. V p. 172 et Nissen, Ital. Landesk. II 237.* PTOL. 2, 13, 3 *μεταξὺ δὲ Ἰταλίας καὶ Νωρικοῦ Ἰούλιον Καρνικόν. hodie* Zuglio. *primum vicus* (*cf.* CORP. V 1829), *deinde* (*certe ante Claudi mortem*) *colonia facta, tribu Claudia.* ITIN. Anton. Aug. p. 279, 5 Iulia (-o *DQ*) -o. RAVENN. p. 221, 17 Carnium. CORP. VI 2384 (*a. 198,* = 32526 i) C. Gargilius M. f. Iuli(o) Saturninus Car(nico) *mil. praetor.* V 1842 M. Volumnius M. f. Cla(udia) Vrbanus dec(urio) col(oniae) Iul(ii) Kar(nici), IIvir i(ure) d(icundo). 1862 (*a. 373*) cur(atore) r(ei) p(ublicae) Iul(ii) Ka⟨r(nici)⟩. III 11739 (*in Norico*) dec(urio) Iul(ii) Carn(ici). **alpēs Carnicae**: PLIN. nat. 3, 147 Saus ex alpibus -is *fluit. cf.* RAVENN. p. 293, 3 iugum Carnium dicebatur ab antiquis alpis Iulia. **Carnia** *terra, cf. Ihm, PW. III 1599.* DIMENS. provinc. 15 pars Italiae ad alpes finitur ab oriente iugis alpium, ab occidente Histria et -a. *cf.* RAVENN. p. 221, 7 iuxta ipsam Valeriam ponitur patria quae dicitur Carneola, quae et alpes Iuliana antiquitus dicebatur. quam patriam Carnech . . . eiusdem Carnech patriae . . . . in qua Carnech patria. p. 223, 8. 293, 2 *montes dividunt* inter patriam Carnium et Italiam. *hodie* Krain. *v. etiam Tomaschek, PW. III 1600* (Carnida).

Carniās *statio Asiae minoris.* RAVENN. p. 98, 12 -as (Carmas *A*). *sed* TAB. Peut. 5, 9 Garmias.

1. **Carnion** *opp. Arcadiae.* PLIN. nat. 4, 20 Gortyna, Bucolium, -on (*trad.* Carnon, Crannon, Charnon, Chrannon; *sed cf. Καρνίων*).

2. **Carnion** *v.* Carnaim.

1. **Carnīos,** *Καρνεῖος. cf.* 2. Carnus. EXC. barb. chron. p. 294, 19 Frick praeibant iis (*Sicyoniis*) sacerdotes -ii. *cf.* EVSEB. chron. I p. 175. II p. 56 Schoene.

2. **Carnīos** Byzantinorum lingua November mensis dicitur GLOSS. V 175, 22. *Καρνεῖος.*

Carnium *v.* (Iulium) Carnicum, (alpes) Carnicae, (terra) Carnia *sub* Carni *supra l. 44. 50. 57.*

1. **Carnius,** -a *nom. gent.; cf.* Carinius, Carenus *al., etrusc.* carna (*W. Schulze, Eigennamen p. 146*). CORP. VI 14411 Q. -us Crhesimus. 14412 -o Eutheto C. -us Tharapon et -a Iusta parentes. 14413 C. -i Quadrati. X 4981 (*Venafri*) Carniai T. f. Quartai. 7265 (*Panhormi*) Apoline L. -us C. f. V 2522 (*Ateste*) Anneiaria C. f. Festa, T. -us Q. f. Rom(ilia) decurio. VIII 6871 (= 7275, *in prov. Numid.*) -a Pocosa. 6870 Q. -us Rufus. 16447 (*in prov. procos.*) ⟨C?⟩arnia pia vixit . . . .

2. **Carnīus,** *Καρνεῖος, nom. serv.* CORP. VI 4312 Carníus Ti. Caesaris Aug(usti) l. á cubiculo.

Carnona *castellum Galliae, hodie* Chênehutte-les-Tuffeaux (*Maine-et-Loire*), *cf. Ihm, PW. III 1601.* VEN. FORT. vita Germ. 58, 156 ad -am castellum. **Carnonēnsis** *adi.* GREG. TVR. Mart. 2, 48 ex pago autem -i, qui Andecavo territorio habetur insitus.

[*Otto*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Carnos *ins.*, Κάρνος. PLIN. nat. 4, 53 inter Leucadiam . . . et Achaiam permultae *insulae sunt*, quarum Teleboides eaedemque Taphiae ab incolis appellantur Taphias, -os (arn *codd.*), Oxiae . . . .

Carnot- *v.* Carnut-.

Carnulus *nom. vir.* SVET. Tib. 61, 5 *ut Tiberius* cum audisset unum e reis, -um nomine, anticipasse eam (*mortem*), exclamaverit: -us me evasit. Carr- *pars codd.*

Carnunta, Carnuntes *v.* Carnutes *p. 204, 12. 6.*

Carnuntum *caput Pannoniae (superioris), hodie* Petronell; *cf. Kubitschek, PW. III 1601; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 794.* K- *l. 28 sqq. et 37 al. et 46.* Carnuntium *l. 22.* VELL. 2, 5 a -o, qui locus Norici regni. . . . PLIN. nat. 4, 80 usque ad Pannonica hiberna -i Germanorumque ibi confinium. 37, 45 a -o Pannoniae. SPART. Sept. Sev. 5, 1 *Severus* imperator est appellatus apud -um. EVTR. 8, 13, 1. AVR. VICT. Caes. 16, 13 urbe Pannoniae, cui Carnuto nomen est. AMM. 30, 5, 2 -um Illyriorum oppidum . . . desertum quidem nunc et squalens, sed ductori exercitus perquam oportunum. 30, 5, 11 agens . . . apud -um imperator . . . . in quo oppido . . . . HIER. chron. a. Abr. 2193 apud -um habens castra stativa. 2324 Licinius a Galerio -i imperator factus (PROSP. chron. I p. 431, 703. 448, 982. CONSVL. Constant. chron. I p. 231, 308). OROS. hist. 7, 15, 6 apud Carnuntium. NOT. dign. occ. 34, 26 praefectus legionis quartaedecimae geminae . . ., -o. 34, 28 praefectus classis Histricae, Arrunto (*scr.* -o) sive Vindomanae [a -o translata]. COD. Theod. 9, 1, 12 (*a. 374*) -i. ITIN. Anton. Aug. p. 247, 4 -o. p. 262, 3. 8. 266, 14. 267, 12 (Carnuntio *P*). TAB. Peut. 5, 2 -o. IVL. HON. cosmogr. A 19 -o oppidum. COSMOGR. 1, 19 Carnuto. RAVENN. Guid. p. 453, 12 inter patriam -um et Italiam. CORP. XI 6538 mun(icipii) Ael(ii) Karn(unti). III 4554 m(unicipii) A(elii) K(arnunti). 14359[2]. 4495 (*a. 178*) munic. Car. 4236 col(oniae) Karn. 4170. 4539 col. K. 4567 col. Karn. 11139 col. Kar. 11255 c(oloniae) C(arnunti)? 14359[3] C. Vallio C. f. Serg(ia) Scrib<on(iano)?> dec(urioni) c(oloniae) S(eptimiae) Aur(eliae) Ant(oninianae) Karn(unti). VI 3625 mil(es) leg(ionis) x gem(inae) . . . natus -o. 8878 T. Aelio Aug. lib. Titiano . . . def(uncto) Carnunt. 32536, 11, 45 Carn. 32563, 10 d(omo) Carn. 32623, 8 <. . .> C. f. Sept. Martinus Car<n>. 32624b, 14 M. Mat. M. f. Sep. Antoninu(s) Carnu. 32640, 8 <.> Aurel. M. f. A<e>l. Maximus Carn. 32640, 9. III 4641 (*a. 143*) a Karn<n>. 4642 (*a. 198*) a Kar. 4644 (*a. 238*) a K. 4645 (*a. 249*). 4698 (*in tegulis*) C. Val. Const. Kar. 11019 domo Sergia Karnunto. XIII 8620 (*in Germ. inf.*) <T.> Pon<t(ius)> M. f. S<e>p<t(imia)> <M>arc<i>a<n>u<s> Carn(unto). VIII 2675 (*in prov. Numid.*) M. Aurel. M. f. Sergia -o Sabinus. *adi.* **Carnuntiensis**. CORP. III 6593 M. Aurelio Avito c(ivi) R(omano) Avitiani filio -i provinciae Pannoniae superioris. NOT. dign. occ. 9, 20 *fabrica* Cornutensis (Cormitensis *V*, Carnuntensis *Böck.*) scutaria. **Carnuntinus** *nom. vir.* CORP. V 1117 (*Aquileiae*) Aurelio Karnuntino. XIII 3183[4] (*in provincia Lugudun.*) Maxuminus -i <fi>l. 10017, 258 Carnunt<. . .>. **Carnuntilla** *nom. mul.* INSCR. Supplementary papers of the Americ. school of classic. stud. in Rome 2 (1908) p. 269 (*Romae*) Iul(ia) -a ex pr(ovincia) P(annonia) super(iore). *dubiae interpretationis* CORP. VIII 12383 (*in prov. procos.*) Carnunti Q. Furfanio Moderatiano<. . .>.

1. Carnus *nom. oppidorum.* 1. *Arabiae*: PLIN. nat. 6, 154. *cf.* RAVENN. p. 57, 12 Cornan? 2. *Illyrici*: LIV. 43, 1, 2 legatus in Illyricum a consule missus opulenta duo oppida oppugnavit; Ceremiam (Creunium *Vnger*) vi atque armis coegit in deditionem omniaque iis sua concessit, ut opinione clementiae eos, qui Carnuntem (Sarnuntem *Vnger*), munitam urbem, incolebant, alliceret.

2. Carnus, Κάρνος, *deus*; *cf.* 1. Carnios *et* 2. Carnius. HIER. chron. a. Abr. 890 post quos (*reges*) sacerdotes -i constituti sunt *Sicyone*. 885 *Sicyoniorum* sacerdotes -i sex.

3. Carnus *nom. mul.* CORP. VI 10268 L. Arrio Horato Eutychēti Acilia -us coiugi.

4. Carnus *nom. vir.* CORP. XIII 10027, 206 (*in vagina cultelli*) -us f(e)cet.

Carnutenus pagus *in finibus Redonum, cf. Ihm, PW. III 1605 et Rhein. Mus. 52 (1897) 459.* CORP. XIII 3150 (*aetate Antonin.?*) in honorem domus divinae et pagi -i Marti Vicinno L. Campanius Priscus et Virilis fil. sacerdotes Romae et Aug(usti) . . . .

Carnutēs *pop. Galliae Lugudunensis. cf. Ihm, PW. III 1605; Hirschfeld, Corp. XIII p. 472; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 796.* *aetate posteriore* Carnot- *cf. p. 204, 2. 10. 13 al.* Carnunt- *p. 204, 5 sqq.* Carnŭt- (Carnŏt-): TIB. 1, 7, 12 VEN. FORT. Mart. 3, 153. Carnūt-: PAVL. PETRIC. Mart. 4, 255. *acc. plur.* -as: CAES. Gall. 6, 3, 4 (β, -es α). FLOR. epit. 3, 10, 20. CAES. Gall. 2, 35, 3 in -es, Andes, Turones, quaeque civitates propinquae his locis erant, ubi bellum gesserat. 5, 25, 1 in -bus. 5, 25, 4 in -es proficisci. 5, 29, 2. 5, 56, 1. 4 arcessitum se a Senonibus et -bus aliisque compluribus Galliae civitatibus. 6, 2, 3. 6, 3, 4. 6, 4, 5. 6, 13, 10 *druides* certo anni tempore in finibus -um, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato. 6, 44, 1 de coniuratione Senonum et -um. 7, 2, 1. 2. 3. 7, 3, 1. 7, 11, 3 Cenabum -um proficiscitur. 7, 75, 3 HIRT. Gall. 8, 2, 4. 8, 5, 1 -es desertis vicis oppidisque . . . profugiunt. 8, 5, 2 in oppido -um Cenabo. 8, 5, 4. 8, 31, 1 in -es ceterasque proficiscitur civitates (OROS. hist. 6, 11, 19). 8, 31, 4. 8, 38, 3 cum in -es venisset, quorum in civitate. . . . 8, 46, 4 in Turonis ad fines -um. TIB. 1, 7, 12 -is (Carnoti *A*) et flavi caerula lympha Liger. LIV. 5, 34, 5 *Prisco Tarquinio regnante Bellovesus* Bituriges, Arvernos, . . .-es, Aulercos excivit, *qui condiderunt in Italia Mediolanium.* FLOR. epit. 3, 10, 20 omnis pariter Arvernos atque Biturigas, Carnuntas (Carnutas *B*) simul Sequanosque contraxit . . . Vercingetorix. Carnuntēs: CARM. epigr. 910 (*Romae*) <quo>d gens -um m<uri>s sublimibus offert, <n>on auro aut gemmis, set <radi>at titulo. Carnutēnī (*cf. infra l. 19*): PLIN. nat. 4, 107 -i (Carnuti *R*) foederati. *opp.* (Autricum), *hodie* Chartres: SVLP. SEV. dial. 2, 4, 4 Carnotum oppidum. NOT. Gall. 4, 2 chron. I p. 588 civitas Carnotum. NOT. dign. occ. 42, 33 praefectus laetorum Teutonicianorum, Carnunta Senoniae Lugudunensis. VEN. FORT. vita Leob. 15, 49 pervenit Carnotis. 23, 72 Carnotis constitutus episcopus. Mart. 3, 153 Carnutis hic etiam dum praetereundo veniret (4, 28). CONC. Aurel. a. 511 p. 10, 6 episcopus de Carnotas (p. 14, 17 ex civitate Cartonas Aventinus episcopus). a. 541 p. 99, 10 episcopus eclesiae a Carnatis. CONC. Paris. a. 614 p. 191, 27 ex civitate Carnotis. CONC. Clipp. a. 626 aut 627 p. 201, 19 ex civitate Carnodas.

Carnutīnus (-ēnus), **Carnot-** *cf.* Καρνουτῖνος *et supra l. 8. adi.*: SVLP. SEV. dial. 3, 2, 2 in Carnutena (*sic V*, Carnotena *A F*, Carnutum *B*). . . civitate. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 255 Carnūtēna (Carnotina *Sv*) iacent patulis qua moenia campis (5, 18). GREG. TVR. Franc. 7, 17 diocesis Carnotena. Carnotenae urbis. 8, 10. 9, 5 urbis Carnotinae. 9, 20 p. 375, 11 pago Carnotino. vit. patr. 19, 1 Carnotenae urbis (glor. conf. 24 ex Carnotino territorio). glor. conf. 97 Carnoteni pagi. VEN. FORT. carm. 4, 7 tit. episcopi civitatis Carnotenae. vita Leob. 15, 53 Carnotinae urbis. CONC. Aurel. a. 538 p. 85, 15 ecclesiae Carnotenae episcopus. a. 541 p. 96, 24 (Caarnatensis *N*, Carnotinae *TI*). CONC. Paris. a. 573 p. 146, 34 Carnotinae civitatis. p. 147, 5. 7. 29 parrocia . . . Carnotina. p. 148, 12. 150, 9 CONC. Matisc. a. 585 p. 172, 24. CONC. Cabilon. a. 639—654 p. 213, 14 ecclesiae Carnotinae. NOT. Tir. 86, 97 Carnotenus. Carnutīnī, Carnutēnī *incolae*: CORP. XI 716 Carnutino ex provincia Lugdunensi. XIII 2010 *traditur et* Carnuteno *et* Carnutino. 1694 Carnut. *cf.* 1672. INSCR. Dessau 4661 civis Car<nu>tenus. GREG. TVR. Franc. 7 capitul. 2 de collisione Carnotenorum et Aurelianensium. 7, 2 cum . . . Carnotenis. *v. etiam* carnotina *vol. III p. 480, 58.* **Carnotēnsis** *adi.*: GREG. TVR. Franc. 4, 49 Avallocium Carnotensem vicum. VEN. FORT. vita Leob. 14, 44 Carnotensis urbis. 22, 70 Carnotensis civis. CONC. Aurel. a. 549 p. 110, 21 episcopus ecclesiae -is. CONC. sub Sonn. a. 627—630 p. 203, 10 *episcopo* -i. *Otto.*

Carnutum *v.* Carnuntum *p. 203, 15. 27.*

Caro(n) *cogn. vir.* CORP. VI 36505 L. Cassi L. l. -is. XII 5686, 188 (*in vasc.*) Caron. 4360 (*in Belgica*) -o. VII 1334, 10 (*in catino*) -o. 1336, 245 (*in patella*) o(fficina) Caro(nis?). *cf. etiam* Charon.

? **Carodius** *nom. vir.* CORP. III 4296 (*in Pann. sup.*) -us. *Mommsen coni.*: C. A(urelius) Rodius (?).

Caroea *filia Dionis, regis Laconicae.* SERV. auct. ecl. 8, 29 *Liber* -am . . . in arborem sui nominis vertit, quae latine nux dicitur quod postea Diana ita factum Laconas docuit. unde templum Caryatidi Dianae a Laconibus consecratum est. *cf.* Carya.

Carolapis. MARTYROL. Hier. 6 id. Iun. (Bern. Wiss.) -dis.

Carol(l?)ius, -a *nom. gent.*; *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 146.* CORP. XIV 3086 (*Praeneste*) L. Carol.

Carolus *cogn. vir.* CORP. VIII 19027 (*in Numidia*) Q. M<a>nilius -us.

Caromārus *nom. fig. celt.*; *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 17.* CORP. XIII 10010, 461. III 12014, 185.

Carominius *nom. gent.* (?) NOT. Tir. 115, 58 (*v. l.* Caronimus, Carominus).

Caronī *gens Scytharum.* PLIN. nat. 6, 22.

Caronium *v.* Caranicum.

Caronius *nom. gent.* CORP. XIII 7682 (*Antunnaci*) L. Karoniu<s> <. . .>talis. *corrupt.* II 4117 (*Tarracone, periit*) M. Fadius Priscus . . . -o Secundo f(ecit).

Caronna *v.* Garumna.

Carontanī *nom. pop.*, *hodie* Kärnthen. RAVENN. p. 293, 1 inter -os (*v. l.* Carant-, Coront-) et Italiam.

Caroparnasus *mons Indiae.* MELA 3, 69 Indus ex monte -o exortus. *v.* Paroparnasus.

Caropē, Caropēius *v.* Char-.

Carophrygia *regio Asiae.* CASSIOD. hist. 7, 9 Valentinianus Valens Gratianus episcopis dioeceseos Asiae, Phrygiae, -ae et Pacatianae.

Caropinus *cogn. vir.*; *cf.* Caroponius *vel a* C(h)arops. CORP. X 6047 (*Minturnis*) L. Orarius (mul.) l. -us.

Caroponius *nom. vir.* CORP. VI 16498 Cosiae Charidi . . . -us coniugi bene merenti posuit.

Carossounus *nom. celt.*, *cf.* Carassounus. CORP. XIII 10010, 452 (*in vasculo*) -i.

Cārōsus, -a *cogn.*, *a* Carus. Cărōsus: CORIPP. Ioh. 7, 436. CORP. III 2027 (*Salonis*) Fl(avio) -o veterano. VIII 15333 (*in prov. proc.*) Sall<ustio C>aroso. OPTAT. app. 1 *passim memoratur* -us *subdiaconus Cirtensis.* LEO M. epist. 13 (*a. 446*) -us *episcopus Illyrici.* 136, 4. 142, 2 -us *monachus. alius ibid.* 141. CONC. Rom. a. 501 p. 419 per Germanum et

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Carussae *insulae maris Aegaei.* PLIN. nat. 4, 69 Patmos ... -ae, Lebinthus (*trad.* Carusse *AR*, -sae *FE, sed* STRAB. 10 p. 488 *Κορασσίαι, unde Barb.* Corassiae). *cf. etiam* 5, 135 Corseas.

Carustius, -a *nom. gent., cf.* Carusius. CORP. IV 1594. 1606. 5335.

Cārūsus *v.* Carosus.

Carutius, -a *nom. gent.; cf.* Carusius *et W. Schulze, Eigennamen p. 146. 279.* CORP. XIV 214 (*Ostiae*) L. -us ⟨...⟩ mil(es). XIII 10008, 19 (*in urceo*) -o. MACR. sat. 1, 10, 14 *et* 17 -us (*pro* Tarutius *q. v.*). *deriv. cogn.* **Carutiānus:** DIOD. 11, 88, 1 *Λεύκιος Μινούκιος Καρουτιανός cos. a. 458 a. Chr., sed* FAST. cos. Capitol. Carvent(anus) *cf. p. 219, 39.*

Carvus *nom. vir.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 44 adn. 6.* CORP. VIII 9384 (*in Mauret. Caes.*) Liccaius -i f. natione Maezeius eques coh. VII Delmatarum.

Carya *vel* **Caryae** *nom. oppidi Laconici, ubi templum Dianae fuit celeberrimum. cf.* Caroea; *gr. Καρύα, Καρύαι.* LIV. 34, 26, 9 Parthenio superato monte praeter Tegeam tertio die ad -as posuit castra. *sim.* 35, 27, 13. VITR. 1, 1, 5 -a civitas Peloponnensis cum Persis hostibus contra Graeciam consensit, postea Graeci per victoriam gloriose bello liberati communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. itaque oppido capto viris interfectis civitate desacrata matronas eorum in servitutem abduxerunt *eqs.* STAT. Theb. 4, 225 plaudentique habiles -ae resonare Dianae (SCHOL. -ae templum est in Laconica Dianae sacrum, quod etiam Caryatium nominatum est ex hac causa: cum luderent virgines, meditatus ruinam omnis chorus in arborem nucis fugit et in ramo eius pependit. quam nucem Graeci *καρύαν* vocant. ergo de arbore et templum et dea nomen accepit [= MYTHOGR. 2, 27]). *deriv.* **Caryātēs,** -is, *Καρυάτης, incola*: VITR. 1, 1, 5 -bus *et* -ium. *fem.* **Caryātis,** -idis, *Καρυᾶτις.* VITR. 1, 1, 5 si quis statuas marmoreas muliebres stolatas, quae -es dicuntur, pro columnis in opere statuerit et insuper mutulos et coronas collocaverit, percontantibus ita reddet rationem *eqs.* (*cf. supra l. 7*). PLIN. nat. 36, 38. *cf. Chipiez, Daremberg-Saglio II 929.* DIOM. gramm. I 486, 23 eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianae -idi hymnum canere (SERV. auct. ecl. 8, 29, *ubi fusius de origine templi. cf.* Caroea). *nota acc. graec.*: PLIN. nat. 36, 23 quas Thyiadas vocant et -idas *Praxitelis opera.* **Caryātius,** -a, -um: HIER. chron. a. Abr. 230 Thelciis (*Τελχῖνες*) et Cariatiis (*Καρυάται*) adversum Foroneum et Parrasios instituit bellum. SCHOL. Stat. *v. supra.*

Caryanda *nom. ins. cum opp. Cariae, gr. Καρύανδα.* MELA 1, 85 trans Halicarnason ... urbes Myndos, Caruanda, Neapolis. PLIN. nat. 5, 107 -a. 5, 134 hinc -a cum oppido. *adi.* Caryandaeus, -a, -um (*Καρυανδαῖος*): AVIEN. ora 44 -us Scylax (Cariae ditus *trad.*, Caryandynus *O*). 372 (Cariae dictus *trad.*, Caryandimus *O*, Caryandenus *Meineke*).

Caryllius, -a *v.* Carullius.

Caryōta *cogn., cf.* caryota *appell.* VIR. ill. 83, 3 *C. Cassius Longinus* (*is qui Caesarem necavit*) quod coemptis Syriacis mercibus foedissime negotiaretur -a (Carnota, camota *trad.*) cognominatus est. CORP. VIII 11710 (*in prov. Byzac.*) Pompeia Kariota.

1. Carystus *f. nom. opp. Euboici ob marmor celebrati, gr. Κάρυστος.* *nom.* -os: SEN. Tro. 836 MELA 2, 108 LVCAN. 5, 232 STAT. silv. 1, 5, 34. 2, 2, 93 MART. 9, 75, 7 SOL. 11, 15 (-us *A*) MART. CAP. 6, 659 SIDON. epist. 2, 2, 7 (Charystos, Caristos *trad.*). -us: LIV. 32, 16, 8. 32, 17, 1. *acc.* -on: SIDON. carm. 22, 140 (carysten, caristen *trad.*). *nom. neutr.* -um: PLIN. nat. 6, 216. PLAVT. Pseud. 730 qui a patre advenit -o. 737. LYGD. 3, 14 quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis ... sive, -e (thariste *A*, *corr.* ς), tuis. LIV. 31, 45, 10 dum ab -o Issaei redirent. 32, 21, 13. 33, 34, 10. VAL. MAX. 1, 8, 10 -umque Chalcidico freto vicinam. SEN. Tro. 836 ferax varii lapidis -os. MELA 2, 108 opulentissimae -os et Chalcis. LVCAN. 5, 232 qua maris angustat fauces saxosa -os (STAT. Theb. 7, 370). PLIN. nat. 4, 51. 64. 18, 70. STAT. silv. 1, 5, 34 undosa -os. 2, 2, 93 gaudens fluctus spectare -os. Theb. 7, 718 circum stagna -i. MART. 9, 75, 7 de marmore omni, quod -os invenit. SOL. 11, 15 -os aquas calentes habet; Ellopias vocant. MART. CAP. 6, 659 -os (Caristos *B*) marmore fluctibus concolore. *adi.* **Carystius,** -a, -um, *Καρύστιος*: PLIN. nat. 4, 64 marmore -o (36, 48 *sq.* INSCR. Revue archéol. 4 sér. XI (1908) p. 321 [*in Africa*] marmore nil Pario splendentius adq(ue) Carisio. GLOSS.). PLIN. epist. 5, 6, 36 quattuor columellae -ae. SOL. 11, 15 -as aves, quae flammas impune involant. CORP. VI 8486 (*periit*) a lapicidinis -iis. Carystius *incola*: Diocles -us: SEN. contr. 1, 1, 25 *al.* CELS. 1 prooem. p. 2, 17 PLIN. nat. 26, 10 CENS. 7, 6 MACR. somn. 1, 6, 65. Glaucone -o: QVINT. inst. 11, 2, 14. Antigonus -us: HIER. vir. ill. prol. *plur.*: LIV. 31, 45, 10. 32, 16, 7. 35, 38, 4 SOL. 11, 16. **Carystēus,** -a, -um, *Καρύστειος* (*cf.* CORP. VIII 14301 [*saec. II*] ⟨colum⟩nas Charystías): OV. fast. 4, 282 quaeque -is frangitur unda vadis. CAPITOL. Gord. 32, 2 quinquaginta -eae *columnae.* ISID. orig. 6, 11, 2 e -eo marmore (euchaisteo *vulg.*). 16, 5, 15 *marmor* -eum viride, optimum, nomen ab aspectu habens, eo quod gratum sit iis, qui gemmas sculpunt. eius enim viriditas reficit oculos.

2. Carystus (**Carystum**?) *opp. Ligurum.* LIV. 42, 7, 3 (*a. 173 a. Chr.*) in Liguribus in agro Statellati pugnatum ad oppidum -um.

Carzanica *civitas Sardiniae.* RAVENN. p. 412, 14. *Reisch.*

1. Casa Cucūlī *in urbe Roma*: INSCR. christ. Rossi II p. 413, 19 olibet(um) in fund(o) -a -i. **Casa Flōrāna** *ibid.*: INSCR. christ. Rossi II p. 413, 22 olibet(um) in -a -a. **Casa Rōmāniāna** *ibid.*: INSCR. christ. Rossi II p. 413, 19 olibet(um in fund(o) -a -a. **casa Rōmulī** *v. s.* Romulus. **casa Rimōniāna** *statio orae Tripolitanae*: TAB. Peut. 7, 5 *cf. Dessau, PW. III 1633.* **Casae** *nomina locorum cum* Casae *composita*: **Duae Casae**: INSCR. Röm. Mitt. 1904 p. 148 (*saec. IV, ad Praeneste*) fundum q(ui) a(ppellatur) duas -as. *cf.* LIB. pontif. p. 48, 12 donavit fundum duas -as. p. 67, 16 possessio in territorio Sabinense, quod appellatur duas -as. **Casae Caesariānae** *statio viae Clodiae inter Florentiam et Arretium*: ITIN. Anton. Aug. p. 285, 3 [*Jacobsohn*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad Fines sive -as -as. *cf. Hülsen, PW. III 1632.* *in Africa* **Casae,** *locus provinciae Byzacenae*: Corp. VIII 11451 (= 270, *a. 138*), 15 in provincia Afr(ica) regione Beguensi territorio Musulamiorum, ad -as. 11451, 16. *inde adi.* **Casēnsis,** -e: Corp. VIII 11451, 1 de nundinis saltus Beguensis in t(erritorio) -i. **Casās vīlla Anīciōrum**: Itin. Anton. Aug. p. 61, 2. **Casae Calventī**: Itin. Anton. Aug. p. 15, 4. *cf. Dessau, PW. III 1632.* **Casae Favēnsēs**: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 155^A episcopus a -is -bus. **Casae Mediānēnsēs** *vel* **Mediānae** (*cf. Dessau, PW. III 1633*): Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 121^C coepiscopo ... plebis -arum Medianensium. Vict. Vit. 2, 101 Villaticum de -is Medianis *episcopum* Numidiae. Not. episc. Num. 29 de -is Medianensis. *incolae* **Casēnsēs Mediānēnsēs**: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 148^B episcopus -ium -ium. **Casae Nigrae** *cf. Dessau, PW. III 1633.* *inde adi.* **Casaenigrēnsis,** -e: Not. episc. Num. 58 Felix Cas(s)e(n)nigrensis. *adi.* **Casēnsis Nigrēnsis**: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 128^B episcopus -ium -ium. 4, 129^D. **Casae Silvānae**: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 147^A episcopus a -is -ae. *inde adi.* **Casēnsis,** -e: Corp. VIII 4327 (*in provincia Numidia*) ordo municipi -ium. *cf. Dessau, PW. III 1632.* XI 61 (*Ravennae, christ.*) Canis Lobonis de lo(co) Kasense civis Afer. *incolae* **Casēnsēs Bastalēnsēs**: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 141^C episcopus -ium -ium. **Casēnsis Calanēnsis** *cf. Dessau, PW. III 1632.* Not. episc. Num. 43 Optantius Casensi Calanensi (*coniecerunt* Casensium Calanensium). Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 117^A episcopus loci -is -is. *monasterium in Gallia*: Conc. Massil. a. 533 p. 60, 24 in -i monasterio.

2. Casa *nom. celt. cf.* Casatus. Corp. XIII 5997 (*in Germania superiore*) -ae et Caratii filii. *v. etiam* Caca.

Casabus *nom. celt.* Corp. VI 5577 (*in conventu Bracaraugustano*) Sunua -i f.

Casaia (קִשָׁיָהוּ) *Levites.* Vvlg. I par. 15, 17 Ethan filium -ae (*Κισαίου*).

Casalōth (כִּסְלֹת) *vicus in tribu Issachar.* Vvlg. Ios. 19, 18 fuit ... eius (*Issachar*) hereditas Iezrael et -th (Amiat. Saloth, LXX *Χασαλώθ, cod. Alexandrin. ἀχασελώθ.* Itala Lugd. Hasaloth.). *idem* Vvlg. Ios. 19, 12 terminus possessionis *filiorum Zabulon* ... revertitur de Sared contra orientem in fines Ceseleththabor (כִּסְלֹת תָּבֹר, Amiat. Ceselech *et* Thabor, LXX *Χασελωθαίθ, cod. Alexandrin. χασαλωθβαθώρ.* Itala Lugd. Casaeloth). Ios. bell. Iud. 3, 3, 1 *ἀπὸ τῆς ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης κώμης, ἣ Χαλὼθ* (Heges. 3, 6, 12 Chaloth [*ita C,* Saloth *vulg.*]) *καλεῖται.* Hier. sit. et nom. p. 91, 4 appellatur ... hodie villula Chasalus (Euseb. *Ἐξάλους,* chsalus *H*) in octavo lapide Diocaesareae ad radicem montis Thabor in campestribus. 94, 25 Achaseluth (*cf. l. 34*) civitas tribus Issachar. appellatur autem et quidam vicus Chasalus (Euseb. *Χσαλούς,* item *H*) iuxta montem Thabor *eqs.* Itin. Eucher. p. 131, 17 a vico Chaloth (exaloth *E,* xalth *P*). *cf. Benzinger, PW. III 2195; Encyclop. bibl. I 448.*

Casama *statio militum in Syria, cf. Benzinger, PW. III 1633.* Not. dign. or. 32, 10. 25 equites sagittarii indigenae, -a. Tab. Peut. 10, 4. Ptol. 5, 15, 24 *Κάσαμα* (*Κέσαμα var.*).

Casamo, -ōnis *nom. celt.* Corp. III 10348 (*in Pannonia inferiore*) Meitim -is f. *cf. vol. III p. 512, 20.*

Casander, Casandra *v.* Cassander, Cassandra.

Casanī *gens Arabiae* Plin. nat. 6, 150. *cf. D. H. Müller, PW. III 1633.*

Casara *insula sinus Persici.* Tab. Peut. 11, 4 Ravenn. p. 390, 1. *cf. Tomaschek, PW. III 1633.*

Casariāna, -ae *ethnicon aut cogn. mulieris, cf.* Casarius. Corp. VIII 6041 (*in prov. Numidia*) Cereri Aug. sacr(um) Iulia Mussiosa Kasariana ex consensu ordinis castelli Arsacalitani. *huc fortasse pertinet* Tab. Peut. 4, 4 ad aquas Casaris (*in prov. Numidia*).

Casarius, -a *cogn. et nom. sing.; cf.* Casariana. Casāria: Ven. Fort. *l. 66.* Corp. VI 1057, 2, 94 (*a. 210*) L. Terent(ius) -us *miles.* 1058, 2, 20. Inscr. christ. Rossi I p. 1130 (*a. 345*) Fl(avius) Aur(elius) -us. *cf.* Corp. XI 6700, 203 (*in vasculo Arretino*) L. Corneli Casart, *ubi fortasse latet* Casari. Ven. Fort. carm. 8, 3, 39 has inter comites coniuncta -a fulget, temporibus nostris Arelatense decus, Caesarii monitis luci sociata perenni si non martyrii, virginitatis ope. 8, 3, 81 sit tibi dulce decus veneranda -a praesens, praesule Caesario non caritura suo. carm. app. 13, 1 sic vos Caesarii monitis honor ornet in orbe ... sic hic Caesaria et praecelsa -a surgat. *cf. Leblant, Nouveau recueil n. 298 p. 332 sqq.* (= Corp. XII 1045).

Casarodūnum *v.* Caesarodunum.

Casaromagus *v.* Caesaromagus.

Casatius *nom. gent., cf.* Casatus *al.; v. W. Schulze, Eigennamen p. 148.* Corp. VI 14471 C. -i Tauri (*nisi est genetivus nominis gentilicii* Casatus).

Casatonī, -ōrum *incolae sedis episcopi.* Conc. Constantinop. V Syn. gener. Constant. II Mansi 9, 177^D Cyriaco ... episcopo -orum.

Casatus, -a *cogn. gall.; cf.* Casatius, Cassatus, Casa, Casuna. Corp. XII 2259 Aproniae Sabini filiae -ae. XIII 1903 Mercurialia -a. 6283 Cassianus -i (filius). 10027, 15 (*in trulla aenea*) -us fec(it). Const. veteran. 35 p. 867 int. 29 Verecundae -i fil(iae) ... Sequan(ae).

Casbōn *urbs in tribu Gad.* Vvlg. I Macc. 5, 36 Iudas ... cepit Casbon (LXX *χασφων, Alexandrin. χασφωθ*) et Mageth. *eadem* 5, 26 Casphor (*Χασφώρ*) civitas munita et magna.

Casca, -ae *cogn Serviliorum; v.* Casco, Cascius *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 353.* C. Servilius -a *tribunus plebis a. 542/212*: Liv. 25, 3, 15 propinquus cognatusque Postumio *Pyrgensi.* 25, 3, 17. Varro ling. 7, 28 Papini epigrammation, quod in adolescentem fecerat -am: ridiculum est, cum te -am tua dicit amica, fili Potoni, sesquisenex puerum. P. Servilius -a, *unus ex interfectoribus Caesaris, cf. Pauly, Realenc. VI 1120*: Cic. Phil. 2, 27 duos Servilios, -as dicam an Ahalas? Att. 16, 15, 3 certissimum esse video discrimen -ae nostri tribunatum (Phil. 13, 31). Evtr. 6, 25 Servilius -a. Plvt. Brut. 45 *Πόπλιος ... Κάσκας ὁ πρῶτος Καίσαρα πατάξας.* Appian. civ. 2, 113 *ubi falso Γάιον Κάσκαν traditur. hic enim commemoratur* Cass. Dio 44, 52, 2 *Γάιος ... τις Κάσκας δημαρχῶν καὶ ἰδών, ὅτι Κίννας ἐκ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο, ἐφοβήθη, μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ, ὅτι Πούπλιος Σερουίλιος Κάσκας ἔκ τε τῶν δημάρχων καὶ ἐκ τῶν σφαγέων ἦν κτλ.* *alii* Anth. 457, 1 occidere simul -ae, simul occubuere. 457, 6 et tumulus cinerem parvus utrumque tegit. *nomen ficticium*: Sil. 7, 648 mento armigeri -ae penetrabilis haesit harundo.

Cascandrus *insula in oceano inter mare Rubrum et Indiam sita.* Plin. nat. 6, 110 ab horum tractu (*sc. sinus Arabici et Persici*) Indiam versus -us deserta insula in oceano.

Cascantum *municipium iuris Latini in conventu Caesaraugustano, hodie* Cascante; *cf. Hübner, PW. III 1634. de nummis Hübner ibid.* Itin. Anton. Aug. p. 392, 2 Caesaraugusta, -o, Calagurra. Ptol. 2, 6, 66 *Κάσκοντον.* *incolae* **Cascantīnī**: Liv. frg. 22 in Bursuonum et -orum et Graccuritanorum fines. **Cascantēnsēs**: Plin. nat. 3, 24. Epist. pontif. 560 Thiel Hil. 16, 1 honoratorum et possessorum Turiassonensium, -ium. *cf.* Corp. II 4321 C. Granius Sabinus Casc(antensis) *vel* Casc(antinus).

Cascel(l)iānus *v.* Cascellius.

Cascellius (Cascelius), -a *nom. gent.; cf.* Casca, Cascius, Casconia, Cascus *et W. Schulze, Eigennamen p. 353.* *cf.* Varro ling. 9, 71 *p. 225, 6.* -us (A. -us A. f., *ut videtur, cf. l. 40*). *praediator*: Cic. Balb. 45 Q. Scaevola ille augur, cum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnumquam ad Furium et -um praediatores reiciebat (Val. Max. 8, 12 pr. 1). *huius filius, ut videtur,* A. -us A. f. Rom(ilia) iuris consultus (*cf. Jörs, PW. III 1634 sqq.*). Inscr. graec. VII 413, 13 *Αὖλος Κασκέλιος Αὔλου υἱὸς ὁ υἱός* (*pater igitur et ipse nominatus est* A. -us A. f.) *Ῥωμιλία* (*cf. Bormann, Festschrift für O. Hirschfeld p. 432*). Cic. Att. 15, 26, 4. Hor. ars 371 consultus iuris et actor causarum mediocris abest virtute diserti Messallae nec scit quantum -us Aulus (*cf.* Gloss. V 494, 4). Labeo dig. 32, 29 Val. Max. 6, 2, 12. Plin. nat. 8, 144 Vulcatium nobilem, qui -um ius civile docuit. Qvint. inst. 6, 87 Iavol. dig. 33, 6, 7 Pompon. dig. 1, 2, 2, 45 A. -us, Q. Mucius Volusii auditor (*cf. Jörs l. l.*) ... fuit autem quaestorius nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret. ex his Trebatius peritior -o, -us Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. -i scripta non extant nisi unus liber bene dictorum. Porph. Hor. ars 368 -us iuris consultus tunc optimus. Amm. 30, 4, 12 hi ut altius videantur iura callere, Trebatium locuntur et -um et Alfenum. Macr. sat. 2, 6, 1. M. -us *negotiator in provincia Asia*: Cic. ad Q. fr. 1, 2, 5. *chirurgus dentarius*: Mart. 7, 9, 1. 10, 56, 3 eximit aut reficit dentem -us aegrum. *in titulis*: Corp. VI 200, 1, 36 (*a. 70*) A. -us Daphnus *miles.* 200, 4, 19. 3510 Q. -us Q. f. Vol(tinia) Labeo praefect(us) fabrum (*cf. l. 71*). 4936 (*in columbario*) olla empta de -o. 6715 -a Asyla. 7457. 9589. 10239, 26. 10415 (= I 1041) A. -us A. l. Nicepor (*fortasse idem* 14475). 13814. 14473. 14474 Q. -us Felix qui et Iustus. 14476 Quinto -o Sereno patrono ... -us Megistus alumnus. 14477 -a (mul.) l. Erotis. 14478. 17749. 20624. XIV 777 (*Ostiae*). IX 1779 (*Beneventi*) M. -o Secundo patri -ae Edone matri M. -o Crescenti fratri M. -o Secundo f(ilio) M. -o Crescenti f(ilio) ... M. -o Secundo fil(io) ... M. -us Secundus fecit. X 2232 (*Puteolis*). 3463 (*Miseni*) C. -o Longino optioni (pentere) Victor(ia). Inscr. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. X) p. 114 n. 435. 436. 437. Corp. XI 1648 (*Florentiae*). 1965 (*Perusiae*; = Inscr. Corp. etrusc. I 3744) Thania Achonia Casceli. 1966 (= Inscr. Corp. etrusc. I 3742) C. -us Canthia. 1967 (= Inscr. Corp. etrusc. I 3743) Sex. Cascelius C. f. Leonia gnatus. 3247 (*Sutrii*) -a Arethusa. 3303 (*Fori Clodi, a. 18*), 7 Q. Cascell⟨i⟩o Labeone (*cf. l. 57*). Inscr. Notiz. degli scavi 1889 p. 8 (*a. 174*) L. -o L. fil. Volt(inia) Probo quinquennali ... decuriones et populus Foroclodienses. Corp. XII 2689. 3210 C. Cascelli Vol(tinia) Pompeiani praef(ecti) fabr(um) *eqs.* 4334 add. (*a. 43*). 4626 add. Inscr. Rev. épigr. 1901 n. 1444 Corp. XIII 8656 Inscr. Westd. Zeitschr. 1904 p. 188 Corp. III 12027^C (*in tessera*). Const. veteran. 101 p. 2328^64 extr. 6 A. -i Successi. Inscr. arch.-epigr. Östr. Mitt. 19, 234, 3. 19, 235 *Κασκέλλιος Ἀπρωνιανός.* Corp. VIII 477 L. -us L. f. Quir(ina) Rufus ... -i Saturninus et Rufus pat(ri) (*cf. 320*). *iidem fratres* 478 -a Maxima L. f. ... -i Saturninus et Rufus ... sorori. 3512. 15871. 18062 (= 3512). 18273 (*a. 150*). 23342 Casc⟨el⟩lia Sp. f. *scriptura* Cascelius *v. supra l. 40. 68. 69 et* Corp. VI 14472. 26599. 32915. VIII 15960 -us Saprit. *cognominis vice fungitur*: Corp. IX 3666 (*Marruvii*) ⟨...⟩ f. Ser(gia) -us ⟨procos. p⟩rovinc. Siciliae *eqs.* XI 1523

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Q. Domitio -o Crescenti Domitius Caricus fratri. *inde adi.* **Cascelliānus,** -a, -um: Varro ling. 9, 71 *cf. l. 6.* -um iudicium: Gaivs inst. 4, 166a si apud adversarium meum possessio est, quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, -o sive secutorio iudicio condemnatur. 4, 169. 170. *cogn.* Cascelliānus: Varro ling. 9, 71 quod plerique dicuntur, ut tres extremas syllabas habeant easdem, -i ⟨Caeciliani⟩ Aquiliani, animadvertant, unde oriuntur, nomina dissimilia Cas⟨c⟩ellius Caecilius Aquilius⟨...⟩. Corp. VI 3952 (*in monum. Liviae*) -a. 21137 (*periit*) Q. Laronius Q. l. Salvius Cascelianus Laronia Q. l. Nice.

Cascentus Martyrol. Hier. 13 kal. Mart.

Cascī *nomen vetus Latinorum, cf.* Enn. ann. 24 quam prisci casci populi tenuere Latini *et* prisci Latini. Serv. auct. Aen. 1, 6 Saufeius Latium dictum ait, quod ibi latuerant incolae, qui quoniam in cavis montium vel occultis caventes sibi a feris beluis vel a valentioribus vel a tempestatibus habitaverint, Cascei vocati sunt, quos posteri Aborigines cognominarunt, ... ex quibus Latinos etiam dictos. *cf.* cascus *appell. et nom. propr.*

Cascius, -a *nom. gent.; cf.* Casca, Cascellius *et W. Schulze, Eigennamen p. 353.* Corp. IX 495 (*Venusiae*) -a Capriola. *cogn.* Cascia: Corp. VI 16293 Cornelia -a.

Cascinivus *cogn. inferioris aetatis.* Inscr. Notiz. degli scavi 1890 p. 343 (*Concordiae*) Fl(avio) -o ducenario ex numero armaturarum.

Casconius, -a *nom. gent., cf.* Cascius. Corp. III 1986 (= 8572, *Salonis*) -ae Marcellinae Cl. f(iliae) matri ... -a Marcellina Cl. f(ilia) filia.

Casco *cogn.; cf.* Casca, Cascus. Inscr. Notiz. degli scavi 1896 p. 170 (*apud Paelignos*) L. Helvius T. f. -o.

Cascus *cogn.; cf.* cascus *appell. et* Casca, Cascius, Casci. Manil. carm. frg. 1 -um duxisse cascam non mirabile est. Cn. Pedius -us *cos. suff. a. 71:* Const. veteran. 9 p. 1959 extr. 18.

Casdeī *gens, cf.* Cased. Evcher. instr. 2 p. 151, 11 Chasdei (Isid. orig. 9, 2, 48 Casdei) nunc Chaldaei, vocantur a Caseth, filio Nachor. *i. q.* **Casdīm** (כַּשְׂדִּים) Hier. quaest. hebr. in gen. p. 35, 18 Caseth ..., a quo -im, id est Chaldaei, postea vocati sunt.

Casdenus *nom. illyr.; cf.* Casdiānus *et ad suffixum* Dasmenus, Dazomenus, Pladomenus (*W. Schulze, Eigennamen p. 45 c. adn. 2*). Corp. III 10793 (*in Pannonia sup., saec. III in.*) Leucena -i.

Casdiānus *cogn. illyr., cf.* Casdenus. Corp. V 4957 C. Pladicius C. f. Quir(ina) -us (duum)vir i(ure) d(icundo) Camunnis, aedil(is) quaest(or) praef(ectus) i(ure) d(icundo) Brix(iae) *eqs.*

Casdīm *v.* Casdei.

Caseberē(n)sis *nomen loci in provincia Belgica.* Corp. XIII 3534 locus Flavie(n)s(i)s e(t) -is.

Casebonus *nomen dei, cf.* Casses. Corp. III 8256 (*in confinio Thraciae et Moesiae sup.*) sancto -o sacrum pro salut(e) imp(eratoris) M. Antonini ⟨A⟩u⟨g.⟩. *contulit Bormann nomen castelli Thracici* Κασιβόνων Procop. de aedif. 4, 11 p. 306, 13 ed. Bonn.

Cased (כֶּשֶׂד) *filius Nachor et Melchae, cf.* Casdei. Vvlg. gen. 22, 22 (chased *cod. Amiat.*). Hier. quaest. hebr. in gen. p. 35, 1 Caseth. p. 35, 18 (*cf. l. 34*). nom. hebr. p. 4, 27 Chased quasi populantes. sunt autem Chaldaei. Lib. geneal. chron. I p. 171, 243 Canazat. Evcher. instr. 2 p. 151, 11 (Isid. orig. 9, 2, 48). *cf. l. 33.*

Caselea *nom. mul.* Corp. II 5248 (*in Lusitania*) Cadus Laroni f(ilius) Amoenae Cae⟨siae⟩ matri s(uae) ... et -ae Cae⟨siae⟩ f(iliae) s(uae).

?**Caselicius** *nom. gent.* Corp. IV 2473 (*periit*) P. -us Canus (*'vide ne in pariete fuerit* Casellius' *Zangemeister*).

Casellius *nom. gent.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 147.* M. -us Marcellus *aedilis Pompeianus*: Corp. IV 4999 M. -um Marcellum aedilem bonum et munerarium magnum. *et passim* (2352 M. Caseliu(m)).

?**Casennius** *nom. vir.* Corp. VI 14088 (*periit*) ⟨...⟩ -us.

Casentera *v.* Cassandra.

?**Casentium** *opp. Campaniae.* Lib. col. I p. 231, 14. II p. 255, 6. *secundum Mommsenum ex* Asetium *repetitum.*

Caserius, -a *nom. gent.; cf.* Casurius *et W. Schulze, Eigennamen p. 147.* Corp. XI 5463 (*Asisii*) -a C. l. Vrbana. 5662 (*Nuceriae Camellariae*) L. -us Spurius. *huc fortasse pertinet*: Corp. XIII 10010, 2842 of(ficina) -i, *nisi est cogn. celt.* Caserus.

Caseth *v.* Cased.

Casia 1 *v.* Casius. 2 *filia Iob,* קְצִיעָה, *i. q.* κασία: Vvlg. Iob 42, 14 vocavit ... nomen secundae filiae Cassiam (*ita codd.,* LXX Κασίαν, *cod. Alexandrin.* Κασσίαν). Greg. M. moral. 35, 17, 44 secunda *filia Iob* non incongrue -a nominatur. bene autem -a dicitur, quae in fronte sublimis vitae odore dilatatur.

?**Casianus,** -a *nom. gent.* Corp. XI 5089 (*Mevaniae, periit*) -a Cn. f. (*trad.* C. Asiana, Casiana *esse legendum coni. Muratori*). *v.* Cassianus.

?**Casiarēnsis** *figlina.* Corp. XV 4308 (*in titulo picto montis Testacei, a. 154*) fig(linae) -i (*aut* castaresi, cassaresi) ... Corduba.

Casiatis *nom. figuli.* Corp. XIII 10010, 470 (*a* Casiati; *b* Casiats).

Casidarius, -a *nom. gent.* Corp. VI 22884 C. -o. IX 4626 L. -i L. f. Clementis Pompullia Sp. f. Tertia uxsor. *cf.* Cassidarius.

Casidiān(us) *nom. servi.* Corp. XV 4032. *cf.* Capidianus.

Casidius, -a *nom. gent.; cf.* Casius, Casinius *al.* (*W. Schulze, Eigennamen p. 147*) *et* Cassidius. Corp. IX 2278 (*Telesiae*) Ca⟨s⟩idiae Quarta⟨e...⟩ C. -us Comes. 5384 (*in pago Ficiculano*) -ae Facultati. XI 5748 (*Sentini, a. 260*), 5 C. -o Rufino (*cf.* 5737 II 6) *quinquennali.* 5748, 28 -um Mart(i)alem. 5748, 29 -um Rufum. 5748, 30 -um Clementinum. 5748, 31 -um Iustissimum. 5749 (*a. 261*), 4 -c Severo. 5749, 31 -us Romulus. 5785 Pompulliae Myrtale C. -us Achilleus maritus et C. -us Festianus filius.

Casienus, -a *nom. gent., cf.* Casinius. Corp. IX 4142 (*apud Aequiculos*) L. -us A. f. Cla(udia) ... arbitratu Polae Runtiae L. f. uxoris, L. -i L. l. Eronis, L. -i L. l. Hilari. *cf.* 3578 (*in pago Ficiculano*).

Casignētus (κασίγνητος, *sed cf. etiam* Cassigne(a)tus *et* Casinetus) *nom. vir.* Corp. VI 34229 P. Aelio Adrasto f(ilio) et -o genero.

Casilīnum. 1 *opp. Campaniae ad viam Appiam cum Capua postea contributum. cf. Mommsen, Corp. X p. 369; Hülsen, PW. III 1651.* Cic. inv. 2, 171. Phil. 2, 102 tu autem, *Antoni*, insolentia elatus omni auspiciorum iure turbato -um coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres, ut aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti. Att. 16, 8, 1 veteranos, quiqui -i et Calatiae sunt. 16, 10, 1 Caes. civ. 3, 21, 5 Liv. 22, 13, 6. 22, 15, 3 *Fabius* Calliculam montem et -um occupat modicis praesidiis, quae urbs Vulturno flumine dirempta Falernum a Campano agro dividit. 23, 17, 10. 23, 20, 1 -um oppidum redditum Campanis est. 24, 14, 1 Q. Fabius ... ad -um temptandum ... venit. Fest. p. 233 Val. Max. 7, 6, 2. Plin. nat. 3, 70 sunt morientes Ca⟨si⟩lini reliquiae. 8, 222 Frontin. strat. 3, 14, 2. 3, 15, 2. Mar. Victorin. rhet. 2, 57 p. 304 Kasilinum. Vib. Seq. geogr. p. 147 *cf. infra.* Marcell. med. 26, 9 Not. Tir. 87, 83. Ravenn. p. 277, 16 Casilinon. Tab. Peut. 6, 3. Corp. X 3792, 6 -o. Strabo 5, 237. 249. 6, 283 Appian. civ. 2, 40. Plvt. Fab. 6 εἰς πόλιν Κασιλῖνον. Ptol. 3, 1, 59. *coniunctum cum praepositionibus*: a: Liv. 23, 14, 13. 23, 17, 9. 24, 19, 11 Vell. 2, 61, 1. ad: Liv. 22, 16, 4. 23, 17, 7.–23, 19, 11. 14. 24, 19, 1. circa: Liv. 30, 20, 9. inter: Liv. perioch. 22 inter -um oppidum *et* Calliculam montem. per: Liv. 22, 16, 5. 2 **Casilīnus** *fluvius* (Κασουλῖνος), *i. Volturnus*: Vib. Seq. geogr. p. 147 flumen -um, a quo oppidum. *cf. Mommsen l. l. adn., Hülsen ibid.* **Casilīnās,** -ātis *adi. et incola*: Cic. agr. 2, 66 ager ... -s. Val. Max. 7, 6, 2 -es obsidione Hannibalis clausos. *sed* Epist. pontif. Thiel Gelas 21 *sine dubio* Marcellianensis sive Consilinatis *urbis legendum est. cf.* Cosilinum. *incolae* **Casilīnēnsēs**: Cic. inv. 2, 171 necesse est -es se dedere Hannibali *eqs.* (Mar. Victorin. rhet. 2, 57 p. 304). **Casilīnus,** -a, -um *adi. et incolae*: Sil. 12, 426 -a ... reseraverat ... limina. Ps. Frontin. strat. 4, 20 -i ... inopiam perpessi sunt.

Casillus *nom. celt., ut videtur.* Corp. III 4743 (*in Norico*) Atitoni Attalonis et Lediae -i f(iliae) Atismerius. XIII 10010, 471 of. Casil(li?). 10011, 172 Casill⟨i⟩.

Casilo *v.* Claudius.

Casina (Κασίνη) *nomen ancillae in comoedia Plautina eiusdem nominis, cf. K. Schmidt, Hermes 37, 359.* Plavt. Cas. 96 *et passim.* Varro ling. 7, 104 Maccius in -a (106). Fest. *saepius* Gell. 1, 7 Porph. Hor. sat. 1, 6, 68 Gramm. *passim* Non. *passim.* Fvlg. serm. ant. 18 Cassina (19. 21). **Casinus** *iocose dictus ille vir, qui vestitum Casinae induit*: Plavt. Cas. 814 iam oboluit -us procul. *cf.* 988 *in cod. Ambros.*

Casīnās *cf.* Casinum.

Casineius, -a *nom. gent., cf.* Casinius *et W. Schulze, Eigennamen p. 147, 412.* Corp. IX 1714 (*Beneventi*) M. -o Paeto medico -a Artemisia coiux. 1780 -o Ianuario -a Rufina coniugi. 2094 Casineia⟨e⟩ Secunda⟨e⟩ ... Casin(eius) Pude(n)s coniugi. VIII 21095 (*saec. I ante medium*) M. -o Serpullo.

Casinerius, -a *nom. gent.; cf.* Casinius, Volanerius. Corp. XI 1924 (*Perusiae, a. 166*) P. -us Clemens IIvir.

Casinetus *cogn.* Corp. X 5227 (*Casini*) P. Caprilio -i lib(erto) et alumno -o (*cf.* Casignetus?).

Casiniānus, -a, -um *adi. derivatum a* Casinius. Tab. fund. Volceian. (Corp. X 407) 2, 8 f(undus) -us. *cf. l. 71.*

Casinius, -a *nom. gent., cf.* Casinianus *et W. Schulze, Eigennamen p. 147.* Corp. VI 2382 b 14 (*a. 177*) L. -us L. f. Pom(ptina) Legitimus Volsi(niis). 5220 (*in columbario*) -aes Primigeniaes. 16480. XV 435 C. -us Numidian(us) *figulus.* IX 3549 (*Furfone*) -ae P. f. Secundae. X 422 (*Volceis, 'titulus pessime descriptus aut adeo confictus'*) -a Tollusa. 8108 M. -o Firmo. 8114. *nom. gent. ab urbe Casino acceperunt, ut videtur, hi*: Corp. X 5187 (*Casini*) C. -o Fortunato mil(iti) coh(ortis) v vi(gilum). *idem* VI 1057 (*a. 205*), 6, 39. X 5293 -a Synerusa.

Casinomagus *statio Aquitaniae.* Tab. Peut. 2, 1 -o. *cf. etiam* Cassinomagus.

Casīnum *opp. Latii, tribu Teretina. cf. Hülsen, PW. III 1651 sq.; Nissen, Ital. Landesk. II p. 677.* Cass- *p. 227, 9. 26.* Cato agr. 135, 2. 3 funem torculum siquis faciet, -i C. Tunnius, Venafri C. Mennius L. f. Varro ling. 7, 29 *cascum vetus esse* ostendit quod oppidum vocatur -um. hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt et nostri etiam nunc Forum vetus appellant. rust. 3, 3, 9. 3, 4, 2 Varro *ornithonem* fecit ... sub -o (3, 5, 8. 9 sub oppido -o. Liv. 26, 9, 2). Cic. Phil. 2, 105 -o. Strabo 5, 237 Κασῖνον ... πόλις ἀξιόλογος ὑστάτη

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τῶν Λατίνων. Liv. 22, 13, 5. 23, 17, 7 a -o. 27, 23, 2 Colvm. 8, 16, 3 Plin. nat. 3, 63. 7, 36. Sil. 4, 227 nebulosi rura -i. Lib. col. I p. 232, 17 -um oppidum. Itin. Anton. Aug. p. 303, 5 -o. Obseq. 12. Corp. VI 2382 a 26 (*a. 174*) C. Paccius C. f. Ter(etina) Maximus Casin(o). X 5205 (*Casini*). 5417 (*Aquini*) Q. Ovio L. f. Ter(etina) Vrso IIvir(o) i(ure) d(icundo) -i. 5419 M. Rubrio Proculo Aug(ustali) -i cur(atori) an-n(onae) -i. XI 5278 (*Hispelli*) (duum)vir quinq(ennalis) in municipio suo Casíni. XIV 2827 municipii -i. Tab. Peut. 6, 2. Greg. M. dial. 2, 8 castrum ... quod Cassinum dicitur, in excelsi montis latere situm est *eqs.* 2, 35 in Cassinum castrum ... Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem ... transmitteret. *inde adi.* **Casīnās,** -ātis (*abl. sing.* Casinati: Varro rust. 2, 3, 10 Cic. agr. 3, 14. Casinate: Cato agr. 136 Plin. nat. 2, 227). Cato agr. 136 in agro -e (Varro frg. Macr. sat. 3, 16, 12 ager ... -s oleum *fert optimum.* Cic. agr. 3, 14 fundos, quos in agro -i optimos fructuosissimosque continuavit. Liv. 22, 13, 5. 26, 9, 1). Lvcil. 961 ὠμοτριβές oleum -s. Varro rust. 2, 3, 10 in Sallentinis et in -i ad centenas capras pascunt (*cf.* Plin. nat. 2, 227 in -e fluvius ... Scatebra. Plvt. Fab. 6 τοὺς ὁδηγοὺς ... ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασινάτον). Cic. Phil. 2, 103 M. Varronis ... fundum -em. Lib. pontif. p. 89, 26 territurio -e. *incola* Casīnās: Cic. Planc. 22 nemo -s *non Plancio studuit.* Corp. X 4860 (*Venafri*) colon⟨...⟩ ...-ium. 5183 (*Casini*) -bus. 5193 C. Fútius ⟨...pra⟩ef. ⟨C⟩asinat(ium) (5194). 5197 -es. 5200 universus populus coloniae -ium. 5207. 5796 (*Verulis, a. 197*) cur(atori) rei p(ublicae) col(oniae) -ium. *cogn.* **Casīnās,** -ātis: Corp. VI 14586 Catilia Lucina...-i patri. 14960 (*periit*) Ti. Cl(audio) Cassinati. *ethnicon* **Casīnēnsēs,** -ium: Tert. nat. 2, 8 quanti sunt qui norint visu vel auditu ... quos *deos* Varro ponit: -ium Delventinum *eqs.* *adi.* **Casīnus,** -a, -um: Sil. 12, 527 nymphis ... habitata -is rura evastantur. Lib. pontif. p. 84, 17 territuro -o. *cogn.*: Corp. V suppl. ital. 1078, 4 (*in amphora*) -i. *cf.* Casinius.

Casinus *cf.* Casina.

?**Casio** *nom. figuli.* Corp. XIII 10010, 2887 b. *cf.* 10010, 2885 c Casiu?

Casirī *gens Indiae septentrionalis, cf. Tomaschek, PW. III 1652.* Plin. nat. 6, 55 gentes ... Indorum -i introrsus ad Scythas versi — humanis corporibus vescuntur — *eqs. coniecerunt* Capiri *vel* Caspii *vel* Casii.

vallis Casis (עֵמֶק קְצִיץ) *urbs in tribu Beniamin.* Vvlg. Ios. 18, 21 (LXX Ἀμεκασίς, Itala Lugd. Amechasis). *cf.* Ameccasis *vol. I p. 1878, 71.*

Casitius *cogn. militis.* Corp. VI 32915 Cassius -us.

Casitto *cogn. barb.* Corp. VII 740 ⟨A⟩ur(elius) (*vel* V⟨l⟩p(ius)) -o (centurio) l⟨e⟩(gionis) ⟨VI vi⟩c(tricis).

Casivellaunus *v.* Cassivellaunus.

Casium (Κάσιον *vel* Κάσσιον) *urbs Aegypti, ad montem Casium sita cf.* 2. Casius. Vitr. 8, 3, 7 Paraetonio et ... -o ad Aegyptum lacus sunt palustres. Amm. 22, 16, 3 *oppidum* Cassium, ubi Pompei sepulcrum est Magni. Hier. in Is. 19, 18 p. 207 urbem Ostracinem intellegi volunt et ceteras iuxta Rhinocoruram et -um civitates, quas usque hodie in Aegypto lingua Chananitide, hoc est Syra loqui manifestum est: et putant e vicino Syros atque Arabas a Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos. Itin. Anton. Aug. p. 152, 2 Cassio. Tab. Peut. 9, 5 Cassio. Conc. Ephes. I a. 431 Mansi 5 p. 590ᴮ episcopus -ii. Ravenn. p. 356, 6 Cassion (Guid. p. 524, 8). p. 83, 9 Nassion. *fortasse alia urbs Aegypti*: Ravenn. p. 130, 8 Cassion.

1. Casius, -a *nom. gent.; cf.* Casidius, Casienus, Cassius *al., sed non dubito, quin pars exemplorum scripturam -s- pro -ss- praebeat.* Corp. XIV 4104 (= I² 2 n. 559, *in speculo Praenestino*) -a. VI 2891 M. -i Liberalis milit(is) coh(ortis) XI urban(ae). IV 1368 M. -us. XI 1999 (*Perusiae,* = Inscr. Corp. etrusc. I 3545) L. -us L. f. Scarpia natus. 2307 (= Inscr. Corp. etrusc. 2563, *Clusii*) -a Pedros lautnida. V 1080, 127. III 5357 (*in Norico, periit*) -a Quarta ... et Cas(ius) Ingenuus et Cas(ius) Restutianus. 13238 (*in Dalmatia*) -a Maxima. VIII 6063 (= 6122) -us Numidici f(ilius) Quintili(us)...Iulia Cornelia -a (Casta *legit Wilmanns*)...Iulia Septimina. 6207 -a Acuta. 8030 Casía Quinta. XIII 10025, 137 (*in vasculo vitreo*) Q. -i Nocturni. *cf.* VI 3282. XI 6700, 174. III 12011, 2. Casius *cogn. et nom. sing., cf.* 2. Casia. Corp. II 4970, 125 (*in vasculis*) *d* -us fe(cit) (*a* Cas.; *b* Casii *et al. cf.* XIII 10010, 469. 2935 f). III 14769¹ (*in Dalmatia*) Coeliae Kasiae lib(ertae) Coel(iae) Romulae. V 2450 Volumnia C. l. -a. VIII 24721 (*Carthagine*) -us Cais(aris) n(ostri) (servus). X 8173 (*Neapoli*) -us ergastular(ius). XIII 6310 (*in Germania superiore, saec. II vel III*) Va-l(erio) -o. *de Kasios in monetis Gallicis v. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 823.*

2. Casius (Κάσιος) *mons.* **a** *inter Aegyptum et Arabiam ad urbem* Casium. Mela 1, 61 Arabia ... qua -o monte attollitur. 3, 74 *Arabicus sinus* Aegyptum paene et montem Arabiae -um *attingit.* Lvcan. 8, 470. Plin. nat. 5, 65 Arabia ... Catabonum et Esbonitarum ... nec nisi -o monte nobilis. 5, 68 Herodotus -o monti *Sirbonem lacum* applicuit. 6, 167 ultra -um montem. Sol. 33, 3 monte Cassio. 34, 1. Hier. in Dan. 11, 21 p. 713 inter Pelusium et montem -um proelium commisissent Antiochus Epiphanes et Ptolemaeus Philometor. Prisc. perihег. 119 litora ... praecipitis -ii montis. *om.* mons: Prisc. periheg. 244 post urbs sub -o Pelusi vergit ad ortus. *adiect.*: Lvcan. 8, 539 qua tellus -is excurrit harenis. 10, 434 Lucifer a -a prospexit rupe (*cf. l. 17*). Avien. orb. terr. 166 -ae ... confinia cautis. **b** *Syriae septentrionalis.* Plin. nat. 5, 80 super *Seleuciam Pieriam* mons eodem quo alius nomine -us, cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit, brevi circumactu corporis diem noctemque pariter ostendens. 12, 124 -um Seleuciae montem. Sol. 36, 1 Cassius mons. 36, 3 talis e Cassio specula est, ut lucem prius videas quam auspicetur dies. Spart. Hadr. 14, 3. Avien. ora 1043 piniferas -ii ... arces. 1059 ab zephyro -us mons imminet. Amm. 14, 8, 10 Orontes ... imos ... pedes -i montis illius celsi praetermeans. Serv. ecl. 10, 18 Adonis ... profugit in montis -i silvas. Mart. Cap. 6, 680. Vib. Seq. geogr. p. 150 Orontes Syriae ex monte -o. Ivl. Hon. cosmogr. A 4 Cosmogr. 1, 4. Prisc. periheg. 822 nam -i montis qua prominet ora per aequor. 840. *om.* mons: Licent. carm. ad Aug. 66 vasti deserta cacumina Cassi, quīs Epidaphnaeas aequat sibi Cassia rupes (*sc. Aegypti, his versibus prima syllaba longa est*). **c** *Hispaniae.* Avien. ora 259 -us inde mons tumet: et Graia ab ipsa lingua cassiterum prius stannum vocavit.

3. Casius (Κάσιος) *cogn. Iovis in Casiis montibus et Arabiae et Syriae et in insula Corcyra culti; cf. Steuding, Roschers Lexikon p. 1, 855.* Lact. inst. 1, 22, 23 Iovi -o. *in monte Arabiae*: Lvcan. 8, 858 -o ... Iovi. Plin. nat. 5, 68 a Pelusio Chabriae castra, -us mons, delubrum Iovis -ii, tumulus Magni Pompei. *in monte Syriae commemoratur cultus Iovis*: Amm. 22, 14, 4. *de Corcyra testimonia haec*: Plin. nat. 4, 52 Corcyra ... cum oppido Cassiope temploque Cassi (*ita codd. mell.*) Iovis. Svet. Nero 22 ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Iovis Cassii (*ita codd.*) cantare auspicatur. *sed in titulis*: Corp. III 576 (*Corcyrae*) P. Hetereius Rufio Iovi Casio sac(rum). 577 (*cf.* p. 989) M. Valerius Corvin⟨i⟩ l. Iorico Iovi Casio v. s. *praeterea*: Corp. XIII 7330 (*in Germania superiore*) deo Casio Ovinius.

Casleu (כִּסְלֵו) *mensis nonus Hebraeorum.* Vvlg. II Esdr. 1, 1 in mense -u (LXX Χασελεῦ, *Amiat.* Chesleu). Zach. 7, 1 (*Amiat.* Caseleu) I Macc. 1, 57. 4, 52. 59 statuit Iudas ..., ut agatur dies dedicationis altaris ... a quinta et vigesima die mensis -eu. II Macc. 1, 9. 18. 10, 5. Evcher. instr. 2 p. 153, 13 Caseleu in Zacharia propheta November qui et nonus (*cf.* Gloss. V 214, 23 *et* 271, 21 Caseleo mensis Novembris. 176, 4 Casleu).

Casluim *v.* Chasluim. **Casmēnae** *v.* Camenae.

Casmilla *mater Camillae.* Verg. Aen. 11, 543 *v. p. 121, 11.*

Casmilus *deus Samothracae.* Varro ling. 7, 34. *cf. p. 122, 27 et Samter, PW. III 1652.*

Casmonātēs, -ium *populus Ligurum transalpinus*: Plin. nat. 3, 47.

Casnasius, -a *nom. gent.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 144 adn. 1 et 412 et* Casnius, Casinius, Casinianus *al.* Corp. IX 3518 (*Furfone*) -a (*'fortasse* Casnásia *cum apice' Dressel*) Q. l. Rufa. -a (mul.) l. Sperat(a).

Casnius, -a *nom. gent.; cf. etrusc.* caznei: Corp. inscr. etrusc. I 368 *sq.*, casni 3988 *sq. et al. et W. Schulze, Eigennamen p. 147.* Corp. XI 6695, 40 (*in amphora*).

Caso *praen.* Inscr. Cantovii (Conway, the Italic dialects I p. 294) -o Cantovios Aprufclano(s). *cf.* Casulo, Casurius *al., nom. etrusc.* casuntinial Corp. inscr. etrusc. I 4203, casntinial 3688, Casuentini Interamnates *p. 252, 35.* *cogn.* Corp. II 6348, 3 (*in lucerna Ilicitana*).

?**Casoanna** *nom. barb., sine dubio male lectum.* Corp. VIII 16042 (*in prov. procos.*) L. -a (*vel* Casonana) Cresces.

Casonius, -a *nom. gent.; cf.* Cassonius, Casinius, Casnius *et W. Schulze, Eigennamen p. 147.* Corp. X 2233 (*Puteolis*) -a Q. l. Servia. XI 6414 (*Pisauri, periit*) -us -ae uxori. *sed cf.* 6415. *nomen episcopi*: Conc. Ilerd. a. 524 Mansi 8, 615ᴱ.

Casonum *v.* Cosanum.

Casos (Κάσος) *insula maris Aegei meridiani.* Plin. nat. 4, 70 -os quae Astrabe *antea appellata est.* 4, 71 a Carpatho -um ..., a -o Samonium. 5, 133 Rhodiorum insulae Carpathos ... -os Achne olim *appellata.*

Casontonius, -a, -um *adi., ut videtur* Inscr. Cantovii (Conway, the Italic dialects I p. 294) *aut* menurbid Casontonia, *i. 'monitu Casontonio', aut, quod minus probabile,* en urbid Casontonia. *cf.* Caso, Casuentini *al. l. 53.*

Caspaliāna *nomen fundi in Numidia.* Avg. civ. 22, 8 sanctimonialis quaedam in vicina possessione, quae -a dicitur, cum aegritudine laboraret.

Caspar *unus ex tribus magis, qui coluerunt Christum infantem.* Corp. XI 281 (*Ravennae*).

Caspasum flumen *Scythiae.* Plin. nat. 6, 51 nobilia apud *Scythas* flumina Mandragaeum et Caspasum. *cf. Tomaschek, PW. III 1653.*

Caspennius, -a *nom. gent.; cf.* Caspius *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 270.* Corp. VI 32520 a III 7 (= 2379, *a. 144*) L. -us Ferox Volaterr(is).

Caspera *opp. Persidis.* Ravenn. p. 71, 3.

Casperia *opp. Sabinorum; cf. Hülsen, PW. III 1653.* Verg. Aen. 7, 714 qui ... -am ... colunt Forulosque et flumen Himellae (Serv. -a et Foruli civitates sunt). Sil. 8, 415 Bactris nomina du-

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cens -a (*ita Col.*, Casperula *Sang.*). *cf. l. 38.* VIB. SEQ. geogr. p. 148 Himella *fluvius* Sabinorum prope -am urbem.

Casperius, -a *nom. gent.; cf. etrusc.* caspre, Caspius, Caspennius *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 270.* -us *centurio*: TAC. ann. 12, 45 castellum Gorneas, tutum ... praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio -us praeerant. 15, 5 -us centurio in ... legationem *ad Vologesen* delectus. *cf. Groag, PW. III 1653. fortasse idem*: TAC. hist. 3, 73 -us Niger *vir militaris. cf. Groag, PW. III 1654.* -us Aelianus *praefectus praetorio sub Domitiano et Nerva, occisus iussu Traiani*: VIR. ill. 12, 8 -o. PHILOSTR. vit. Apoll. 7, 16. CASS. DIO 68, 1, 3 Αἰλιανὸς ... Κασπέριος ἄρχων καὶ ὑπὸ Νέρωνα, καθάπερ ὑπὸ τοῦ Δομιτιανοῦ, τῶν δορυφόρων γενόμενος *eqs. cf. Groag, PW. III 1653. fortasse idem*: CORP. III 6976 (*in Ponto*) L. -us (Κασπέριος) Aelianus Apolloni. -us Aemilianus *et* -us Agrippinus *cum multis aliis nobilibus iussu Severi occisi*: SPART. Sept. Sev. 13, 3. -a, *uxor Rhoeti, regis Marruviorum, noverca Anchemoli, qui eam stupravit*: SERV. Aen. 10, 388 *secundum Alexandrum Polyhistorem et Avienum. v. etiam Rossbach, PW. I 2102 sub* Anchemolos. *in titulis*: CORP. VI 592. 1057, 2, 104 (*a. 210*) C. Casper(ius) December (*idem* 1058, 1, 18). 13122 -ae Zosime. 14479 L. -i Carici. 14480. 14481. 14482 -ae Passarinae libertae. 29736 -a Rufina (*eadem* 29737). XIV 2336 (*in agro Albano*) L. -i L. f. Pal(atina) Fauni L. -us Abascantus et -a Aeliane parentes filio . . . item Abascantus L. Casperi<o> Candidi Aeliani f(ilio) l(iberto?) Pal(atina) Extricato et -ae Aeline fil(iae) eius suae coniugi . . . et L. -o L. f. Pal(atina) Fab(ia) Latino f(ilio) . . . et Casp(eriae) Zotice l(ibertae). 2337. 2338 dis manibus -ae Fide . . . et L. -i Repetiti . . . -i (*plur.*) Hermes et Septima filis. XI 2552 (*Clusii*) -ae Iulianeti. *deriv.* **Casperiānus:** INSCR. graec. Rom. Cagnat I 102 Α. Κορνηλίου Κασπεριανοῦ πρειμοπ(ίλου).

Caspertius, -a *nom. gent.; cf.* Casperius *et W. Schulze, Eigennamen p. 270.* CORP. XI 6082 (*Vrvino Mataurense*) -a T. f. T. -o Sal. f., -ae.

Casperulī *nomen Sabinorum, cf.* Casperia *p. 228, 82 et supra l. 1.* SERV. auct. Aen. 8, 638 Sabini ... originem ducunt ut Hyginus ait, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit et expulsis Siculis tenuit loca, quae Sabini habent: nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare coepisse, qui corrupte -i (Casperin *F*) dicti sunt.

Casphin *urbs Iudaeae.* VVLG. II Macc. 12, 13 aggressus est *Iuda* et civitatem quandam firmam pontibus murisque circumsaeptam, quae a turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen -in (Κάσπιν).

Casphor *v.* Casbon. **Caspiadae** *v.* Caspius.

Caspiae *v.* Caspius.

Caspiāna *fundus in Lusitania; cf.* Caspianus, Caspius. VITAE patr. Emerit. 2, 7, 17 (Act. Sanct. 1. nov. I p. 325^D) ad locum, quo -a vocabulum est, quod ab Emereta urbe milibus sexdecim distat.

Caspidus *nom. gent.; cf.* Caspius, Caspianus *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 270.* INSCR. graec. 12, 2, 358 Πόπλις Κάσπιδς (Σ)τάτις.

Caspilānus, -a *nom. gent.; cf.* Caspius *et W. Schulze, Eigennamen p. 112. 270. 554.* CORP. IX 846 (*Luceriae*) M. -o. M. l. Marcello.

Caspingium *statio Batavorum inter Lugudunum Batavorum et Noviomagum.* TAB. Peut. 2, 2 -o. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 823; Ihm, PW. III 1654.*

Caspirī *cogn. partis Persarum l. 38. idem, ut videtur, nominantur*: TAB. Peut. 12, 4 Caspyre.

Caspis *v.* Caspius.

1. Caspius (Κάσπιος) -a, -um. mare -um: HOR. carm. 2, 9, 1 non semper ... mare -um vexant inaequales procellae. SEN. Tro. 1105 -um tangens mare gens iuris expers. nat. 3, 29, 8 -um et Rubrum mare. CVRT. 2, 6, 8. 6, 4, 18 mare -um dulcius ceteris ingentis magnitudinis serpentes alit ... quidam -um, quidam Hyrcanium appellant (*cf.* MELA 3, 38 mare -um ut angusto ita longo etiam freto primum terras quasi fluvius irrumpit, atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur; contra os ipsum in Hyrcanium, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum quem proprie totius nomine -um appellant; omne atrox saevum sine portibus, procellis undique expositum, ac beluis magis quam cetera refertum et ideo minus navigabile. SOL. 38, 11 Taurus mons ... intercluditur ... sinu -o vel Hyrcano. *distinguuntur* mare -um *et* Hyrcanium: CVRT. 7, 3, 21 MELA 3, 38. 39 PLIN. nat. 1, 15 ind. auctor. 5, 97. 100. 6, 15. 35. 58 APVL. mund. 6 SOL. 23, 17 AVIEN. orb. terr. 85. ora 399 Hyrcana rursus unda, -um mare. *cf. p. 230, 54.* PRISC. periheg. 59. MELA 1, 9 *Asia ex Oceano Scythico mare* -um recipit. PLIN. nat. 2, 167 *pars Oceani* vergens in -um mare pernavigata est Macedonum armis Seleuco atque Antiocho regnantibus ... et circa -um multa Oceani litora explorata. 6, 17 Thalos ..., qui ab oriente -ii maris fauces attingerent. 6, 27 ad confinium -ii maris. 6, 28 ab laeva eius regio Medorum est ad prospectum -ii maris. ex oceano hoc, ut suo loco dicemus, infunditur, totumque Caucasiis montibus cingitur. 6, 31. 36 irrumpit e Scythico oceano *mare* in aversa Asiae, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus -um et Hyrcanium. 6, 37 Agrippa -um mare gentesque, quae circa sunt et cum his Armeniam determinatas ab oriente oceano Serico, ab occidente Caucasi iugis, a meridie Tauri, a septentrione oceano Scythico, patere *eqs.* prodidit ... irrumpit autem artis faucibus *mare* et in longitudinem spatiosis atque ubi coepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus ... sicilis, ut auctor est M. Varro, similitudine. 6, 39 a Cyro -um mare vocari incipit. 6, 51 haustum *maris* -ii dulcem esse et Alexander Magnus prodidit et M. Varro, talem perlatum Pompeio iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haut dubie influentium amnium victo sale. adicit idem Pompei ductu exploratum in Bactros septem diebus ex India perveniri ad Bactrum flumen, quod in Oxum fluat, et ex eo per -um in Cyrum subvectos *eqs.* 6, 216 ab introitu -ii maris. 6, 218 altera -ii maris ora. IVST. 42, 2, 9 usque mare -um. AMPEL. 7, 1 IVL. VAL. 3, 52. SOL. 15, 18 -ii maris fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt aestibus. 17, 3 gens Amazonum porrecta ad -um mare. 50, 1 IVL. VAL. 3, 52 AMM. 22, 8, 27. 23, 6, 26 per harenosas angustias, quae a rubro prohibent -um mare. 23, 6, 69 Alexandria ... naviganti ad -um mare quingenta stadia numerantur et mille. HIER. chron. a. Abr. 1658 Ochus apodasmo Iudaeorum capta in Hyrcaniam accolas translatos iuxta mare -um collocavit. MACR. somn. 2, 9, 17 -umque mare unde oriatur invenies, licet non ignorem esse nonnullos, qui ei de Oceano ingressum negent. MART. CAP. 6, 619 ab ... Indico mari pars *Oceani*, quae pergit in -um mare, a Macedonum classibus remigata. 6, 665 -um mare, quod in confinio ortus aestivi Scythicum perrumpit Oceanum. OROS. hist. 1, 2, 36 inter Albanos, qui sunt ad mare -um. 1, 2, 47. 1, 2, 48 mare -um sub Aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque circa oceanum litora et loca deserta incultaque habentur. inde meridiem versus per longas angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. 1, 2, 49. 3, 7, 6. DIVISIO orb. 18 COSMOGR. 1, 37 IVL. HON. cosmogr. A 7. A 28 IORD. Get. 30. 31 Scythia ... habet ab oriente Seres, in ipso sui principio litus -ii maris commanentes. 45. 54 mons Caucasus opinatissima flumina in. -um mare profundens. GLOSS. III 246, 14 -um mare ἡ Κασπία θάλασσα. OV. Pont. 1, 8, 13 -os Aegisos. MANIL. 4, 649 namque inter borean ortumque aestate nitentem in longum angusto penetrabilis aequore fluctus pervenit et patulis tum demum funditur arvis, -a . . . Euxini similis facit aequora ponti (PLIN. nat. 5, 97. AVIEN. orb. terr. 941 -a tot late circumdant aequora gentes. PRISC. periheg. 30 lingua ..., -a quam mediam faciunt atque aequora ponti Euxini). PRISC. periheg. 683 fluctibus ... persaevit -us aestus, undique quem tereti concludit margine tellus. SIDON. carm. 2, 445 depopuletur ovans Artaxata -a consul. LVCAN. 8, 222 peterem cum -a claustra (8, 291 -a . . . immensos seducunt claustra recessus. VAL. FL. 5, 124. AVIEN. orb. terr. 1228 Medica se tantos effundit glaeba per agros, -a ut extento contingat caespite claustra. 1264. CLAVD. carm. min. 5, 28 per -a claustra. PRISC. periheg. 954 sub colles imos habitant post -a claustra ... Parthi. 963 Persis ... advergens austros post -a claustra. *cf.* TAC. hist. 1, 6 Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum [*sc.* portarum] . . . revocaverat. *cf. p. 231, 51*). CLAVD. 8, 607 Liber agit currus et -a flectit eburnis colla iugis. CVRT. 7, 3, 19 -um fretum (AVIEN. orb. terr. 41 -a ... freta. 90 -a conversus procul in freta. 928 Oxus ... -a propellit fluctu freta). PLIN. nat. 37, 115 *iaspis* -a. SEN. Thy. 374 qui -a fortibus recludunt iuga Sarmatis. AMM. 23, 5, 16 Pompeius ... vidit -os lacus (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 906^B Hyrcanium -umque lacum quidam in semetipsos circumscriptos esse pronuntiant *eqs.*). STAT. Theb. 572 Hyrcana leo -us umbra nudus ... captat ... segne pecus. STAT. Theb. 8, 290 -a limina. PLIN. nat. 6, 112 regna Parthorum ... incipiunt a confinio Armeniae -iisque litoribus (AMM. 23, 6, 43 per -a litora ad usque portarum angustias. SOL. 23, 17 oras ... extimas Oceanus amplectitur, qui a litoribus suis ... Sericus Hyrcanus -us ... dicitur. 55, 1 -o litore. PRISC. periheg. 672 -a ponti litora. 677 Euxinum dirimens et -a litora. 734). PLIN. nat. 5, 99 Taurus mons . . . dextra Hyrcanius, -us . . . appellatus (AMM. 23, 6, 74 mare praetentum a -iis montibus per borium latus. SOL. 38, 12. OROS. hist. 1, 2, 50 sub mari et monte -o. RAVENN. p. 115, 16). MELA 1, 109 montes ... in -um pelagus obversi Cerauni dicuntur. PRISC. periheg. 734 -us his populis lustratur pontus et oris. PLIN. nat. 1, 6, 17 portae -ae (5, 99 Taurus *numerosis nominibus insignis*, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quae aliubi Armeniae, aliubi -ae, aliubi Ciliciae vocantur. 6, 30 *ab Sodiis* sunt portae Caucasiae, magno errore multis -ae dictae *eqs.* 6, 39 a Cyro -um mare vocari incipit. accolunt Caspii. corrigendus est in hoc loco error multorum. . . . namque hi -as appellavere portas Hiberiae, quas Caucasias diximus vocari, situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent. et Neronis principis comminatio ad -as portas tendere dicebatur, cum peteret illas quae per Hiberiam in Sarmatas tendunt, vix ullo propter oppositos montes aditu ad -um mare. sunt autem aliae -iis gentibus iunctae, quod dignosci non potest nisi comitatu rerum Alexandri Magni. 6, 44 Pratitae παρ' ὁδόν appellati, qui tenent -as portas. 6, 61 a portis -iis. 6, 77. 214. 31, 75 summa fluminum densantur in salem amne reliquo veluti sub gelu fluente, ut apud portas -as, quae salis flumina appellantur. SVET. Nero 19 parabat ... ad -as portas expeditionem. SOL. 47, 1 IVL. VAL. 2, 30. 31. 3, 17. EPIST. Alex. p. 193. 220 *a castello*, quod Indi accolunt . . . , nos . . .

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caucōnēs (*Καύκωνες*) *gens Asiae.* IVL. VAL. 1, 1 Nectabano nuntiatum est ... multas adversus eum gentes ... consurrexisse, scilicet ... Seres atque -es, Hiberos, Agriophagos, Eunomitas et quaecumque sunt orientis barbarae gentes.

Caucus *v.* Chaucus. **Caucusī** *v.* Caucasiī.

Cauda, -ae. 1 *nom. mul.*: INSCR. Revue épigr. V 1905 p. 145 n. 1606 dis manibus monimentum -ae Sabelli filia (*sic*). 2 *cf.* Caudos.

Appeninus Areliascus et **Caudalascus** *mons agri Veleiatis. nomen Ligusticum, ut videtur.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 5, 20 fund(um) Vorminianum Precele cum iure Appenini Areliasci et -i et communionibus, qui est in Veleiate et in Libarnensi pag(is) Domitio Eboreo.

Caudellēnsēs *incolae, ut videtur, vici Galliae Narbonensis prope Aptam Iuliam (ubi titulus inventus est) siti, qui hodie* Cadenet *nominatur; cf. Ihm, PW. III 1802.* CORP. XII 1064 Dexivae et -bus C. Helvius Primus.

Caudellius, -a *nom. gent.; cf.* Caudius *et W. Schulze, Eigennamen p. 148.* CORP. VI 14609 M. -o M. l. Heraeo ... M. -o M. l. Philer⟨oti⟩ ... -ae M. l. Hilarae ... M. -us M. l. Nicasi⟨o⟩. 14610.

Caudentius *v.* Gaudentius.

Caudex *cogn. Appi Claudi, consulis a. 490/264.* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 490 (Corp. I[2] p. 22). SEN. dial. 10, 13, 4 Claudius is fuit, *qui Romanis primum persuasit navem conscendere*, -x ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocatur, unde publicae tabulae codices dicuntur, et naves nunc quoque ex antiqua consuetudine, quae commeatus per Tiberim subvehunt, codicariae vocantur. SVET. Tib. 1, 2 GELL. 17, 21, 40.

Caudia *v.* Caudius.

Caudiacae *fundus, cf.* Caudius (*W. Schulze, Eigennamen p. 14*).

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tab. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 6, 25 fund(um) -as ... in Veleiate pag(o) Statiello.

Caudile, -ēs *cogn. mul. incertae originis.* Corp. VI 17083 Claudiae -es.

Caudilia *nom. mul.* Martyrol. Hier. 3 non. Sept. *cf.* Caudius.

Caudīna *v.* Caudinus.

Caudium *municipium tribu Falerna et statio in finibus Caudinorum, ad viam Appiam sita; cf. Nissen, Ital. Landesk. II 807 sq.; Hülsen, PW. III 1804.* Cic. off. 3, 109 cum male pugnatum apud -um esset. Hor. sat. 1, 5, 51 hinc nos Coccei recipit plenissima villa, quae super est -i cauponas (Porph. *ad l.* a Capua profectos in Coccei Nervae villa[m] mansisse se indicat, quae est super tabernas -i oppidi. Schol. *ad l.* -um civitas Samnii ... non longe autem est a Benevento. locus est, qui sic appellatur: ʻad tabernas C[l]audi'; alii oppidum volunt, alii tabernas). Liv. 9, 2, 1 circa -um castra ... locat. 9, 8, 14 omnia Samnitibus, qualia apud -um fuissent, restituerentur. 9, 9, 10 nihil ad -um ... humanis consiliis gestum est. 9, 10, 2 *consules* -um ducendi. 9, 10, 6 ductus ... ad -um exercitus. 9, 11, 13 ab -o in castra Romana ... redierunt. 9, 14, 10 non haec furculas nec -um nec saltus invios esse. 9, 15, 7 armis ..., quae ad -um amissa erant. 9, 19, 9 Romanum, quem -um, quem Cannae non fregerunt, quae fregisset acies? 9, 27, 1 Samnites ... ad -um revocavit. Lib. col. I grom. p. 232 -um, oppidum ... a Caesare Augusto coloniae Beneventanae cum territorio suo est adiudicata. ager eius veteranis fuerat assignatus, postea mensuratus limitibus est censitus. Fronto p. 272 N. apud -um. Gell. 17, 21, 36 consules ... apud -um circumvallati. Evtr. 10, 17, 2 legiones ... apud -um per Pontium Telesinum ... sub iugum missae sunt. Itin. Anton. Aug. p. 111, 9 Caudis. Itin. Burdig. p. 610, 12 civitas et mansio C[l]audiis. Tab. Peut. 6, 4 -o. Cosmogr. 1, 19, 111 -i. Ravenn. p. 276, 8 Gaudium. Corp. VI 478 T. Livius T. f. Fal(erna) Successus -i mil(es) cho(rtis) I pr(aetoriae). 3884 I 34 (*a. 197*) C. Sestius C. f. Fal(erna) Secundus Caud⟨...⟩. IX 2168 M. Cluvius M. f. Fal(erna) -i Priscus mil(es) co(ho)r(tis) III pr(aetoriae). X 1572 (= I 1236, *Puteolis*) ⟨N.⟩ Cluvius M'. f. (quattuor)vir ⟨C⟩audi. Strabo 6, 3, 7. Appian. Samn. 4 *ἐκ τοῦ Καυδίου.* 5 *ὁ πατὴρ τοῦ Ποντίου ... ἐς τὸ Καύδιον ἀπήλαυνεν.* Ptol. 3, 1, 58. *inde deriv.* **Caudīnī** *gens Samnitium, cuius caput Caudium est; v. Hülsen, PW. III 1803; Nissen, Ital. Landesk. I 529.* Liv. 23, 41, 13 Marcellus ab Nola ... crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites -os fecit. 24, 20, 4 -us Samnis gravius devastatus. Vell. 2, 1, 5. *incolae municipii* Plin. nat. 3, 105. Corp. IX 2165 (*Caudii*) in territorio ... quod cingit etiam -orum civitatem.

Caudīnus, -a, -um *adi.* **1** *adi. pertinens ad cladem -am:* Liv. 9, 16, 2 post -am cladem (9, 36, 1 omnibus cladis -ae nondum memoria aboleverat. 35, 11, 3 -ae ... cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversabatur. Frontin. strat. 1, 5, 16. Tac. ann. 15, 13 provisis exemplis ⟨cladis⟩ -ae Numantinaeque). Colvm. 10, 132 quae pariunt ... -is faucibus horti (Sil. 8, 565 qui *Samnites* -is faucibus haerent). Flor. epit. 2, 18, 7 non minus Numantini quam -i illius foederis flagrans ignominia ... populus Romanus. Liv. 9, 2, 6 duae ad Luceriam ferebant viae, altera praeter oram superi maris ..., altera per furculas -as brevior. sed ita natus locus est: *deinde describitur (cf. Hülsen, PW. III 1802 sqq. et v.* Liv. 9, 3, 6. 9, 11, 3 sponsionis ad furculas -as factae. 9, 38, 4 cladis ... imaginem furculas -as memorabant. 22, 14, 12 ad furculas -as ab Samnite hoste sub iugum missi sunt. 25, 6, 10. Arnob. nat. 4, 4 apud furculas -as decus publicum subiugatum est. Flor. epit. 1, 16, 9 maxime ... nota et illustris aput -as furculas ... clades ... accepta est. Ampel. 28 Avg. civ. 3, 17. Oros. hist. 3, 15, 2 -as furculas satis celebres et famosas insignis Romanorum fecit infamia. 5, 7, 1 Iord. Rom. 145. *cf.* Ps. Plvt. parall. 3 *φορκούλας Καυδίνας, quod pro φορκοῦντας κλανδίνας Holsten restituit*). Val. Max. 7, 2 ext. 17 legionibus Romanis apud furcas -as inclusis (Liv. perioch. 15, 11 Amm. 25, 9, 11. Val. Max. 5, 1 ext. 5 exercitum ... apud -as furcas sub iugum ... missum. Lvcan. 2, 138 Romanaque Samnis ultra -as speravit volnera furcas). Qvint. inst. 3, 8, 3 foedus Numantinum iugumque -um. Liv. 9, 12, 9 adversus -as legiones (25, 6, 12). 9, 5, 1 non, ut vulgo credunt Claudiusque etiam scribit, foedere pax -a, sed per sponsionem facta est (9, 7, 4 -ae ... pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristiorem memoriam fore. 9, 8, 1 post -am pacem animi mutaverant. 9, 38, 15 Faucia curia ... duabus insignis cladibus, captae urbis et -ae pacis, quod utroque anno eiusdem curiae fuerat principium). Cic. Cato 41 -o proelio. Gratt. 509 -i saxa Taburni. **2** *adi. et incolarum vocabulum pertinens ad oppidum* Caudium (*v. etiam* Caudini): Conc. Rom. a. 499 p. 400, 33 Felicissimo -o. p. 408, 38 episcopus ecclesiae -ae. **Caudīnus,** -a *cogn. exempla posterioris aetatis derivari possunt a* Caudius. L. Cornelius Ti. f. Ser. n. Lentulus -us *consul 479/275. cf. Münzer, PW. IV 1377. cogn.* -us *supplendum esse videtur* Act. triumph. Capitol. a. u. c. 479 (Corp. I^2 p. 46). *cuius filius maior natu:* L. Cornelius L. f. Ti. n. Lentul(us) Caudin(us). Fast. cos. Capitol. a. 517/237 (Corp. I^2 138). *cf. Münzer ibid. filius minor natu:* P. Cornelius L. f. Ti. n. Lentul(us) Caudín(us). Fast. cos. Capitol. a. 518/236 (Corp I^2 138). *cf. Münzer ibid. alius fortasse filius:* L. Cornelius -us *aedilis curulis a. 545/209.* Liv. 27, 21, 9 (*praenomen deest in Puteano*). *fortasse idem* Liv. 26, 48, 9 *Scipio* P. Cornelium -um *recuperatorem cum C. Laelio et M. Sempronio fecit. cf. Münzer, PW. IV 1378.* Cic. Cluent. 107 qualis vir M. Iuventius Pedo fuit? ... qualis C. -us? qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente re publica floruerunt. ... quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Corp. VI 8127 (*in monumento Abucciorum*) Abucciae -ae. X 6320 (*Tarracinae*). VIII 7282 C. Claudius -us. *nomen ficticium* Sil. 17, 441. *nom. gent.* (*utrum ad* Caudium *an ad* Caudius *pertineat, dubium est*) Corp. VI 14611 -ae L. f. Priscae.

Caudius, -a *nom. gent.; cf.* Caudium, Caudinus, Caudellius *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 148. 560.* Corp. IV suppl. 35, 21 Ti. -i Secun(di) (*sed editor dubitat num sit* C⟨l⟩audi). IX 5057 (*in agro Hadriano, litteris antiquioribus*) P. -o P. f. ⟨...⟩. X 2246 (*Puteolis*) C. -o C. l(iberto) Tr⟨...⟩ -a C. l. Philumina pat⟨rono⟩.

Caudos *insula parva ante meridianam oram Cretae sita.* Mela 2, 114 -os. Plin. nat. 4, 61 contra Hierapytnam *sitae sunt insulae* Chrysa, Gaudos. Vvlg. act. 27, 16 in insulam ... quandam decurrentes, quae vocatur Cauda (*nonn. codd.* Clauda; *graece Κλαῦδα*; Ptol. 3, 15, 9 *Κλαῦδος νῆσος, ἐν ᾗ πόλις*). Itala cod. g: caudae. cod. s: cauda. cod. c: caude. Hier. nom. hebr. p. 68, 9 Cauden recursum aut retentionem sive clangorem. Cassiod. compl. in act. 68 insulam Gaudem.

?**Caudus** *nom. vir.* Corp. II 731 (*in Lusitania, periit*) Sagae Maurus -i. Martyrol. Hier. 8 id. Iun. -i (*ita cod. Eptern.*, Gaudi *cod. Bern.*, Claudi *cod. Wissenb.*) epi(scopi) Gratianopoli.

Cavecius *nom. vir. celt.* Corp. III 14368^{28} (*Iuvavi*) -o Loi fil. ... Vragiso Tessilli f(ilia) goniugi.

Cavellio, Cavellicus, Cavellōnēnsis *v.* Cab-.

Cavelus *nom. vir.* Corp. XI 2075 a (*Perusiae, periit*) S⟨l⟩ebaris -i.

Caven(...) *v.* Cavinius.

Caverim *civitas Asiae orientalis.* Ravenn. p. 72, 7. *cf. Tomaschek, PW. III 2016.*

Cavetus *nom. celt., cf.* Cavo. Inscr. Archaeologia Cambrensis 1889 p. 176 *sq.* Coiniagni filii -i. *cf. Revue celtique X 380.*

Cavia *v.* Cavius.

?**Cavicus** *nom. vir. celt.* Corp. II 5591 (*in conventu Bracaraugustano*) -i (*sed lectio non certa*).

Caviclum *statio Hispaniae Baeticae in finibus Bastulorum in ora sita.* Itin. Anton. Aug. p. 405, 4. *cf. Hübner, PW. III 1805.*

Cavidius, -a *nom. gent.; cf.* Cavius, Cavilius. Corp. VI 200, 3, 33 (*a. 70*) P. -us Ianuarius. 17456 L. -us Eros.

Cavieretium *vicus Daciae prope Alburnum maiorem situs, quem habitabant Pirustae Dalmatae.* Tab. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937) int. 4 de Dasio Verzonis Pirusta ex Kavieretio. 16 ex Kaviereti.

Caviī, -ōrum *gens Illyrica.* Liv. 44, 30, 7 *Caravantio* in -orum gentem ... misso. 44, 30, 8 Caravantium in -is Durnium oppidum advenientem benigne accepit.

Cavilius, -a *nom. gent.; cf.* Cavius *al.*, Gavilius *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 77.* Corp. X 1292 (*Nolae*) C. -o C. l. Apollonio.

Cavilla, -ae *cogn. mul.* Corp. VI 8089 Gallia -a. *nomen fortasse cum* Cavius *cognatum.*

Cavillius *v.* Gavillius.

Cavillōnum *vel* **Cabillōnum,** *hodie* Chalon-sur-Saône, *oppidum Galliae Lugudunensis ad Ararim flumen in finibus Haeduorum situm. cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 662; Ihm, PW. III 1163; Hirschfeld, Corp. XIII p. 404 et 408. utra scriptura rectior sit, codicibus diiudicari non potest.* Cabillo *l. 69,* Caballodunum *l. 72.* Caes. Gall. 7, 42, 5 Haedui ... M. Aristium ... ex oppido -o (*ita α, in β* cavillonno) educunt. 7, 90, 7 Q. Tullium Ciceronem et P. Sulpicium -i (cabillonni *αa*^{1}, *in a corr. et h* cavilloni) et Matiscone in Haeduis ad Ararim rei frumentariae causa collocat. Strabo 4, 192 *μεταξὺ ... τοῦ Λίγηρος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ τὸ τῶν Αἰδούων ἔθνος, πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ἐπὶ τῷ Ἄραρι.* Ptol. 2, 8, 17 *Καβάλλινον* (*var. lect. Καβυλλ-*; Marcian. p. 553, 21 *Καβυλλ-*). Itin. Anton. Aug. p. 360, 1 Cavilunno (*varias lectiones praebent codd. item* p. 363, 3 a Cavilunno Treveros). Tab. Peut. 2, 5 Cabillione. Cod. Theod. 9, 40, 2 (*a. 315* = Cod. Iust. 9, 47, 17) Cavilluno (*ita V*^{1}, Cab- *V*^{2}). Amm. 14, 10, 3 miles ... apud Cabillona collectus (27, 1, 2). 14, 10, 5. 15, 11, 11 Lugdunensem primam Lugdunus ornat et Cabillona ... et moenium Augustoduni magnitudo vetusta. Not. dign. occ. 42, 21 Caballoduno. Sidon. epist. 4, 25, 1 Cabillonum profectus (Cavilonnum *L*). Alc. Avit. epist. 83 quod Vienna abundat, Cabillonus obtineat. Greg. Tvr. Franc. 4, 31 Cabillonum (*var. lect.* Cav-, Cavallanum). 5, 27 apud Cavelonnum (*var. lect.* Cabillonum) civitatem synodus acta est. 7, 21. 8, 1 de Cavillonno progressus. 8, 11. 10, 10. 11 egrediens de Cavillonno. Ven. Fort. vita Germ. 8, 26 ut pro villis Augustidunensis ecclesiae Theodoberto regi Cabillone (*codd.* Calallone) occurreret. Greg. M. epist. 11, 41 Lupo *episcopo* Cabaloni (*cf. adn. p. 314*). Martyrol. Hier. 4 kal. Febr. in Cabalanno Eppoliti Pauli episcoporum. 5 kal. April. Gavillono Gundthrammi regis. prid. non. Sept. Caballonis Marcelli (*in secunda recensione haec:* primum ad Saturni statuam, quae ripae Araris imminebat, ... deinde ad Solis imaginem, quae intra muros Sequanicae portae errore gentilium praeci-

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pue celebratur, nec non ad atrium divi Baconis ... in secundo milliario civitatis praeside iubente perducitur). *inde adi.* **Cavillōnēnsis,** -e. INSCR. christ. Leblant 11. PANEG. 7, 18 a -i portu navigia provideras. ALC. AVIT. epist. 76 festivitatem cunctis quidem semper amabilem, set Cabillonensibus singularem. NOT. Gall. 1, 4 chron. I p. 584 castrum Cabillonense (*var. lect.* Cav-). GREG. TVR. Franc. 4, 16 usque civitatem -im (*var. lect.* Cab-) venit. 5, 45 Agroecola ... Cabillonnensis episcopus (VEN. FORT. vita Germ. 6, 19 VITA Caes. Arel. 1, 3). 9, 3 apud urbem Cavelonensem (*var. lect.* Cab-. 9, 13. 20. 27. 10, 28). 10, 28 *episcopum* Flavum ... -im. glor. conf. 84a -im ... ecclesiam (CONC. Aurel. a. 538 p. 86, 6. a. 549 p. 109, 13 Lugudun. a. 567 p. 141, 1 a. 583 p. 155, 3 Valentin. a. 585 p. 163, 18 Matiscon. a. 585 p. 172, 33). GREG. TVR. glor. mart. 53 quadragesimo a -e urbe miliario. CONC. Epaon. a. 517 p. 29, 5 episcopus civitatis Cabalonensis (*var. lect.* cabelloninsis, cabillonensis, cavallonensis). Aurel. a. 541 p. 97.

Cavinastes *mons Oceani septentrionalis.* COSMOGR. 1, 30.

Cavinilu (*aut* Cavinilo *aut* Cavinilus) *nomen figuli celtici.* CORP. XIII 10010, 3167.b. *cf.* 10010, 2944 k.

Cavinius *nom. gent.* CORP. III 10444 (*in Pannonia inf.*) C. Caviniu⟨s ...⟩. *cf.* Cavius, Cavinnius, *etrusc.* cavinei *et W. Schulze, Eigennamen p. 76 et* CORP. VI 1057, 2, 65 (*a. 210*) M. Caven. Paulinia(nus).

Cavinnius *nom. gent., cf.* Cavinius. CORP. X 4325 (*Capuae*) C. us Tertius. INSCR. Bull. di archeologia e storia Dalmata 1903 p. 193 -us ⟨...⟩umius.

Caviones *v.* Chaibones.

Cavius, -a *nom. gent.; cf.* Cavidius, Cavilius, Cavilla, Cavinius, Gavius, *falisc.* Cavios *et W. Schulze, Eigennamen p. 76 sq.* FRONTO p. 167 N. Niger Censorius *in testamento* ... inclementius ... progressus est in -um Maximum clarissimum et nobis observandum virum. DIOM. gramm. I 379, 24 in compositione, ut apud -um, repperimus 'effor' dictum (*fortasse* Calvum). CORP. VI 2379 a III 27 (*a. 143*) Q. -us Tarviacus Patavi *praetorianus miles.* 6652 (*in columbario*) P. -us P. l. Salvius. 9411 C. -us Spu(ri) f. Rufus (*praeterea ter* Gavius *in eodem titulo scribitur*). 18919 Gavius Soc(ra)tes ... Caviae Prim(ae) matri (*cf.* 18920). XIV 790 (*Ostiae*) -ae Fortunatae et -ae Feliculae, concessum aeis ... a P. -o Restituto. INSCR. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. X) n. 276 p. 79 (*in Lucania*) Pontio Faus(to) filio ... Pont(ius) et -a par(entes). CORP. XI 2303 (*Clusii*) C. -us L. f. filius. 6174 (*Suasae*) M. -o M. f. Cam(ilia) Maximo VIviro Suasae ... M. -us Vern(a) et -a Ianuari(a) filio. III 430 (*in Asia*) L. -o Sab(atina) Vescenniano domo Volaterras equo publico ex quinq(ue) decuriis comiti L. Vetinae Prisci legati. II 4970, 127 a: -us (*nomen figuli*), b: Cavio, c: Cavi; *cf.* 4970, 128. XIII 10010, 508 c. 3313 c. *cf.* Cautius). II 6257, 41 (*in vasculo*) C. -i Plocam(i). VII 1334, 21 L. Cav(ii) Sec(undi). *cf.* II 4302. 6257, 41.

? **Caulana** *nom. vir. aut mul.* CORP. VIII 6740.

Caularis *amnis Asiae minoris meridianae.* LIV. 38, 15, 1 per agros Sindensium exercitus ductus, transgressusque *consul Cn. Manlius* -em amnem posuit castra. postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum. *cf. Ruge, PW. suppl. I p. 279.*

? **Caulecès** *deus in Callaecia cultus.* CORP. II 2552 (*in titulo corrupte tradito*) -i sac. sacrum.

Caulimertius *nom. gent. originis barbaricae, ut videtur.* CORP. X 8059, 103 (*in signaculo*) L. Kaulimerti Venustiniani.

Caulius, -a *nom. gent.* CIC. Cluent. 107 L. -us Mergus, *qui in iudiciis publicis iam tum florente re publica floruit.* P. Calpurnius Macer -us Rufus *legatus Moesiae inferioris, cf. p. 103, 25.* CORP. VI 200, 5, 16 (*a. 70*) Q. -us Atimetus. 1056, 2, 74 (*a. 205*) -i Macedo. 14612. 14613 P. -us Acibá (*cf. infra l. 69*). 14614 Q. Cáulió Carpó et Cáuliáe Trophime *eqs.* 14615. 14616 (*quinquies*). 14617 C. -o Silvano ... C. -us Restitutus. 14618 P. -us Syntrophus. 14619. 14622. 21209 Sex. -us Fortunatus et Valeria Salsula parentes (*idem* 28282 b *et* c). 34161 -ae Adiutrici. 35987. XV 2197 (*in lateribus, aetate Hadriani*) ex ofi(cina) P. -i Valentis (*cf.* 2198. 2199. XIV 4089, 9. XI 6689, 232. XIV 4089, 10 P. -i Valentis iun(ioris)). XIV 791 (*Ostiae*) P. -i Lenaei -a Restituta patrono. IX 6083, 33 P. -i Coprani. X 1931 (*Puteolis*) P. -o Coerano negotiatori ferrariarum et vinariariae Acibas lib(ertus) patrono (*cf. supra l. 60*). XI 983 (*Regii Lepidi, periit*) D. -us D. l. Mit⟨h⟩ridates. 1734 (*periit*). CONST. veteran. 39 p. 1975 extr. 37 P. -i Vitalis *testis* (*idem saepe in constitutionibus*). 98 p. 2212 extr. 2 P. -i Gemelli *testis. cf.* CORP. IV 1794 *et* 8364. *inde adi.* **Caulīnus,** -a, -um. PLIN. nat. 14, 69 Campania nuper excitavit novis nominibus autoritatem ... iuxta Capuam -is *vinis* et in suo agro Trebulanis.

Caulō, -ōnis *nomen oppidi in Bruttiis; cf. Nissen, Ital. Landesk. II 950.* VERG. Aen. 3, 553 attollit se diva Lacinia contra -isque arces et navifragum Scylaceum (*cf.* SERV. *ad l.* Aulon [Caulon *MEl, cf. vol. II p. 1464, 20*] mons est Calabriae ..., in quo oppidum fuit a Locris conditum ... alii a Caulo, Clitae Amazonis filio, conditum tradunt. GLOSS. V 550, 6 -o mons Calabriae). OV. met. 15, 705 Caulona (*accus.*). PLIN. nat. 3, 95 vestigia oppidi -is. 3, 96 *promunturium Lacinium* a -e abesse LXX m(ilia) pass(uum) prodit Agrippa. TAB. Peut. 7, 2 -n. RAVENN. p. 263, 7 -n. 330, 5 Guid. p. 471, 4. 507, 26. CONSENT. gramm. V 348, 34 civitatum nomina per omnia genera efferuntur ... utroque numero ... hic -on et hi -ones. *idem oppidum* **Caulōnea:** LIV. 27, 12, 6 ad -am urbem oppugnandam. 27, 15, 8. 27, 16, 9. **Caulōnia:** MELA 2, 68 -am. SOL. 2, 10 -am et Terinam a Crotoniensibus constitutas. COMMENT. Lucan. 4, 612 *Cleonas* quidam volunt ab ipso Hercule conditam, quae initio fertur Leonae dicta, ut Aulonia, quae est appellata Caulonia. *eadem forma apud Graecos:* POLYB. 10, 1, 4. PS. SCYMN. 320 *ἔχεται μὲν πρῶτα μὲν Καυλωνία, ἐκ τοῦ Κρότωνος ἔσχ' ἀποικίαν. ἀπὸ τοῦ σύνεγγυς κειμένου δὲ τῇ πόλει αὐλῶνος αὕτη τοὔνομα σχοῦσ' ὕστερον μετωνομάσθη τῷ χρόνῳ Καυλωνία.* DIODOR. 14, 106. STRABO 6, 261 *Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ' Αὐλωνία λεγομένη διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα. ἔστι δ' ἔρημος· οἱ γὰρ ἔχοντες εἰς Σικελίαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον καὶ τὴν ἐκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν.* APPIAN. Annib. 49 *Αὐλωνίαν.* PLVT. Dion 26 Fab. 22 PAVSAN. 6, 3, 12 *Καυλωνία ... ἀπῳκίσθη ... ἐς Ἰταλίαν ὑπὸ Ἀχαιῶν, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο αὐτῆς Τύφων Αἰγιεύς κτλ.* STEPH. BYZ. *Καυλωνία πόλις Ἰταλίας, ἣν Αὐλωνίαν Ἑκαταῖος καλεῖ διὰ τὸ μέσην αὐλῶνος εἶναι κτλ.* EVSTATH. p. 734, 49. 1457, 42. *incolae Καυλωνιᾶται:* POLYB. 2, 39, 6 DIOD. 14, 106 PAVSAN. 6, 3, 11. *regio Καυλωνιᾶτις, -ιδος.* THVKYD. 7, 25.

Caululum *v.* Gaulalum.

Caulus *filius Clitae Amazonis* SERV. Aen. 3, 553. *cf. p. 285, 80.*

Caum *statio Hispaniae Tarraconensis in via quae Caesaraugusta Tarraconem fert.* ITIN. Anton. Aug. p. 451, 6. *cf. Hübner, PW. III 1806.*

Cauma, -ae *cogn. mul. cf.* cauma? CARM. epigr. 1571 (*Romae*) Geminiae -ae C. Billienus Fructus ... coniugi.

Caumatis *opp. Gedrosiae.* TAB. Peut. 12, 3 RAVENN. p. 43, 14. *cf. Tomaschek, PW. III 1806.*

Caumestēs *pars montis Imavi in India; cf. Tomaschek, PW. III 1806.* IVL. HON. cosmogr. A 4 montes oceani orientalis ... -s mons (COSMOGR. 1, 44). 7 Oxos fluvius nascitur de monte -s (COSMOGR. A 7 fluvius Exos nascitur de monte -e). 8 Sygogan fluvius nascitur de monte Caucaso. ex se duo effecti in coronam occupant montem supra dictum -en.

Caunaravī *populus Arabiae.* PLIN. nat. 6, 159 gentes Agraei et Ammoni, oppidum Athenae, -i, quod significat ditissimos armento, Chorranitae *eqs. cf. D. H. Müller, PW. III 1806.*

Caune *nom. mul. Britann.* INSCR. christ. Brit. 158 Brohomagli ... et uxor eius -e.

Caunēs *gens Maurorum.* CORIPP. Ioh. 2, 66 Silectae -esque leves.

Cauneus *v.* Caunus.

Caunius, -a *nom. gent.; cf.* Gaunia *et W. Schulze, Eigennamen p. 76, sed etiam* Caunus. T. -us Priscus, *legatus Numidiae, consul designatus* (*a. 186?*): CORP. VIII 2583. 2588. 2697; *cf. Groag, PW. III 1806.* CORP. VIII 3518 (*Lambaesi*) ⟨...⟩ -o Candido. XII 2182 (*inter Viennam et Gratianopolim*) -ae Heortes. XIII 10022, 61 (*in signaculo*) L. -i Onesimi. *cf.* III 8364 *et* XIII 10010, 503, *ubi legendum esse videtur* Cauni o(fficina), *nisi est nominat.* Caunio *aut pertinet ad nominativum* Caunus. *cf. l. 84.*

Caunos (Caunus), *Καῦνος.* **1** *urbs Cariae.* CIC. div. 2, 84 *cf. l. 58.* MELA 1, 83 secundum Calbim amnem -us oppidum valetudine habitantium infame. PLIN. nat. 5, 104 oppidum -os liberum. 5, 131 proxima -o Rhodussa *insula.* 6, 214 -um. 11, 130 gignuntur ... in -o lienosi. 35, 101 patria ei (*Protogeni*) -us, gentis Rhodiis subiectae. STAT. silv. 1, 6, 15 -os (*cf. Vollmer ad l.*). AVIEN. orb. terr. 713. TAB. Peut. 10, 2 Cano. *inde adi.* **Cauneus,** -a, -um *vel* **Caunius,** -a, -um, *inde subst.* **caunea** *vel* **caunia,** -ae *ficus carica.* CIC. div. 2, 84 cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens -as clamitabat (*cf.* PLIN. nat. 15, 83 ex hoc genere *ficorum* sunt ... cottana et caricae quaeque ... omen fecere M. Crasso venales praedicantis voce, -ae). CELS. 5, 21 ad sanguinem ... evocandum -is duabus adicitur nitri p(ondo) *tot.* COLVM. 10, 414 gravis Arcturi sub sidere parturit arbos Livia, Chalcidicis et Caunis aemula Chiis (*corrupte traditum, fortasse* Caunis aemula Chia; *an pertinet ad insulam l. 75?*). PETRON. 44 nos habemus aedilem trium cauniarum (*i. vilem*), qui sibi mavult assem quam vitam nostram. *incolae* **Caunii,** -orum: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 33 -ii nuper omnesque ex insulis, quae erant a Sulla Rhodiis attributae, confugerunt ad senatum, nobis ut potius vectigal quam Rhodiis penderent. epist. 13, 56, 3 -ii *pecuniam Cluvio* debent. LIV. 33, 20, 12 causa ... libertatis *Rhodii* fuerunt -iis, Myndiis *eqs.* 45, 25, 10 -ii descivere ab *Rhodiis.* 45, 25, 13 CVRT. 3, 7, 4. **Caunītēs** (*Καυνίτης*), *adi.:* PLIN. nat. 31, 99 oculorum remediis ... *sal* collyriis emplastrisque additus — ad haec maxime probatur Pattaeus aut -es. **2** *insula Ionica:* PRISC. perieg. 551 (*cf.* DIONYS. perieg. 553 HEGES. Athen. 14, 621 a). **3** *filius Mileti, frater Byblidis, a quo urbs nomen accepisse fertur.* OV. met. 9, 450 *Mileto* ... filia Maeandri ... Cyanee praestanti corpora forma Byblida cum -o, prolem est enixa gemellam. 9, 488. 489. 580 HYG. fab. 243 p. 136. *falso pro Fauno* FVLG. Virg. cont. p. 104 Lavinia ... filia Latini dicta est, nepos -i (Fauni *HEG U²*) ... -us (Faunus *HEG*) vero quasi camnonus, id est laborans sensus. **4** *nomen ficticium bellatoris Celtici.* SIL. 4, 232 Scipio ... *interfecit* Labarumque Padumque et -um et ... Breucum *eqs. cf. etiam* Caunius *l. 50.*

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caunonio *v.* Canonium.

? **Cavo** *nom. Britann.* INSCR. christ Brit. 133 -o Seniargii. *cf. editoris adnot.*

Cavolus *v.* Gavolus.

Cavonius, -a *nom. gent.; cf.* Cavius, Cavinius, *nisi est nom. celt.* INSCR. Röm.-german. Korrespondenzblatt I 1908 p. 53 (*in Germania inferiore*) L. -us Victor.

Cavorae fons *cf.* fons Scabore.

? **Cavorius** *nom. gent.* CORP. V 8112, 26 (*in amphora, periit*) C. ·-i Celeris.

Caupa *nom. figuli gall. cf.* Caupius, Caupicus. CORP. XIII 10017, 273 (*in vasculo*).

Caupicus *nom. figuli gall., cf.* Caupius. CORP. XII 5686, 210 (*in vasculo, periit*) -i m(anu).

? **Caupillius** *nom. gent.* CORP. XIII 6121 (*in Germania superiore*) Caupil⟨l⟩ius Adiutor (*sic editor, qui descripsit; alii legerunt* Caupinius). *cf.* Caupius.

Caupiola, -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 2292 (*Luguduni*) Valeriae -ae...Valerius Annatus. *cf.* Caupius.

Caupira *nom. figuli.* CORP. XII 5686, 210 b -a m(anu). XIII 10010, 504.

Caupius, -a *nom. et cogn. celt., cf.* Caupa, Caupicus, Caupiola, Caupo. CORP. XII 2356 (*saec. I ineunte*) Nama Veruci filiae -us vir. XIII 5136 (*in Germania superiore*) Cn. Iul(ius) -us. 10010, 505 -us *figulus. cf.* 10017, 274 -i.

Caupo, -ōnis *cogn., cf.* Caupius *vel* caupo. CORP. XIII 3650 (*apud Treveros*) ⟨...⟩ius -o.

Caupōnius, -a *nom. gent.; cf.* Coponius, *etrusc.* caupne, caupis *et W. Schulze, Eigennamen p. 276 adn. 7.* CORP. VI 7046 (*in columbario*) Q. -us Q. l. Eros. 7047 -a Q. l. Roda. XIV 3538 (= I 1112 *Tibure*) T. -us T. f. aed(ilis). 3740 (*periit*) ⟨.⟩ -us L. f. Geminus -a L. f. Gemina. IX 1786 (*Beneventi*) L. -us C. f. 3981 (*Alba Fucente*) -a.

1. Caura *opp. Hispaniae Baeticae, hodie* Coria; *cf. Hübner, PW. III 1808.* PLIN. nat. 3, 11 *oppida Hispalensis conventus* Orippo, -a, Siarum. *sed* OBSEQ. 21 Caurae *falso scriptum est pro* Caere. *cf.* 20.

2. Caura *nom. figuli.* CORP. XIII 10010, 506.

Caurara *v.* Carura. **Caurēnsis** *v.* Cauriensis.

Caurīēnsis, *adi. et incola oppidi Lusitaniae in finibus Vettonum (hodie* Coria. *cf.* PTOL. 2, 5, 8 *Καύριον et v. Mommsen chron. III index p. 646; Mansi 9 p. 817*[E]). *cf. Hübner, Corp. II p. 96 sq., PW. III 1808; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 869 sq.* PLIN. nat. 4, 118 stipendiariorum, ... Caperenses, -es (caurenses *codd.*), Colarni. CORP. VII 52 (*saec. fortasse I*) L. Vitellius Mantai f(ilius) Tanc⟨i⟩nus cives Hisp(anus) Cauriesis eq(ues) alae Vettonum c(ivium) R(omanorum). II 766 (*Caurii*) Avita Aviti f(ilia) Caur. 767. 768 Longinus Camali Cauriesi. 769. 770. 802 ⟨T⟩ancinus Dovilon. f(ilius) Caurien⟨s⟩. CONC. Tolet. IV a. 633 Mansi 10, 641[E] Bonifatius -is ecclesiae episcopus *et saepe.*

Caurisinius *nom. gent.* CORP. XI 1858 (*Arretii*) Cilnia Severa uxor M. -o Successo. III 12436 (*in Moesia*) -us In⟨ge⟩nus. *cf.* Caurius *et W. Schulze, Eigennamen p. 148.*

? **Caurius,** -a *nom. gent., cf.* Caurisinius*?* CORP. V 6861 (*in Alpe Poenina*) Cau⟨r⟩i⟨ae⟩ Firminae.

Cauros *nomen insulae Andri.* PLIN. nat. 4, 65 *Andrum* Myrsilus -on, deinde Antandron cognominatam tradit. *cf.* Gaurium.

Cauru *nom. mul. barb.* (*celt.?*). CORP. III 11508 (*ad* 4842, *in Norico*) Iulio Aprili b(eneficiario) t(ribuni) chort(is) (primae) Asturum ... -u Blendonis f(ilia) con(iugi).

1. Caurus *nomen venti, v.* caurus *vol. III p. 658, 8 sqq.*

2. Caurus *cogn.* CORP. V 725 (*Aquileiae*) M. Aurelius -us vet(eranus). III 7437, 1, 23 (*in Moesia*) Rufinus -i *vernaculus ex sodalicio Bacchico.*

Causamēla *v.* Gaugamela.

Causennae, -ārum *statio Britanniae.* ITIN. Anton. Aug. p. 475, 2 -is. *cf. Hübner, PW. III 1812.*

Causia, -ae *nom. mul.* (*barb.*). CORP. III 4987 (*in Norico*) Tertio Caesaris l(iberto) -a Occi f(ilia) uxor.

Causinius, -a *nom. gent.; cf.* Causonius, Causo, Causorius *et W. Schulze, Eigennamen p. 148. 158.* CIC. Mil. 46 C. -us Schola, Interamnas, familiarissimus et idem comes Clodi. ASCON. Mil. p. 32 eques Romanus ... C. -us (Cassinius *codd.*) Schola. p. 41 (Casinius *codd.*). p. 49 -us (Cassinius *MP*). *eius libertus*: CORP. VI 10326 C. -us Scolae l. Spinter ... Campia L. l. Cassandra -i *uxor. aliae*: CORP. VI 14623/4 -a C. l. Tertia, -a Advena.

Causo *cogn. vir.; cf.* Causus, Causinius. CORP. V 7689 (*Augustae Bagiennorum*) ⟨...⟩us C. f. -o.

Causo limen *v.* Hyssi limen.

? **Causonius** *nom. gent., cf.* Causo. CORP. V 2924 (*Patavii, periit*) P. Ca⟨u⟩sonius Pupi⟨...⟩timo.

Causorius, -a *nom. gent.; cf.* Causinius, Causo. CORP. V 150 (*Polae*) -o Felicissimo et -ae Victoriae. 584 (*Tergeste*) -a Valentina.

Causus *cogn.; cf.* Causo, Causinius. CORP. XI 4184 (*Interamniae*) L. Autronius T. f. Clu(stumina) -us tr(ibunus) mil(itum), (quattuor)vir i(ure)d(icundo). 5758 (*Sentini*) C. Pa⟨ccius C.? f.⟩ -us oriu⟨ndus⟩ Samnio Te⟨re(ve)nto⟩ (quattuor)vir i(ure)d(icundo), (quattuor)vir q⟨uinq(ennalis)⟩.

Cautata *v.* Cutata.

Cauterra *nom. figuli celtici.* CORP. XIII 10010, 507.

Cautes, -is *numen in imaginibus Mithriacis iuxta Mithram una cum* Cautopate *positum, taedam attollens; cf. Cumont, PW. III 1813 sq. dativus* Caute: CORP. VI 86. 748. II 464. III 7863. XII 1811. XIII 7368. 7369. CORP. VI 86 deo -e Flavius Antistianus ... pater patrum. V 763 -i Q. Baienus Proculi pater, *cf. l. 36.* II 464 -e Tib(erius) Cl(audius) Artemidoru⟨s⟩ p(ater?). III 994 (*in Dacia*) -i G. Here⟨n⟩nius Ermes. 4416 d(eo) I(ovi) M(ithrae) C(auti) P. Flavius Verecundus Cl(audia) Savaria (centurio) leg(ionis) XIIII g(eminae) M(artiae) v(ictricis). 4736 (*in Norico*) -i L. Albius Atticus. 7863 (*in Dacia*) -e. 10463 deo -i M. Ant(onius) Victorinus dec(urio) col(oniae) Aq(uinci) aedilis. *cf. l. 44.* 14354[31] (*in Pannonia*) -i ... Venulus Aponi Ing(enui) (servus). XII 1811 -e. INSCR. Revue épigr. V 1904 n. 1570 (*in Gallia Narbon.*) -i Sex. Cabirius Iullinus. CORP. XIII 7367. 7368 (*in Germania superiore, v. adnot.*). INSCR. Fortschr. d. röm.-germ. Forsch. (*ad* Corp. XIII, *a. 210*) p. 91 n. 160 -i et Cautopat.

Cauthadae *gens montis Caucasi.* PLIN. nat. 6, 21 -as. *cf. Tomaschek, PW. III 1814.*

Cauthia, -ae *cogn. vir. etrusc.; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 148.* CORP. XI 1966 C. Cascellius -a.

Cautīnus *nom. gent., cf.* Cautius. CORP. IX 93 (*Brundisii*) -us Restitutus. *cogn.*: CORP. II 147 (*in Lusitania*) P. Petronius Cautin(us). -us *episcopus*: GREG. TVR. Franc. 4, 7. 11. 12. 13. 35. 10, 8 Iul. 46 glor. conf. 29 CONC. Aurel. a. 549 p. 111, 14.

Cautius *nom. gent.; cf.* Cauthia, Cautinus, *cogn.* Cautus *al. et W. Schulze, Eigennamen p. 148.* CORP. III 4463 (*in Pannonia superiore*) L. -us L. f. vet(eranus) mil(es) leg(ionis) XV Apol(linaris).

Cautonus *nom. vir. barb.* CORP. II 798 (*in Lusitania*) Pisocia -i f(ilia).

Cautopates, -is *numen in mysteriis Mithriacis; cf.* Cautes *et Cumont, PW. III 1813. non effertur nisi dativo* -i, *sed* CORP. III 11006 (*cf.* V 763 *et* VII 650), *ubi inter* Cauto *et* P(ati) *interpunctio est, nominativum* Cautus Pates *probare videtur.* CORP. V 763 (= Dessau 4252[b], *Aquileiae, bis descriptum saec. XIX*) Cauto P(ati) (Cauto *alterum exemplum*) Q. Baienus Procul(us) pater. *cf. l. 10.* 765. 1809 deo -i. 4935 (*apud Camunnos*) -i G. Munatius Quir(ina) Tiro (duum)vir i(ure) d(icundo). 5465 (*ad lacum Verbanum*). II 1025 (*in provincia Baetica*) M(ithrae) C(auto)p(ati) (*cf.* 5635). VIII 2228 (*in Numidia*) Kautopati Eutyces Felicissimi Aug(ustorum) n(ostrorum) vernae exac(toris) vik(arius). III 7922 (*in Dacia*) -i sac(rum) Synethus adiut(or) tabul(arius). 10461 (*in Pannonia superiore*) deo -i M. Ant(onius) Victorinus dec(urio) col(oniae) Aq(uinci) aedilis. *cf. l. 15.* 11006 (*cf.* 11539). 14354[32] -i sac(rum) Cresce(n)s Gabini Antoni servus. XIII 7369 (*in Germania superiore*) Caut(o)p(ati). 7397 d(eo) i(nvicto) M(ithrae) -i. VII 650 deo M(ithrae) C(auto) P(ati) S(oli) I(nvicto). *cf.* 1344 c. *cf. l. 20.*

1. Cautus *v.* Cautopates *l. 36.*

2. Cautus *cogn., cf.* cautus. CORP. VI 36374 ⟨C.⟩ Stlaccius C. l(ibertus) -us. X 6637 a 19 (*Antii*). XI 6700, 176 -i (*in vasculo Arretino; originis, ut videtur, externae. cf.* XII 5686, 211. XIII 10010, 508). III 14359[23] (*in Pannonia superiore*) Belatusa -i l(iberta).

Cavva (*vel* Cauva) *nom. mul., ut videtur*: CORP. XIII 3306 (*in provincia Belgica*) -ae. *cf.* Gavva (Avva, Ava?). *fort. huc pertinet* CORP. VII 13 ⟨Bodi⟩cca Aelia, Cauva, ⟨Laeti⟩ fil(ia), *ubi Hübner gentis nomen intellegit.*

Cavus, -a *cogn.* CORP. IX 1867 (*Beneventi*) Lucretius -us (*cf. adn.*). XI 5477 (*Asisii*) Fuficia -a. XIII 10002, 549 (*cf.* II 5065).

Cavvades rex Persarum VICT. TONN. chron. II p. 194, 508.

Caxtos *nom. figuli.* CORP. XIII 10010, 2930 b.

Caycī *v.* Chauci.

Caynopolis (HIL. op. hist. frg. 2, 15) *i. q.* Caenopolis *q. v.*

Caystros (-us, -er), -ī *fluvius Lydiae, Κάϋστρος.* VERG. georg. 1, 384 volucres ..., quae Asia circum dulcibus in stagnis rimantur prata -i. PROP. 3, 22, 15 ora -i. OV. met. 2, 252 quae Maeonias celebrabant carmine ripas flumineae volucres, medio caluere -o. 5, 386 non illo (*sc. lacu Pergo in Sicilia*) plura -os carmina cycnorum labentibus audit in undis. SEN. nat. 4, 2, 20 *trad.* Caistrus. MELA 1, 88 -os amnis. PLIN. nat. 5, 115 Ephesos ... alluitur -o, in Cilbianis iugis orto multosque amnes deferente et stagnum Pegaseum, quod Phyrites amnis expellit. ab his multitudo limi est, qui terras propagat mediisque iam campis Syrien insulam adiecit. SIL. 14, 189. MART. 1, 53, 7 niger in ripis errat cum forte -i, inter Ledaeos ridetur corvus olores. AMPEL. 6, 9. AVIEN. orb. terr. 1001 sed locuplete magis Maeandria terra recumbit ubere, nam blandi terram rigat unda -i. SERV. Aen. 11, 661 Hippolyte cum Achille concubuit, et ex eo -um filium edidit, ex quo flumen Lydiae ita appellatur. VIB. SEQ. geogr. p. 147, 17 -os per Hypaepam decurrit, proximus paludi Asiae. p. 154, 5 Asia Asiae *palus*, cui -os prope est. LIB. gener. chron. I p. 112, 229 Cayster (*cf.* GLOSS. IV 213, 32 Cayster fluvius Thraciae. V 274, 46). CHRON. Alex. chron. I p. 112, 201 Gaustrus. PRISC. periheg. 798 fluvium Maeandri, gurgite miti quem iuxta volvens se murmurat unda -i. TAB. Peut. 9, 5 fl. Castur. RAVENN. p. 107, 9 civitas Caustro.

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 361, 16 civitas Cistron (Guid. p. 528, 2). *nom. hominis* SERV. Aen. 11, 661 *Hippolytes filius cf. p. 288, 77.* *inde adi.* **Caystrius,** -a, -um, Καΰστριος: OV. trist. 5, 1, 11 ut . . . iacens ripa deflere -us ales dicitur ore suam deficiente necem (*de olore; cf. p. 288, 66 et 74*).

Cazaci *opp. Mediae.* RAVENN. p. 64, 3. *fortasse idem atque* Gazaca. *cf. Streck, PW. suppl. 279.*

Cazalet *v.* Carsaleon.

ad Cazalis *statio Numidiae prope Thevesten.* TAB. Peut. 4, 2. *cf. Dessau, PW. III 1820.*

Cazzaerus, -a *nom. serv.* CORP. XI 6044 (*Pitino Pisaurensi*) ⟨. . . iu⟩s L(uci) ⟨l(ibertus)⟩ Cazz⟨aer . . .⟩ ⟨. . .⟩nius Sal(vi) l(ibertus) Ca⟨. . .⟩ ⟨. . . Ca⟩zza⟨er⟩ae *eqs.* *Jacobsohn.*

? **Cbbe** *nom. mul.* CORP. VIII 2211 (*in Numid.*) -e pia uxor (*'lectio certa visa est'*).

1. Cēa *et* **Ceōs** *nom. ins. mar. Aegaei prope Atticam.* *gr.* Κέως (Κία PTOL.). *confunditur cum* Chios (-us), Cius, Coos, *v. etiam infra l. 44.* *de formis*: PLIN. nat. 4, 62 -os, . . . quam nostri quidam dixere -am, Graeci et Hydrusam, avolsam Euboeae. *acc.* Ceō: CIC. Att. 5, 12, 1 ad -o (ab *M, corr. Manutius*) iucunde (vicum deinde *M, corr. Victorius*) *venimus.* *abl.* Ceo: PLIN. nat. 4, 65. 16, 114. Cēa: GLOSS. -a nomen insulae. insula. Salustius (*hist. frg. 2, 6*) ait Aristaeum primo insulam -am (quam *cod., corr. Bücheler*) relicta patria coluisse. VERG. georg. 1, 14 *Aristaeus* cultor nemorum, cui pinguia -ae ter centum nivei tondent dummeta iuvenci (*cf.* SERV. *et* PROB. *ad l.*). OV. epist. 19, 222 insula, Carthaeis quondam celeberrima nymphis cingitur Aegaeo, nomine -a, mari. met. 7, 368 transit et antiquae Cartheia moenia -ae. VAL. MAX. 2, 6, 8 in insula -a (COLVM. 9, 2, 4 PORPH. *et* SCHOL. Hor. carm. 2, 1, 38. 4, 9, 7 SERV. *et* PROB. georg. 1, 14 FRG. Bob. gramm. VII 543). PLIN. nat. 2, 206 ex insula -a amplius triginta milia passuum abrupta subito cum plurimis mortalium rapuit *mare* (*cf.* TERT. nat. 1, 9 cum Hiera, Anaphe et Delos et Rhodos et -a [Creta *trad.*] insulae multis cum milibus hominum pessum ierunt [*sed* apol. 40 Co]; *infra l. 40*). 31, 15 in -a insula fontem esse, quo hebetes fiant *bibentium sensus Varro tradit.* (*cf. infra l. 50*). ITIN. Anton. Aug. p. 22, 2 -a (*v. l.* Caea, Crea). Ceōs: MELA 2, 111 at -os (aheos *A*), Sicinos, Siphnos *eqs.* . . . quia in orbem iacent Cyclades dictae. PLIN. nat. 4, 62 a Sunio vero Helene V̄ pass. distans. dein -os ab ea totidem, . . . D longa stadios fuit quondam, mox quattuor fere partibus, quae ad Boeotiam vergebant, eodem mari devoratis oppida habet reliqua Iulida, Carthaeam; intercidere Coresus, Poeeessa (*cf.* PROB. Verg. georg. 1, 14; *l. 31*). ex hac profectam delicatiorem feminis vestem auctor est Varro (*confunduntur* Ceos *et* Coos, *cf. Lachm. ad Lucr. 4, 1130. inde* SOL. 7, 20 multae quidem insulae obiacent Atticae continenti, sed suburbanae ferme sunt Salamis, Sunium, -os, Coos). CHRON. Alex. chron. I p. 108, 177 Ceus *insula* (LIB. gener. chron. I p. 108, 206 Geos). Cīa: LIV. 31, 15, 8 Rhodii -am (ceiam *B, corr. Sigonius*) ab Aegina, inde per insulas Rhodum navigarunt. VITR. 8, 3, 22 item est in insula -a (Chia *EGH*) fons e quo, qui imprudentes biberint, fiunt insipientes (*cf. supra l. 35*). PHAEDR. 4, 22, 8 *Simonides* erat autem, ut aiunt, natus in -a (Chia *R*, Schia *P, corr. Lachmann*) insula. *nota*: ITIN. Anton. Aug. p. 529, 1 Coos (Coo *FG*). *adi.* **Cēus,** -a, -um (Κεῖος): HOR. carm. 2, 1, 38 ne relictis, Musa procax, iocis -ae retractes munera neniae (PORPH. *ad l.* Simonides autem ex Cea insula lyricus poeta θρήνους . . . optime scripsit. inde -am neniam appellavit. *sim.* SCHOL.). 4, 9, 7 Pindaricae -aeque et Alcaei minaces Sterichorive graves Camenae (PORPH. *ad l.* Simonides lyricus poeta -us fuit, id est ex Cea insula). OV. met. 10, 120 ante alios, -ae pulcherrime gentis, gratus erat, Cyparisse, tibi. LVCR. 4, 1130 et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae, interdum in pallam atque Alidensia Ciaque vertunt (*sic Lachm. pro* chiaque, *cf. eius notam*). **Cēus** (Cīus) *incola Ceae*: CIC. de orat. 2, 351 Simonidi illi Cio (Chio *MJ*). 3, 128 quid de Prodico Cio (ho *M*, Ceio *J*) . . . loquar (Brut. 30 Ceius *L.* nat. deor. 1, 118 *trad.* Chius *sim.* QVINT. inst. 3, 1, 10 Chius *codd.*). CIC. Cato 3 Aristo Ceus (Chius *LAb*). PLIN. nat. 7, 123 Cleombroto Ceo. 26, 11 Erasistrati Cei (co *codd.*). QVINT. inst. 11, 2, 11 Simonides Cius (cuius *cod.; cf. l. 63.* AVSON. 203, 6 Cei [ceu *V*] musa Simonidei. *idem intellegitur* APVL. apol. 9 apud Graecos *amatorios versus fecerunt* Teius quidam et Lacedaemonius et Cius [civis *F, corr. Bosscha*] cum aliis innumeris). *plur.*: CIC. div. 1, 130 Ceos accepimus ortum caniculae diligenter quotannis solere servare. HYG. astr. 2, 4 in insulam Ceorum (eolorum *D*, etholorum *GN*, eorum *V, corr. Salmasius*). *ibid.* canicula exoriens aestu ⟨C⟩eorum loca et agros fructibus orbabat.

2. Cea *cogn. mul.* CORP. V 3058 (*Patavii, periit*) Veionia Cea.

gen. (?) **Ceaditis** *nom. inc.* CORP. VIII †21422ᵃ (*in Mauret. Caes.*) memoria -is.

Ceadval *nom. vir. barb.* INSCR. christ. Rossi II p. 288 (*a. 689,* = CARM. epigr. 1394) hic depositus est -al qui et Petrus rex Saxonum. v. 4 Cēadval armipotens. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 878 s.* Ceadvalla.

Ceadus *v.* Cladus.

Ceae *pop. Indiae; cf. Tomaschek, PW. III 1820.* PLIN. nat. 6, 77 Vmbritae Ceaeque (*E*, Caeeque *DR*), quorum XII nationes singulisque binae urbes.

Ceamilus *nom. vir.* CORP. XII 5686, 212 (*in vasculo*) -i.

Ceangī *pop. Britanniae.* CAES. Gall. 5, 21, 1 Cenimagni (Iceni, Cangi *coni. Lipsius*), Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi legationibus missis sese Caesari dedunt. TAC. ann. 12, 32 ductus in -os (inde cangos *trad.*) exercitus. *in massis plumbeis* CORP. VII 1204 (*a. 74*) de -i(s). 1205 (*a. 76*) de Cea(ngis). 1206 (*aet. Domitiani*) de Ceang(is). INSCR. Ephem. epigr. VII (*ad* Corp. VII) n. 1121 (*a. 74*) de -i(s). NOT. dign. occ. 40, 9 = 24 Concangios. RAVENN. p. 432, 4 Cogangos (Ceganges *A*).

? **Cearon** (Gyaro *Bücheler coll.* VERG. Aen. 3, 76) excelsa GLOSS. V 352, 28.

Cebalīnus *nom. vir. maced.*, Κεβαλῖνος. -us *frater Nicomachi coniurationem Alexandro Magno prodidit.* CVRT. 6, 7, 16 *sqq.*

Cebar *nom. castelli Byzacii.* CORIPP. Ioh. 4, 41 ardua castra gerit campis -r addita apertis.

Cebarsussi *locus Africae; cf. Dessau, PW. III 1161.* AVG. c. Cresc. 4, 6, 7 alterum decretum, quod -i centum vel amplius vestri tunc episcopi condiderunt. EPIST. MAXIM. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 qui in concilio apud Cabarsussi fuimus (*v. l.* Cavarnasussis, Cabarsus, Cabarsussi, Cebarsussi). *adi.* Cebarsussēnsis, -e: CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 161ᴮ Marcianus episcopus -is. Cebarsusitānus, -a, -um: VICT. TONN. chron. II p. 204, 555, 2 Theodoro -ae ecclesiae episcopo. p. 206, 567, 2 Theodorus Cebarsuscitanus (*trad. etiam* Cebarsussitanus) episcopus. Cebresutānus, -a, -um: EPIST. MAXIM. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 Donatus -us (*v. l.* Cebresusitanus, Ceberesitanus) episcopus.

gen. **Cebeī** *nom. vitrarii in vasculis.* CORP. XIII 10025, 33 -i Yllici.

Cebenna *mons Galliae. cf. Ihm, PW. III 1820; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 880.* Cĕb-: LVCAN. 1, 435 AVSON. 297, 8. Cēb-: AVSON. 296, 5. *cf.* AVIEN. ora 622. CAES. Gall. 7, 8, 2 mons -a (*trad. etiam* Cevenna), qui Arvernos ab Helviis discludit, durissimo tempore anni altissima nive iter impediebat. 7, 8, 3 se Cevenna (*sic omnes codd.*) ut muro munitos existimabant. 7, 56, 2 oppositus mons -a (*v. l.* Cevenna, Cevennae, Caevenna). PLIN. nat. 3, 31 Narbonensis provincia . . . discreta . . . a reliqua . . . Gallia latere septentrionali montibus -a et Iuribus. 4, 105 Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum atque oceanum ac montes -am (-a *A*, Cebannam *ED*, Cebannum *R*) et Iures . . . longitudinem . . . (*cf.* SOL. 21, 1 Galliae . . . inter oceanum et montes -am [*v. l.* Cebanam, Gebennam] ac Iuris porriguntur. MART. CAP. 6, 634 inter oceanum et montes Gebennam [*B*, Gaebennam *R*, gehennam *b*] et Iuram). SVET. Iul. 25 *Gallia* saltu Pyrenaeo Alpibusque et monte Gebenna . . . continetur. DIMENS. provinc. 21 montibus -a (*Riese*, Catevene *trad.*) et Iuribus. *plur.*: MELA 2, 80 tum ex -is demissus Arauris iuxta Agathan . . . fluit. LVCAN. 1, 435 qua montibus ardua summis gens habitat cana (canas *MB*) pendentes rupe -as (Gebennas *plerique*, Gehennas *U*). AVSON. 296, 5 confinia propter ninguida Pyrenes et pinea -arum (Caebennarum *V*). 297, 8 qua . . . premunt Aquitanica rura -ae (Gebenne *V*). RVRIC. epist. 1, 11 crassitudine umbrarum Cevennarum frigus oceani sint aestatibus praebiturae *abietes*. *nota*: AVIEN. ora 622 at Cīmenice regio disce[n]dit procul salso ab fluento, fusa multo caespite, et opaca silvis: nominis porro auctor ⟨est⟩ mons dorsa celsus. *cf. gr.* Κέμμενον. *adi.* **Cebennicus,** -a, -um: MELA 2, 74 Gallia Lemanno lacu et -is montibus in duo latera divisa. DIVISIO orb. 7 *sq.* montibus -is.

Cebēs, -ētis *nom. vir. gr.* Κέβης. *acc. pl.* -as *v. infra l. 67.* -es *Socraticus, persona Phaedonis Platonici, cui ascribitur* πίναξ *qui dicitur libellus*: GELL. 2, 18, 4 *Phaedonem* -s Socraticus hortante Socrate emisse dicitur habuisseque in philosophiae disciplinis (*cf.* MACR. sat. 1, 11, 41). TERT. praescr. 39 meus quidem propinquus ex eodem poeta (*Vergilio*) inter cetera stili sui otia Pinacem -is explicuit. CHALC. comm. 355 de quibus (*i. ingenuis disciplinis*) -s pronuntiavit *eqs.* CLAVD. MAM. anim. p. 124, 21. *plur.* TERT. anim. 1 *christiana sapientia* interea in isto[s] tenebriore[s] carcere[s] saeculi inter suos -as et suos Phaedonas, si quid de anima [exanime] examinandum est, ad dei regulas diriget. *alii*: SVET. vita Verg. p. 57 *Vergilius* libidinis in pueros pronior, quorum maxime dilexit -em et Alexandrum . . ., utrumque non ineruditum, -em vero et poetam (*cf.* GLOSS. V 176, 31). SERV. ecl. 2, 15 tres dicitur amasse Vergilius, Alexandrum . . ., et -em cum Leria puella, quos a Maecenate dicitur accepisse: unde volunt quidam . . . per Menalcam -em intellegi. *cf.* SCHOL. Verg. Medic. *ad l.* CORP. VI 4187 (*in monum. Liviae*) Spera⟨t . . .⟩ Aug⟨. . .⟩ Cebet⟨i⟩. 6271 (*in monum. Statilior.*) -s dispe(nsator).

Cebetīna *nom. mul.* CORP. IX 2009 (*Beneventi, periit*) -ae C. f. ustri (?) santissime f. Valerius Fl.

Cebōsus *cogn. vir.* CORP. VIII 5589 (*in Numidia*) Herennius -us.

Cebrēn *fluv. Troadis*, Κεβρήν. COMMENT. Lucan. 9, 973 *Oenone* nympha -nis fluminis filia Paridi quondam nupta. *inde dicta* **Cebrēnia** *regio vel urbs* (Κεβρηνή, Κεβρηνία): PLIN. nat. 5, 124 Troadis primus locus Hamaxitus, dein -a (Crebenia *E*) ipsaque Troas.

Cebrēnī *incolae*, Κεβρηνοί: DICT. 5, 17 fitque princeps amicitiae

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius (*i. Antenoris*) rex -orum (*trad.* Gebrenorum, *corr vett. edd.*) Oenideus. *adi.* **Cebrēnis,** *Κεβρηνίς*: Ov. met. 11, 769 Hesperien patria -ida (*sic Planudes, edd. vett.*, crebrenida *sim. codd.*) ripa iniectos umeris siccantem sole capillos. STAT. silv. 1, 5, 21 viduae -idos (*trad.* crebre cuidos; *i. Oenones*) arida luctu flumina.

Cebresutānus *v.* Cebarsussi.

Cebrionēs *fil. Priami, Κεβριόνης.* HYG. fab. 90 p. 86 (Geriones *F*).

Cebron *v.* Hebron.

Cebrum *vel* **-us** *opp. Moesiae; cf. Patsch, PW. III 1821.* ITIN. Anton. Aug. p. 220, 1 -o. NOT. dign. or. 42, 5 = 15. 32 -o. COD. Iust. 2, 4, 30 (*a. 294*) Crevi (Cebri *Boecking*). RAVENN. p. 190, 3 Ciambron (*cf. Κία(μ)βρος* PTOL. 3, 9, 2 *et* Camistrum).

Cebula *opp. Liguriae inter Lunam et Genuam.* RAVENN. p. 337, 3 Guid. p. 512, 7.

Ceca *nom. inc.* CORP. VIII 22645, 89 (*in vasc.*) oe (*i.* o⟨f(ficina)⟩ -a.

Cecanius, -a *nom. gent., cf.* Caecinius *al.* CORP. XI 6712, 108 (*in signaculo*) -ae Dignae.

Cecaumenē *regio, κεκαυμένη; cf.* Catacecaumene. SCHOL. Hor. carm. 1, 22, 22 (sub curru nimium propinqui solis in terra domibus negata) -en dicit inhabitabilem. *sim.* 3, 3, 55. 4, 14, 5. MART. CAP. 1, 17 flamma flagrantior et ab ipsis -is (*videtur genet.* -es, *nisi est adiect.*) exanclata fomitibus. VEN. FORT. carm. 3, 4, 6 non -e rabida nec ursae situs frigoribus intertextus respirat.

Ceccedius, -a *nom. gent.; cf.* Ceccius, Ciccedius *et W. Schulze, Eigennamen p. 427* CORP. V 151 (*Polae*) Q. -o Q. ⟨f.⟩ Senecioni, Q. -o Q. l. P⟨. . .⟩, -ae Q. l. Adv⟨entae⟩.

Cecciq(um) *nom. gentis Hispanae.* CORP. II 5762 (*in prov. Tarrac.*) Caisaros -q(um) pr(inceps) Argailo(m).

Ceccius, -a *nom. gent., cf.* Ceccedius, Ceccus, Cecienus. CONST. veteran. 109 p. 2328[70] extr. 18 M. -o Iustino . . . cos. *a. 139.* CORP. VI 14625 Cn. -us Felix, -ae Rufinae coniugi. 32903, 14 (*a. 185*) C. -us Terti⟨us⟩ *miles.* 35364 -a Atthis.

Ceccus *nom. vir.* CORP. XIII 10010, 510 (*in vasc.*) -us. II 943 (*in Lusitania*) ⟨C⟩ecci Lu⟨c⟩ulli. *cf. l. 7* (*an* Ceccius?).

Ceceaecī *nom. deorum.* CORP. II 2472 (*Aquis Flaviis, in prov. Tarrac., periit*) Laribus Tarmucenbacis -is. 2597 (*in Callaecia, periit*) diis Ceceaigis.

Ceciēnus, -a *nom. gent., cf.* Caecius *sim.* (*et* Ceccius *al.*?). CORP. IX 577 (*Venusiae*) Successa -a Edone vernae p(osuit).

Cecil- *v.* Caecil-. **Cecilia** *opp. v.* Caelia.

Cecina *v.* Caecina *1 et 2.*

Cecius *fort. leg.* CORP. XI 4871 *v. p. 293, 70.*

Cecropis, -ius *v.* Cecrops.

1. Centumcellae *portus Etruriae, statio viae Aureliae, hodie* Civita vecchia; *cf. Hülsen, PW. III 1934; Nissen, Ital. Landesk. II 332; Bormann, Corp. XI p. 524.* PLIN. epist. 6, 31, 1 evocatus in consilium a Caesare nostro ad -as — hoc loco nomen — maximam cepi voluptatem. 6, 31, 14 *sqq. describitur.* FRONTO p. 56, 23 N. ad -as ibitis. p. 57, 3 Galbam certe ad -as produces. AVR. Fronto p. 92, 21 N. LAMPR. Comm. 1, 9 auspicium crudelitatis apud -as dedit anno aetatis duodecimo. nam cum tepidius forte lotus esset, balneatorem in fornacem conici iussit. ITIN. Anton. Aug. 291, 2 *statio viae Aureliae.* 300, 6 a Roma per Portum -is. 301, 5. 498, 4. 5. SERV. auct. Aen. 10, 183 fluvius est Minio Tusciae, ultra -as. PAVL. NOL. carm. 23, 364 *portum* allabitur, cui -as nomen est. RVT. NAM. 1, 237 ad -as forti defleximus austro: *deinde describitur.* CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 75, 16 professores, qui se separaverunt a Cornelio ... -is expulsi (LIB. pontif. p. 29, 1 Cornelius episcopus -is expulsus. 29, 13. 30, 3). TAB. Peut. 5, 2. RAVENN. 267, 3 -is. 335, 2 Guid. 474, 3. 510, 23. PROCOP. bell. Goth. 2, 7, 18 πόλιν ἐπιθαλασσίαν, λόγον πολλοῦ ἀξίαν, Κεντουκέλλας ὄνομα. 2, 7, 23. 3, 13, 12. 3, 36, 11 ⟨ἴασιν⟩ ἐς Κεντουκέλλας, ἐπεὶ ὀχύρωμα ἕτερον τῶν τῇδε χωρίων οὐδαμῇ σφίσιν ἐλέλειπτο. 3, 37, 8. 10. 4, 34, 20. CORP. VI 3674[b] Bellonae Centu cellis. **Centumcellēnsis** *adi.* EPIST. pontif. a. 487 Thiel p. 259 Paschasio -i *episcopo.* CONC. Rom. a. 499 p. 400, 42 Molensi -i *episcopo* (p. 408, 48 Molensis episcopus ecclesiae -is). a. 531 Mansi 8, 739[D] Caroso -is *civitatis episcopo.* GREG. M. in euang. 36, 13 in -i urbe. dial. 4, 55 p. 417[A] in dioecesi -is urbis (πόλεως Κεντουμκέλλων) habitabat *presbyter.* epist. 1, 13 Dominico episcopo -i (5, 57[a], 8. CONC. Rom. a. 601 Mansi 10, 488[C]). CONC. Rom. a. 649 Mansi 10, 867[A] Martino -i episcopo (Κεντουχέλλων).

2. Centumcellae *Hispaniae*: CONC. apud Lucum a. 569 Mansi 9, 815[C] ad cathedram Bracarensis ecclesiae, quae in vicino sunt, -as.

Centumpeda *cogn. Iovis, cf.* centipes, centipeda. AVG. civ. 7, 11 dixerunt eum (*sc. Iovem*) ... -am ... quod haberet ... stabiliendi ... potestatem.

1. Centum putea *statio viae quae est inter Viminacium et Tibiscum; cf. Patsch, PW. III 1935, 16.* TAB. Peut. 7, 3.

2. Centum putea *opp. Syriae, prope Palmyram; cf. Benzinger, PW. III 1935, 22.* TAB. Peut. 10, 5 (PTOL. 5, 14, 19 Πούτεα).

Centunculus *nom. vir., cf.* centunculus. CORP. XII 5368 (*inter Narbonem et Tolosam*) -us hic.

Centuriānēnsis *v.* Centurionensis. **Centurica** *v.* Centuripae.

Centuriēnsis *adi. opp. Numidiae, cf.* Κεντούρια PROCOP. bell. Vand. 2, 13. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 99[B] Quodvultdeus episcopus plebis -is. NOT. episc. Num. 95 Ianuarius -is.

Centurio *cogn. vir.* CORP. XI 4649 (*Tuder*) G. Allienus T. f. Vol(tinia) -o (*si revera nomen est*). XIII 639 (*Burdigalae*) Gero(n)tius et -o fratres. 687 -o f(ilius) *Censorini Tasgilli lib.* 864 ⟨. . .⟩iae -is fil(iae).

Centuriōnēnsis *adi. opp. Numidiae.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 153[C] Ianuarius episcopus -is. NOT. episc. Num. 6 Firmianus Centurianenis.

ad Centuriōnēs *v.* ad Centenarium.

a Centurionis OPTAT. 1, 14 p. 17, 4.

Centuripae *opp. Siciliae,* τὰ Κεντόριπα (αἱ Κεντούριπαι); *cf. Mommsen, Corp. X p. 719. Kaibel, Inscr. graec. XIV p. 136.* Centuripa: ITIN. Anton. Aug. p. 93, 5. Centurippa: TAB. Peut. 7, 1. RAVENN. Guid. p. 497, 2 Centurica. SCRIB. LARG. 171 -as. PLIN. nat. 31, 86 *color salis* -is purpureus. SIL. 14, 204 necnon e vertice celso -ae. SOL. 5, 19 cetera salinarum metalla, quae sunt aut Agrigento aut -is proximantia, funguntur cautium ministerio. **Centuripīnus** *adi.,* Κεντοριπῖνος. CIC. Verr. 3, 120 legati -i. 3, 143 populum ... -um. 3, 156 Artemonem -um legatum. 3, 163 decem milia esse civium -orum, fortissimorum fidelissimorumque sociorum. 3, 166 aratores ... -i. 4, 13 foederatae civitates duae sunt ... quinque praeterea sine foedere immunes ac liberae, -a, Halesana *eqs.* (*cf.* 6, 83 quid civitates, quae in amicitia fideque populi Romani perpetuo manserant? ubi Segestana, ubi -a civitas? quae cum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populum Romanum attingat). 4, 108 senatus et populus -us ... ipsi aratores -i, qui numerus est in Sicilia maximus hominum honestissimorum et locupletissimorum, tres legatos, cives suos, delegerunt. 4, 114 aratores -i, qui numerus in agro Leontino maximus est. *ibid.* -a civitas. *ibid.* aratoribus -is. 5, 17 quid te a -a civitate ... circumveniri atque opprimi dicis? 6, 105 Phalacrum, -um nauarchum. PLIN. nat. 21, 31 prima nobilitas Cilicio *croco* ... mox -o Siciliae (SOL. 5, 13 fetus terrae [*sc. Siciliae*] -o croco vincitur). *subst. n.* Centuripīnum: MELA 2, 118 interius vero (*sc. in Sicilia*) Leontini et -um. **Centuripīnī** *incolae* (*pro civitate p. 326, 2*). CIC. Verr. 3, 161 -orum senatus decrevit populusque iussit. 3, 162 -orum magistratus et decem primos. decreta -orum. 3, 163 -os. -orum amicissima et fidelissima civitas, ... decreta -orum. 4, 53 Nympho est -us. 4, 56 Eubulidas est Grosphus, -us. 4, 108 -i, qui agri Aetnensis multo maximam partem possident. arant enim tota Sicilia fere -i. -i ... in omnium fere finibus possessiones habent. 4, 114 Andronem -um. 4, 129 -um Dioclem. 4, 180 frumentum -orum et Agrigentinorum. 5, 20 -os et Halaesinos, immunes populos. 5, 29. 50 ut -is, in civitate totius Siciliae multo maxima et locupletissima, omne argentum conquireret. 6, 70 ad homines a piratarum metu et suspicione alienissimos, a navigando rebusque maritimis remotissimos, ad -os, homines maxime mediterraneos, summos aratores, qui nomen numquam timuissent maritimi praedonis. 6, 116. 122. PLIN. nat. 3, 91 intus autem (*sc. in Sicilia*) Latinae condicionis -i. *nota genet.* Centuripitum: NOT. Tir. 85, 70. *inde adi.*: **Centuripitānus:** NOT. Tir. 85, 71.

Centurius *nom. vir.* AVG. retract. 2, 19 cum adversus partem Donati multa ageremus, attulit ad ecclesiam quidam laicus tunc eorum nonnulla contra nos dicta vel scripta ... brevissime respondi. huius libellus titulus est: contra quod attulit -us a Donatistis (*liber non extat*).

Centusmia *nom. mul. celt.* CORP. XIII 2191 (*Luguduni, saec. III*) -a Abba *neptis Iuventiniae Auspiciae.*

Centyllius *v.* Centullius.

Cēnulus *cogn. Iani.* LYD. mens. 4, 1 ὁ Λαβεὼν οὖν φησιν αὐτὸν καλεῖσθαι Ἰανὸν Κονσίβιον ..., Ἰανὸν Κήνουλον καὶ Κιβούλλιον ... οἷον εὐωχιαστικόν.

Cenuria *nom. mul.* CORP. V 5751, 12 (*in agro Mediolaniensi*) Nigellae, Secundae, -ae, Blandae, Maurena⟨e⟩ filiabus.

gen. **Cenute** *nom. barb.* CORP. VIII 14941 (*Thignicae*) Datus Cenute (f.) sacerdos.

Cenuthius *nom. vir.* PAPYR. Lips. 38 I 2. II 1 -us advocatus *Hermupolitanus.*

Ceolfridus *nom. vir. barb.* INSCR. christ. Brit. 198 (*a. 685*) Ceolfridi abb(atis) eiusdemq(ue) q(uondam?) eccles(iae) d(e)o auctore conditoris. BEDA chron. 590 (chron. min. III p. 320, 4) his temporibus multi Anglorum ... Romam venire consueverant, inter quos etiam reverentissimus abba meus -us. *Schwering.*

Ceollach *v.* Cellacus.

Cepalo *v.* Cephalo.

Cepārius. **1** *nom. gent. v.* Caeparius. *fortasse huc pertinet adi.* **Cepārius,** -a, -um: CORP. XV 2564 (*in amphoris, saec. III*) (ex) figul(inis) Cepa⟨r(iis)⟩. *cf.* 2565. 2566. 2567. 4226 (*a. 149*), *si ita supplendum est. cf. adnot. ad Corp. XV 2564.* **2** *cogn.*: CORP. VIII 7817 (*in Numidia*) Valerius -us. 19202 C. Aelius -us. *cf.* 12237 (= 790, *in provinc. procos.*). *estne* ceparius?

Cepasia *cogn. mul., v.* Caepasius. CORP. VI 2787 b Aur(eliae) -ae.

ad Cepasiās *statio inter Opitergium et Tridentum*: ITIN. Anton. Aug. p. 280, 6. *cf.* Caepasius.

Cepasius *v.* Caepasius.

Ceperāria *opp. Palaestinense*: TAB. Peut. 10, 1. *cf. Benzinger, PW. III 1965.*

Cepereius *nom. gent., ut videtur; cf.* Caepius (*et* Afreius: Afius *al.*). CORP. V 8114, 21 (*in lucerna, descripsit Mommsen*). *idem esse videtur* CORP. III 14372, 8 (*in lucerna*), *ubi v. Chlingensperg legit* Ceperitius.

Cephala *agn. vir. graec.,* Κεφαλᾶς. PALLAD. hist. mon. 1, 35 sanctus ... Paphnutius, quem -am cognominabant, ... vir magnam ... scientiam Scripturae habens.

Cephalānia, Cephalēna, Cephalēnia *v.* Cephallanes.

Cephalēdum *v.* Cephaloedium.

Cephalio, -ōnis *nom. serv. graec.,* Κεφαλίων; *cf. K. Schmidt, Hermes 37, 182.* PLAVT. Friv. frg. 10 o amice ex multis mi une -o. -o, *fortasse Attici servus tabellarius*: CIC. Att. 7, 25. 9, 19, 4. 10, 1, 2. 10, 2, 1. 10, 15, 1. 11, 12, 1. 11, 16, 4. CORP. VI 9208 L. Sempronius L. l. -o aurifex. XII 4562 add. (*saec. I in.*). XIII 2203 Marius -o. HYG. fab. 14 p. 48 Eribotes ... et Canthus *Argonautae* ... interfecti sunt in Libya a pastore -e, Nasamonis fratre, filio Tritonidis nymphae et Amphithemidis. *est* Κάφαυρος APOLL. RHOD. Argon. 4, 1488 *sqq.*

1. Cephalius *v.* Cephalus.

2. Cephalius *nom. vir.; i. q.* Capito. *cf.* Cephalo. CORP. VIII 20758 (= CARM. epigr. 518, *in Numidia*) Caefalio ex⟨imi⟩ae laudis i⟨uve⟩ni (*subscriptum est* Iul. Kapito Iul. Kapitoni fil(io)). XV 7472 (*saec. III in., in fistula*) Iuliorum -orum c(larissimorum) v(irorum). INSCR. christ. Hisp. 77 (*a. 534*) -us famulus dei.

massa **Cefalīna** in Creta LIB. pontif. p. 56, 22.

Cephallānes, -um, Κεφαλλᾶνες, *incolae insulae Cephalleniae.* LIV. 37, 13, 12 duas Rhodias triremes ... ad fretum Cephallaniae tuendum praetor misit. infestum id latrocinio Lacedaemonius Hybristas cum iuventute -um faciebat. SEN. Tro. 518 dux -um (*sc. Vlixes*). Cephallēnes (Κεφαλλῆνες) *adi. et incolarum vocabulum*: LIV. 39, 5, 16 duces aut Aetoli et -es aut regii. SIL. 15, 305 Samen ... inaccessam fluctuque sonantia cano saxa -um. *inde nomen insulae* **Cephallānia,** Κεφαλλανία. Cephalan- *p. 327, 5,* Cephallen- *p. 327, 11,* Cephalon- *p. 327, 17.* LIV. 36, 11, 9 circa -am. 36, 12, 9 qui ab Atilio legatus -ae praepositus erat. 37, 13, 11. 12 (*supra l. 71*). 37, 50, 5 in -am insulam (38, 9, 10 VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 ITIN. Anton. Aug. p. 524, 2 TAB. Peut. 7, 3 GLOSS. III 528, 11). 38, 10, 2 in -am (38, 28, 5. 42, 37, 3. 42, 48, 8. 9). 38, 11, 8. 38, 38, 8 M. Fulvius ... cum traiecisset in -am ... obsides inde imperatos pro viribus inopes populi ... dederunt. insperata pax -ae affulserat, cum repente una civi-

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas ... Samaei desciverunt. 38, 30, 1 compositis rebus -ae, praesidio Samae imposito (*cf.* SERV. Aen. 7, 207). 38, 31, 5 legatos extemplo -am mittendos. 38, 43, 8 M. Fulvium ab Aetolis et -ae populis accusari. 42, 48, 6 iussus ... ad -am (42, 56, 1) classi occurrere. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 in Cephalania (*ita codd., item* ITIN. Anton. Aug. p. 519, 1. 524, 2 TAB. Peut. 7, 3 NOT. Tir. 84, 94[1] GLOSS. III 528, 11) insula. MELA 2, 110. PLIN. nat. 4, 54. 55 ante -am. 11, 95 in -a amnis quidam penuriam *cicadarum* et copiam dirimit. 32, 18 *pisces* ita salsos *esse,* ut possint salsamenta existumari, circa -am et Ampelon. FLOR. epit. 2, 9, 4 omnem ... late -am. LIV. perioch. 38. Cephallēnia, Κεφαλληνία. Cephalen- *l. 12*: LIV. 39, 4, 1 de rebus in Aetolia -aque ... gestis. 39, 5, 13 triumphavit ... de Aetolis et de -a. AMPEL. 6, 5 Cephalenia (NEPOTIAN. 9, 30 OROS. hist. 1, 2, 58 LIB. gener. chron. I p. 99, 91. CHRON. Alex. chron. I p. 99, 65 Cefalinia. LIB. geneal. chron. I p. 169, 200). DICT. 6, 14 Telemachus agris, qui in -a erant, relegatur. OBSEQ. 14 in -a tuba in caelo cantare visa. 23. Cephalonia: EXPOS. mundi 65 Zacynthus et -a insulae, habentes abundanter omnia bona. RAVENN. p. 401, 17. Cephallēna: PRISC. perieg. 449 regna -ae (cephalenae *A*) prope sunt sapientis Vlixi. *adi.* **Cephallēnus,** -a, -um: AVIEN. orb. terr. 596 haut procul inde prisca -ae consurgunt oppida terrae.

Cephalō(n) *nom. vir. graec.*, Κεφάλων. -on *Gergithius qui scripsit* Τρωικά: FEST. p. 266 Romam appellatam esse -on Gergithius ... ait ab homine quodam comite Aeneae. *cf.* ATHEN. 9, 393 D *al.* *cogn. vir.*: LVCIL. 422 Cassius Gaius hic operarius, quem -em dicimus sectorem furemque. CORP. II 155 (*in Lusitania*) Fel(ix) Cepalonis f(ilius) Severus. 1936 (*in Baetica*) C. Marcio -i. V 6902 M. Asonio St(ati) f. -i sexvir(o). XII 4723[add.] L. Corne(lio) -i. *v. etiam* Cephalus *l. 70.* *cf.* Cephalonius.

Cephalōdum *v.* Cephaloedium.

Cephaloedium *opp. Siciliae*, Κεφαλοίδιον, *hodie* Cefalù. CIC. Verr. 3, 128 -i(i) mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. PRISC. gramm. II 82, 6 a -o Cephaloeditanus. *ablat.*: TAB. Peut. 7, 1 Cephaledo. ITIN. Anton. Aug. p. 92, 2 Cephalodo. RAVENN. p. 403, 1 Capaiodo (Guid. p. 496, 6 Kefaludin). *eadem* **Cephaloedis,** Κεφαλοιδίς: PLIN. nat. 3, 90 -is. *inde adi.* **Cephaloedītānus,** -a, -um: CIC. Verr. 4, 103 -am *civitatem*. 4, 172 -um *frumentum*. SERV. ecl. 8, 68 apud -um oppidum. PRISC. gramm. II 82, 6 (*v. l. 33*). *adi.* **Cephaloedias,** Κεφαλοιδιάς: SIL. 14, 252 quae ... procelloso -as ora profundo caeruleis horret campis pascentia cete.

ad Cephalon *statio Illyrici*: TAB. Peut. 7, 5. RAVENN. p. 205, 18 [Ceflon.

Cephalonia *v. l. 17.*

Cephalōnius, -a *nom. gent., deriv. a* Cephalo. CORP. VIII 1510 (*in provinc. procos.*) -us Sper⟨a⟩tus.

Cephalonnēsos *ins. prope Chersonesum Tauricam sita*, Κεφαλόννησος. PLIN. nat. 4, 93 in Carcinite sinu -os. AMM. 22, 8, 40 *Borysthenis* in marginibus nemorosis Borysthenes est civitas et -us.

Cephalotomī, Κεφαλοτόμοι, *gens ad Pontum Euxinum*: PLIN. nat. 6, 16 Serri, -i.

Kefaludin *v.* Cephaloedium *l. 35.*

Cephalus *nom. vir. graec.*, Κέφαλος. **1** *maritus Procridis Erecthei filiae, quam inscius interfecit; cf. Rapp, Roschers Lex. II 1089 sqq.*: OV. am. 1, 13, 39 si, quem mavis, -um complexa teneres (*Aurora*). epist. 4, 93 clarus erat silvis -us. EPIST. Sapph. 87 *Phaonem* ne pro -o raperes, Aurora, timebam. OV. ars 3, 84 nec -us roseae praeda pudenda deae. 3, 695 *sqq.* 725 redit -us silvis, Cyllenia proles. met. 6, 681 Aeolides -us te coniuge felix, Procri, fuit. 6, 493. 495. 502. 512. 665. 865. 8, 4. MART. 11, 69, 5 *canis*, qui Dictaea -um de gente secutus luciferae pariter venit ad astra deae. HYG. astr. 2, 35. 42 *Hesperum* Aurorae et -i filium. HYG. fab. 48 p. 72, 14 -us Deionis filius rex Atheniensium. 160 p. 15, 3 *Mercurii filius* -us ex Creusa, Erecthei filia. 189 p. 120, 3. 241 p. 134, 17. 270 p. 145, 16 -us Pandionis filius *formosissimus fuit.* 273 p. 147, 23. AVSON. 325, 21 vulnera siccat adhuc Procris -ique cruentam diligit et percussa manum. SCHOL. Germ. Bas. p. 94, 11. SERV. Aen. 6, 446 georg. 1, 19 *pro* Celeus. **2** *pater Lysiae oratoris*: CIC. Att. 4, 16, 3 (*in Platonis* πολιτείᾳ) in Piraeum Socrates *venit* ad -um, locupletem et festivum hominem. **3** *princeps Epirotarum*: LIV. 43, 18, 2 cum *Perseo* a Threcia pacem Cotys, ab Epiro -us repentina defectione ab Romanis praestarent. 45, 26, 10 pertinacia -i (Cephalonis *cod.*) principis clausum Tecmonem ipso interfecto *L. Anicius* recepit. Κέφαλος *apud* POLYB. 27, 13 *al.* **4** *cogn.*: CORP. II 720 ⟨L.⟩ Ca⟨ecil⟩ius -us. *nom. singulare*: CORP. II 11. *adi.* **Cephalius** *in versu spurio*: OV. am. 1, 13, 31 quid si -o numquam flagraret amore *Aurora*?

Cēphās, Κηφᾶς *cogn. Simonis filii Ionae, Christi apostoli, ortum a voce aramaica saxum significante, unde graece dictus est* Πέτρος. *acc.* -an *p. 328, 16.* Caefas: ITALA (Priscill. tract. 10, 125) I Cor. 3, 22. AVG. cons. euang. 2, 53, 109 *cod. F* (Chephas *codd. HAE*). VVLG. Ioh. 1, 42 tu es Simon filius Iona: tu vocaberis -as. quod interpretatur Petrus (OPTAT. 2, 2 p. 36 omnium apostolorum caput Petrus, unde et -as est appellatus. HIER. nom. hebr. p. 66, 14 *et* 75, 15 -as Petrus. Syrum est. p 77, 15 EVCHER. instr. 2 p. 143, 22. ISID. orig. 7, 9, 3 -as *Petrus* dictus eo quod in capite sit constitutus apostolorum; κεφαλή enim graece caput dicitur et ipsum nomen in Petro Syrum est. *cf.* AVG. cons. euang. 2, 17, 34. 2, 53, 109). VVLG. I Cor. 1, 12 ego ... sum Pauli *sectator*, ego autem Apollo, ego vero -ae (CLEM. ad Cor. 47 spiritaliter scripsit vobis pro semetipso et Cefae et Apollo). 3, 22. 9, 5. 15, 5 *Christus, postquam resurrexit*, visus est -ae (ITALA Aug. cons. euang. 3, 25, 71. 85 RVFIN. hist. 1, 12, 4). Gal. 2, 9 Iacobus et -as (*Amiat., sed Fuld. et* HIER. in Gal. p. 403 Petrus) et Iohannes. 2, 11 cum ... venisset -as (HIER. in Gal. p. 406 Petrus) Antiochiam, in faciem ei restiti. 2, 14 dixi -ae coram omnibus. HIER. in Gal. 2, 11 p. 408 sunt qui -an, cui hic in faciem restitisse se scribit, non putant apostolum Petrum, sed alium de septuaginta discipulis isto vocabulo nuncupatum. quibus primum respondendum, alterius nescio cuius -ae nescire nos nomen, nisi eius qui et in euangelio et in aliis Pauli epistolis et in hac quoque ipsa modo -as, modo Petrus scribitur. non quod aliud significet Petrus, aliud -as: sed quod quam nos latine et graece petram vocemus, hanc Hebraei et Syri propter linguae inter se viciniam -an nuncupent. epist. 37, 1, 1. RVFIN. hist. 1, 12, 2 Clemens ... in quarto Dispositionum libro -ae mentionem facit, de quo Paulus dixit (*Gal. 2, 11 l. 6*), et dicit eum unum esse ex septuaginta discipulis cognominem Petri apostoli.

Cēphēn, -is *fl. Indiae.* HIER. sit. et nom. 117, 7 unus de minoribus Noe Evila dictus est, quem Iosephus refert cum fratribus suis a flumine -e (EVSEB. Κωφῆνος, *item* IOS. ant. 1, 6, 4) et regione Indiae usque ad eum locum, qui appellatur Hieria, possedisse.

Cēphēnes *Aethiopes*, Κηφῆνες; *cf. appell. et* Cepheus. OV. met. 5, 1 -um medio ... agmine. 5, 97 -um ... regem. Ib. 554 *Medusa*, -um multos quae dedit una neci. **Cēphēnus** *adi. et* **Cēphēnī** *gens*: OV. met. 4, 764 -i proceres ineunt convivia regis. PLIN. nat. 6, 28 claudunt eam (*Armeniam*) montes ab oriente, sed non statim, Cerauni, nec Adiabene regio. quod interest spatii, -i tenent, ab his iuga ultra Adiabeni tenent. *inde* **Cēphēnia,** Κηφηνία, *regio*: PLIN. nat. 6, 41 per devexa laterum Armeniae maiori a frontis parte, quae vergit in Commagenen, -a, ut diximus, copulatur.

Cepherīnus *v.* Zephyrinus.

Cēpheus, Κηφεύς, *rex Aethiopum et sidus in septentrionali parte caeli.* *gen.* -i: CIC. Arat. 52 haec (*Ales*) dextram -ei (*bisyll.*) dextro pede pellere palmam gestit. VITR. 9, 4, 3. 6 PLIN. nat. 6, 182 HYG. astr. 3, 9 HYG. fab. 64 p. 62, 16 MART. CAP. 8, 827. 840. 842. -eos: GERM. 189 quantum latus a pede dextro -ĕos extremam tangit Cynosurida caudam. 191 minor utraque iungit regula -ĕos vestigia. 282 iuxta regalem -ĕos ulnam. *acc.* -ea: OV. met. 5, 41 (-ĕa). AVIEN. Arat. 440 (-ēa). MELA 1, 64 TERT. scorp. 10. HYG. astr. 2, 9 (-eum *R*). *abl.* -eo: TAC. hist. 5, 2 HYG. astr. 2 praef. **1** *rex*: OV. met. 4, 738 Cassiope -usque pater *Andromedae*. 4, 770. 5, 12. 42. 44. MELA 1, 64 est Iope ante diluvium ... condita, ubi -ea regnasse eo signo accolae affirmant, quod titulum eius fratrisque Phinei veteres quaedam arae cum religione plurima retinent (*cf.* PLIN. nat. 6, 182 *Aethiopiam* Syriae imperitasse ... nostroque litori aetate regis -i patet Andromedae fabulis. TAC. hist. 5, 2 plerique *aiunt Iudaeos* Aethiopum prolem, quos rege -eo metus atque odium mutare sedes perpulerit). HYG. astr. 2, 9 -us. hunc Euripides cum ceteris Phoenicis filium, Aethiopum regem esse demonstravit, Andromedae patrem ... ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque -ea inter sidera superiores numerasse. 2, 11. HYG. fab. 64 p. 62, 16 *Andromedam* cum *Perseus* abducere vellet, -us pater cum Agenore, cuius sponsa fuit, Perseum clam interficere voluerunt *eqs.* GLOSS. III 241, 38. 293, 23. 524, 40. **2** *sidus*: CIC. Tusc. 5, 8 nec stellatus -us cum uxore, genere, filia traderetur, nisi .... GERM. 680 (*cf. infra l. 74*). MANIL. 5, 23 Andromedan ... *Perseo* negans genitor cum coniuge -us. HYG. astr. 2, 9 (*cf. supra l. 49*). 3, 9 *Cassiepiam* proxime -i signum collocatam. TERT. scorp. 10 facilius Aratus Persea et -ea et Erigonam ... deliniabit. PORPH. Hor. carm. 3, 29, 17 -us ..., qui inter sidera receptus est. *de figura, positione, ortu, occasu*: CIC. Arat. 52 (*supra l. 35*). 82 -us conditur alte. 415 *Andromedam* contra -us non cessat tendere palmas. 417 -us caput atque umeros palmasque reclinat (*cf.* GERM. 643 caput abditur, ipse regalis -us altis intactus ab undis. HYG. astr. 4, 12 AVIEN. Arat. 1165). 437 cedit converso corpore -us, extremas medio contingens corpore terras. hic caput et superas potis est demergere partes: infera lumborum numquam convestiet umbra; nam retinent Arctoe lustrantes lumine summo. 461. nat. deor. 2, 111 minorem ... septentrionem -us passis palmis a tergo subsequitur. MANIL. 1, 354 -us ... et Cassiepia in poenas signata suas. VITR. 9, 4, 3. 6 septentrionis ... minoris et -i (Cassiopae *codd.*) simulacri complures sunt stellae confusae. GERM. 184 Iasides etiam caelum cum coniuge -us (*cf.* AVIEN. Arat. 441) ascendit. 282. 310. 680 radit tellurem rediens cum sidere -us. COLVM. 11, 2, 51 septimo idus Iul. -us vespere exoritur, tempestatem significat. HYG. astr. 2 praef. 2, 9 (*cf. supra l. 49*). 3, 8 -us a tergo minoris Arcti constitutus, includitur arctico circulo a pedibus ad pectus, ut praeter umeros et caput eius nihil occidere videatur *eqs.* ... huius corpus Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. hic autem habet in capite stellas II, in manu dextra I ... hic totus omnino stellarum est XVIII (*cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 77 *ubi sidus habere XVII stellas dicitur*). 3, 9 (*cf. supra l. 59*). 4, 6. AVIEN. Arat. 440 nec mea musa senem tacitum -ea relinquet *eqs.* 687. 1159 boreae de parte trucis ... prospi-

[Jacobsohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciens ... vaga bracchia -us exerit et saevam pelagi monet affore pestem. 1198. 1227 CLAVD. 26, 245 MART. CAP. 8, 827. 838. 840 -i corpus mediatenus thorace partito diversis circulis attribuitur. 8, 842 Libra surgente occidunt ... Andromedae caput ... -ique umeri ... Scorpione autem nascente occidunt Andromedae pars reliqua, item -i pars, quae extra septemtrionalem exitum posita ... Sagittario nascente ... oriuntur ... -i caput umerique. ANTH. 761, 45. *sidus natalicium*: MANIL. 5, 450 sed regione means -us umentis Aquari non dabit in lusum mores; facit ora severae frontis *eqs.* 3 Cepheus *Argonauta*: VAL. FL. 1, 374 quique Erymanthei sudantem pondere monstri Amphitryoniaden Tegeaeo limine -us iuvit et Amphidamas. HYG. fab. 14 p. 46, 24 Amphidamas et -us Alei et Cleobules filii de Arcadia. *inde* **Cēphēis,** *Κηφηίς, filia Cephei, Andromeda*: OV. ars 3, 191 albis *vestibus*, -i, placebas. MANIL. 1, 436 ad expositae fatum -idos. *sidus Andromedae*: GERM. 240 inter Lanigeri tergum et -ida maestam. 704 pisces educunt -ida. AVIEN. Arat. 641 *cygnus* dextro late -ida dextram radens remigio. *adi.* **Cēphēius,** -a, -um, *Κηφήιος*: PROP. 1, 3, 3 -a ... Andromede. OV. am. 3, 3, 17 -a virgo ... pro male formosa iussa parente mori. EPIST. Sapph. 35 candida si non sum, placuit -a Perseo Andromede, patriae fusca colore suae. ANTH. 761, 48 -a coniux (*sc. sidus Cassiepiae*). **Cēphēus,** *Κηφεῖος*: PROP. 4, 6, 78 -am (*i.* Aethiopicam) hic Meroen fuscaque regna canat. OV. met. 4, 669 Aethiopum populos -aque (Cepheiaque *codd.*) conspicit arva.

Cephira *v.* Chephira. **Cēphīsias** *v.* Cephisus.

1. Cēphīsis *v.* Cephisus.

2. Cēphīsis *lacus Africae* (*Κηφισιάς* SCYLAX 112). PLIN. nat. 37, 37 qui de his nuperrime scripsit vivitque adhuc Asarubas tradit iuxta Atlanticum mare esse lacum -ida, quem Mauri vocent Electrum. hunc sole excalfactum e limo reddere electrum fluitans.

Cēphīsius *v.* Cephisus.

Cēphīsodōrus, *Κηφισόδωρος, nom. pictoris*: PLIN. nat. 35, 60 nonagesima ... Olympiade fuere *pictores* Aglaophon, -us, Erillus, Euenor ..., omnes iam illustres, non tamen in quibus haerere expositio debeat festinans ad lumina artis. *v. etiam* Cephisodotus *l. 42.*

Cēphīsodotus, *Κηφισόδοτος, nom. statuariorum.* PLIN. nat. 34, 87 -i duo fuere: prioris est Mercurius Liberum patrem in infantia nutriens; fecit et contionantem manu elata, persona in incerto est. sequens philosophos fecit. *prior*: PLIN. nat. 34, 50 centesima altera *Olympiade* Polycles, -us, Leuchares *floruerunt.* 34, 74 Cephisodorus Minervam mirabilem in portu Atheniensium et aram ad templum Iovis Servatoris in eodem portu *fecit*, cui pauca comparantur. *posterior*: PLIN. nat. 34, 51 centesima vicesima una *Olympiade floruere* Eutychides ... -us (Cephisicrotus *codd.*). 36, 24 Praxitelis filius -us et artis heres fuit. cuius laudatum est Pergami symplegma nobile *eqs.*

Cēphīsophōn *nom. vir. graec., Κηφισοφῶν.* SORAN. p. 66, 24 malagmata ... dia spermaton et polyarchion et dia dafnidon et -ontis.

Cēphīsus, *Κηφισός, nomen fluviorum Graecorum.* Cephissus *l. 74 et 79, nom.* -os *l. 73. 75. 81, acc.* -on *l. 54.* 1 *fl. Phocidis et Boeotiae* (*et deus*): OV. met. 3, 19 vada -i. 3, 343 quam (*Liriopen*) quondam flumine curvo implicuit clausaeque suis -us in undis vim tulit. 7, 388 -on ... deflentem fata nepotis ... in tumidam phocen ab Apolline versi. VITR. 8, 3, 14 sunt ... Boeotia flumina -os et Melas, Lucania Crathis *eqs.* ad ea flumina, cum pecora suis temporibus anni parantur ad conceptionem partus, per id tempus adiguntur cotidie potum, ex eoque quamvis sint alba procreant aliis locis leucophaea aliis locis pulla *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 2, 230 in Boeotia amnis Melas oves nigras facit, -us, ex eodem lacu profluens, albas). LVCAN. 3, 175 *Boeotos* impiger ambit fatidica -os aqua. PLIN. nat. 4, 8 amnis -us, praefluens Delphos, ortus in Lilaea urbe (*cf.* VIB. SEQ. geogr. p. 147). 4, 26. 27 Locri ... Epicnemidii ..., per quos amnis -us defertur in mare (*cf.* SOL. 7, 25) ... in ripa -i ... Lilaea. 16, 169. 172 *a tibicinibus* immensum quantum praelatis *harundinibus* quas ipse -us abluisset. STAT. Theb. 7, 340 tu quoque praeclarum forma, -e, dedisses (*sc. ad bellum*) Narcissum (HYG. fab. 271 p. 146 Narcissus -i fluminis filius. MYTHOGR. 1, 185. *cf. Greve, Roschers Lex. II 12 et* CLAVD. rapt. Pros. 2, 134 hunc [*sc. Narcissum*] Helicon genuit, ... hunc fracta -us harundine luget). SOL. 7, 3 Delphi -o flumine ... celebres. HYG. fab. praef. p. 11. AVIEN. orb. terr. 600 hic celeri -us volvitur unda. CLAVD. 2, 10 et qui vipereo spumavit saepe veneno, -os nitidis purior ibat aquis. CHRON. Alex. chron. I p. 111, 201 Cefissus. LIB. geneal. chron. I p. 111, 229 -os. PRISC. perieg. 456 -os gurgite magno quam (*sc. Phocidem*) mediam dirimit descendens murmure vasto. 2 *fl. Eleusinius*: HIER. chron. a. Abr. 2140 -us fluvius Eleusinam inundavit, quem Hadrianus ponte coniungens Athenis hiemem exegit (*cf.* PROSP. epit. I 422, 595 Cephissus *eqs.* CASSIOD. chron. II p. 141, 779). 3 *nom. hominis*: AVG. civ. 18, 4 Sicyoniorum nono *rege* Messapo, qui etiam -os a quibusdam traditur. *adi. femin.* **Cēphīsias,** *Κηφισιάς*: OV. met. 7, 438 vidit et immitem -as ora (*Eleusis*) Procrusten *occumbere.* *adi. femin.* **Cēphīsis,** *Κηφισίς*: OV. met. 1, 369 *Deucalion et Pyrrha* adeunt pariter -idas undas (*in Boeotia*), ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes. *adi.* **Cēphīsius,** -a, -um, *Κηφίσιος*: OV. met. 3, 351 -us (*sc. Narcissus filius Cephisi Boeotii*). *inde* **Cēphīsia,** -ae. 1 *fons Atticae*: PLIN. nat. 4, 24. 2 *villa Herodis Attici, Athenis proxima*: GELL. 1, 1, 2 in villa, cui nomen est -a. *cf.* 18, 10, 1 in Herodis, c(larissimi) v(iri) villam, quae est in agro Attico, loco, qui appellatur Cephisiae (*videtur esse pagus Cephisia*) aquis et lucis, nemoribus frequentem.

Cephlon *v.* Cephalon. **Cephro** *v.* Cefro.

Cēpī, *Κῆποι, opp. in Bosporo Cimmerio*: MELA 1, 112. PLIN. nat. 6, 18 -oe Milesiorum. TAB. Peut. 9, 5 -ōs. RAVENN. p. 368, 3 Ceppos (Guid. p. 532, 20). p. 76, 13 Gypos.

1. Cepia *ins. inter Ciliciam et Cyprum*: PLIN. nat. 5, 130 contra Neampaphum Hiera et -a (chephia *A*). **2.** *v.* Caepius.

Cēpiānus *v.* Caepianus.

Cepidius, -a *nom. gent., v.* Caepius *et W. Schulze, Eigennamen p. 351.* CORP. IV 66, 19 C. -us C. l. (*vel* f.) ⟨...⟩. X 8252/3 (*Minturnis, periit*) N. -o (mulieris) l. Diurnae (*de lectione editor dubitabat*). V 1008 (*Aquileiae*) M. -us Ingenuos. XII 781 (*Arelate*) Q. -o Marcello.

Cēpio *sim. v.* Caep-.

1. Cēpis *nom. vir. graec., Κῆπις*: PLIN. nat. 34, 87 -is *statuarius, qui philosophos faciebat.*

2. Cepis *nom. pagi in Callaecia*: CONC. apud Lucum a. 569 Mansi 9, 815ᴰ -is *pagus contribuitur sedi Portugalensi in Castronovo.*

Cepo, -ōnis *nom. gent. sive etruscae sive celticae originis; v.* Caepo *et W. Schulze, Eigenamen p. 304.* CORP. V 5569 (*infra lacum Verbanum*) L. Valerius Messor miles ⟨coh. v pretoriae ex cent(uria) L. (*ita interpretatur Mommsen exemplaria a Biondelli et Gazzera descripta*)⟩ -is Q. f.

Cepoleius *nom. gent.; cf.* Ceppius (*cf.* Attius: Atoleius, Buccius: Buculeius *al.*) *et fortasse etiam* Cepidius, Caepius (Cepius), Caepulus. CORP. I² 114 (= XIV 3090, *Praeneste*) A. Cepolei M. f.

Ceponius *nom. vir., cf.* Cepo (Caepius?). TVRRIB. epist. 1 -o *episcopo.*

Ceponiānus, -a, -um *adi., cf.* Cepo, Ceponius. DECRET. decur. Ferent. Prisc. (Corp. X 5853) 8 fundos Ceponian(um) et Roianum et Mamian(um).

Cepora *statio Asiae minoris ad viam, quae a Bithynio Gangra fert*: TAB. Peut. 9, 4 Potomia, -a. RAVENN. p. 112, 7 Potomi, -a.

Ceporī *opp. Callaeciae*: CONC. apud Lucum a. 569 Mansi 9, 816ᴬ ad Aurensem *cathedram* ... Bebalos, -os, Tennes.

Ceporius *nom. gent.; cf.* Ceponius, Ceprius, Caepius *et W. Schulze, Eigennamen p. 351.* CORP. VI 1058, 7, 124 (*a. 210*) C. -us Felix *vigil.*

Ceppius *nom. gent., cf.* Cepoleius. *omnia exempla Paesti inventa sunt.* CORP. X 479 (*periit*) Q. -o Q. f. Mae(cia) Longino pon⟨tifici⟩ (duum)vir(o) design(ato) ..., Q. -o Callimacho patri. 491 (*periit*) Q. -o Optato. INSCR. Ephem. epigr. VIII n. 288 p. 81 Q. -o Q. f. Maec(ia) Maxim(o) patrono col(oniae) lib(erti) -ae Iustae rep(onendum) cur(arunt).

acc. **Ceppōs** *v.* Cepi.

Cepresicum iugum *ad litus Hispaniae orientalis.* AVIEN. ora 182 siquis ad nostrum mare Malacaeque portum semitam tetenderit, in quinque soles est iter: tum -um iugum intumescit: subiacet porro insula Achale vocata ab incolis. *locus vix sanus, fortasse corrigendus in* Cembricum, *v.* Cembricinus.

Cepriānus *v.* Cyprianus.

Ceprius, -a *nom. gent., cf.* Ceporius. CORP. VIII 518 (*in pror. procos.*) Cepria Rustica (*sed J. Schmidt, ad* 11671, *coni* ⟨R⟩e⟨f⟩ria). *cogn.*: CORP. V 7674 (*Augustae Bagiennorum, periit*) Catinia -a.

? **Ceprucius** *nom. vir.* CORP. VIII 2868 (*Lambaesi*) Fl(avi) -i vet(erani) ex aquilif(ero).

Cepsi *fl. Africae.* RAVENN. p. 146, 9 -i Te Torrens. *cf.* Cynips.

Cēpula *signum christ., a* cepula. INSCR. Oderici dissertationes *eqs.* a. 1765 p. 348 Bitaliano signo -a.

? **Ceque** *nom. servae.* CORP. IX 3984 (*Alba Fucente, periit*) C⟨l⟩ado ... ser(vo) -e conserva.

Cera(...) *nom. vir. in vasculis*: CORP. XIII 10010, 541 (XII 5686, 223. VII 1336, 293).

Ceraecius, -a *nom. gent.* CORP. II 4204 (*Tarracone*) C. -o C. fil. Quir(ina) Fusco Aquifl(aviensi) ex convent(u) Bracaraug(ustano) ... flamini p(rovinciae) H(ispaniae) c(iterioris). *cf.* 2473 (*Aquis Flaviis*).

? **Cērāgius** *nom. vir.* CARM. epigr. †691, 4 (*Narbone*) -i ossa ia⟨cen⟩t. '*in* Ceragi *prima littera non certa*'.

Ceraine *opp. Phrygiae.* PLIN. nat. 5, 145. *cf. Ruge, PW. III 1967.*

? **Ceraínius,** -a *nom. gent.* CORP. XIII 10022, 62 (*in signaculo*) -i Anice(ti?).

Cerambus, *Κέραμβος, pastor a nymphis in scarabaeum* (*κεράμβυκα*) *mutatus.* OV. met. 7, 353 *fugit Medea* super Othryn et eventu veteris loca nota -i. hic ope nympharum sublatus in aera pennis, cum gravis infuso tellus foret obruta ponto, Deucalioneas effugit inobrutus undas. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 7, 5. *cf.* ANT. LIB. 22.

Cerāmēnsēs *v.* Ceramus.

Ceramiae *opp. Macedoniae.* TAB. Peut. 8, 1 Ceramiae. RAVENN. p. 196, 11 Ceranne.

[*Jacobsohn*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ceramice, Κεραμική, *urbs Aegypti in territorio Thebaico.* CORP. III 14147^5, 7 (*in Aegypto, a. 29*) urbium ... Copti, -es (*iudicibus Maspero et Wilcken i. q.* Κεραμεῖα, *vicus passim memoratus in ostracis et papyris Thebanis*).

1. Ceramīcus, Κεραμεικός, *locus Athenis celeberrimus, partim intra moenia partim extra situs.* CIC. leg. 2, 64 has amplitudines sepulcrorum, quas in -o vidimus. fin. 1, 39 Athenis ... statua est in -o Chrysippi sedentis porrecta manu. Att. 1, 10, 1 cum essem in Tusculano — erit hoc tibi pro illo tuo ʻcum essem in -oʼ —. PLIN. nat. 35, 155 fecit et Chalcosthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina eius -os appellatur. 36, 20 opera *Praxitelis* sunt Athenis in -o.

2. Ceramicus *v.* Ceramus.

Ceramnus *Scythes.* VAL. FL. 6, 550 in Sueten magnique in fata -i emicuit *Iason.*

Ceramunēnsis *v.* Ceramussa.

Ceramus *opp. Cariae,* Κέραμος. PLIN. nat. 5, 109. 133 in Arconneso *insula* oppidum -us (*sed v. Hirschfeld, PW. II 1170*). CONC. Ephes. I a. 431 Mansi 5, 614^A. *incolae* **Ceramēnsēs:** POMP. TROG. prol. 35, 3 seditio Cnidiorum adversus -es. *adi.* **Ceramicus,** -a, -um, Κεραμικός: MELA 1, 84 -um sinum (PLIN. nat. 8, 107. 134).

Ceramussa *opp. Mauretaniae Sitifensis.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 83^A in loco qui dicitur -a. 4, 118^B in plebe ... Milevitana -a. *adi.* **Ceramussēnsis:** CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 23^B de episcopo et ecclesia -e. 4, 118^A Severianus episcopus Ceramunensis. *v.* Cedamusensis.

Ceramylla *nom. serv. graec.* (*cf.* Κεράμυλλος). INSCR. Bull. comun. 1907 p. 222 (*Romae*) Cn. Rullio (mulieris) l. -ae.

Ceraria *figlina Cordubensis.* CORP. XV (*in sigillis*) 2584 a *et* b (c Geraria, d Caerari, e Caerar). 4181 (*a. 149, in amphora*) Cord(uba) fig(lina) -a. XIII 10002, 14 f(iglina) Geraria.

Ceras *nomen locorum,* Κέρας. PRISC. gramm. II 316, 8 hoc -as proprium loci (*quod complures codices omittunt*), huius Ceratis (ceradis *libri*). **1** Hesperu Ceras *v.* Hesperu. **2** Ceras Chrȳseon, *promunturium Thraciae; cf. Oberhummer, PW. III 2514*: PLIN. nat. 4, 46 promunturium Chryseon -as, in quo oppidum Byzantium *eqs.* (SOL. 10, 17 promunturium -as Chryseon Byzantio oppido nobile). AMM. 22, 8, 8 promunturium -as praelucentem navibus vehens constructam celsius turrim, quapropter Ceratas appellatur ventus inde suetus oriri praegelidus MART. CAP. 6, 657 -as Chryseon. *cf.* Cyrrhus. **3** *opp. Palaestinae septentrionalis, cf. Benzinger, PW. III 1967.* RAVENN. p. 85, 3. **4** *nom. vir.*: CORP. VIII 11994 (*in prov. Byzac.*) Saturninus Victo⟨r⟩is -as. *cf.* Geras.

?**Cerasio** *nom. vir.* CORP. XIII 10010, 542 (*sed lectio incerta, cf.* 10010, 541).

Cerastae, Κεράσται, *pop. fabulosus in insula Cypro, a Venere in iuvencos cornutos mutatus.* OV. met. 10, 222 illos, gemino quondam quibus aspera cornu frons erat; unde etiam nomen traxere -ae *eqs.* 10, 237 grandiaque in torvos transformat membra iuvencos. *cf.* Cerastis.

Cerastis, Κεραστίς, *nom. Cypri*: PLIN. nat. 5, 129 *Cyprum vocatam antea* -im Xenagoras *prodidit. cf.* Cerastae.

Cerasūnta *v.* Cerasus.

1. Cerasūs, -ūntis, Κερασοῦς, *opp. Ponti Polemoniaci; cf. vol. III p. 855.* Cerasuntum *l. 61. acc.* -unta *l. 55.* MELA 1, 107 *populi* Macrocephali, Bechiri, Buxeri. rarae urbes: Cerasunta (*accus. graec. cf.* RAVENN. p. 366, 7 Cerasunta. Guid. p. 531, 15) et Trapezos maxime illustres. PLIN. nat. 6, 11 gens Macrocephali, oppidum -us. AMM. 22, 8, 16 -us, unde advexit huius modi poma Lucullus. HIER. epist. 31, 3, 1 accepimus ... canistrum cerasiis refertum talibus ..., ut ea nunc a Lucullo delata existimarim; siquidem hoc genus pomi Ponto et Armenia subiugatis de Cerasunto primus Romam pertulit. SERV. Verg. georg. 2, 18. NOVELL. Iust. 28 praef. quinque *civitates* Polemoniacum continent Pontum, Neocaesaria et Comana et Trapezus et -us et Polemonium. 31, 1 Trapezunta et -untem ex Ponto dudum Polemoniaco nuncupato. RAVENN. p. 101, 6. *ins.*: RAVENN. p. 392, 18 a parte ... quasi meridiana in ipso colfo Pontico est insula, quae dicitur ... -us. *flumen Cappadociae eiusdem nominis Vrlichs* PLIN. nat. 34, 142, *ubi* Certo *traditur, restituere vult.*

2. Cerasus, -ī *nom. vir.* **1** HYG. fab. 274 p. 149, 5 ⟨...⟩ nomine -us (Cerassus *F*) vinum cum Acheloo flumine in Aetolia miscuit, unde miscere κεράσαι (cerassae *F*) est dictum. **2** CORP. XI 6370 (*Pisauri*) M. Naévi -i. *idem* 6371, 6. 8.

Ceratae *mansio Bithyniae*: ITIN. Burdig. p. 574, 2. *cf. Ruge, PW. III 1967.*

Cerate *vicus civitatis Turonicae, hodie* Céré. *cf. Ihm, PW. III 1967.* GREG. TVR. Franc. 10, 31 (p. 448) Taurisiaco, -e ... vicis ecclesiae aedificatae sunt. *adi.* **Ceratēnsis,** -e: GREG. TVR. glor. mart. 89 ad -im Turonicae urbis vicum.

Ceratheās (*acc. plur.*) *vicus Antiochiae.* LIB. pontif. p. 58, 23 balneum in -as. *cf.* PROCOP. bell. Pers. 2, 10, 7 ἐλείφθησαν δὲ καὶ ἀμφὶ τὸ λεγόμενον Κερατεῖον οἰκίαι πολλαί. *Jacobsohn.*

Ceratius *v.* Ceretius.

Cērātus *cogn. vir.* *a* cera. CORP. VI 6944 C. Avienus C. l. -us (ʻ*videtur esse* Ciratusʼ *editor*; *cf.* Ciratus). IV 1182 (?). 5914 (*in amphora*) P. Ved(i) Cer(ati). 5915 (*item*; = 2638 *sqq.*) Vedio -o (*cf.* 910. 2413 *i*). TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 40, 14 (*a. 57*) L. Vedi -i. 85, 2 ⟨...⟩ -i. CORP. XIII 10017, 279 (*scariphat. in vasculo*) -us. MARTYROL. Hier. *v.* Ceretius.

Ceraunī. **a** *pop. Dalmatiae.* PLIN. nat. 3, 143 (Cernaurni *DR*). *cf. Patsch, PW. III 1967.* **b** *genus equorum*: GRATT. 532 spadices vix Pellaei valuere -i.

1. Ceraunia *et* -iī *montes, v.* Acroceraunia *vol. I p. 429. adde* PLIN. nat. 15, 119 a -iis montibus. PRISC. periheg. 382 montes excelsa -a. ISID. orig. 14, 8, 12 (*cf.* SERV. Aen. 3, 506). GLOSS. V 494, 25 Ceraunis gemmis: vel montis Epiri. *cf.* ceraunius *et p. 336, 66.*

2. Ceraunia *nom. mul., cf.* Ceraunius (ceraunius). -ae *scripsit* RVRIC. epist. 2, 1—4. 15. 50. *cf.* 2, 15 *ut possis* secundum nomen tuum in illa beatorum turba vera splendere -a et vocabuli tui auctor existere. *v. etiam* Cheraunia.

Ceraunilia *opp. Apuliae. v. p. 257, 8.*

Ceraunius *nom. vir., cf.* ceraunius *et* 2. Ceraunia. CONC. Paris. a. 614 p. 192, 29 ex civitate Parisius -us episcopus.

Ceraunobolia *v. vol. III p. 857, 6.*

Ceraunus *cogn. vir. gr.,* Κεραυνός (*a* κεραυνός). *acc.* -on *l. 26.* NEP. reg. 3, 4 Ptolemaeo -o (*fil. Ptolemaei Lagi*; POMP. TROG. prol. 17. 24 PLIN. nat. 6, 31 IVST. 24, 1, 1 HIER. chron. a. Abr. 1734 EXC. barb. chron. min. [Frick] p. 310, 13). HIER. in Dan. 11, 10 p. 706 Seleucus cognomento -us *rex Syriae* (chron. a. Abr. 1791 EXC. barb. chron. min. [Frick] p. 318, 12). IVST. 16, 5, 11 *Clearchus tyrannus* filium quoque suum -on vocat, ut deis non mendacio tantum verum etiam nominibus illudat. CORP. X 1081 (*Nuceriae Alfaternae*) M. Virtió M. f. Men(enia) -ó áedilí IIvir(o) iure dícundo *eqs.*

Ceraus *nom. vir. barb.* CORIPP. Ioh. 6, 732.

Cerbalus *fluv. Apuliae.* PLIN. nat. 3, 103. *hodie* Cervaro. *cf. Nissen, Ital. Landesk. I 338.*

Cerbanī *pop. Arabiae.* PLIN. nat. 6, 154 -i. 6, 161 Ceubanos *trad.*, -os *Harduin.* *cf. D. H. Müller, PW. III 1968.*

Cerbarius *v.* Cervarius. **Cerbasius** *v.* Gervasius.

Cerbatis *v.* Callatis *p. 86, 45.* **Cerbereus,** -ius *v.* Cerberus.

Cerberion *nom. opp.* PLIN. nat. 6, 18 ultimoque in ostio *Bospori Cimmerici* Cimmerium, quod antea -on dicebatur (HESYCH. Κεϱβεϱία). *cf.* Cimmerium.

Cerberus *canis Orci,* Κέρβερος. SERV. Aen. 6, 395 -us dictus quasi Κρεοβόρος id est carnem vorans (*cf.* FRG. Bob. gramm. VII 542, 14 MYTHOGR. 1, 57. 2, 11. 149 ISID. orig. 11, 3, 33). GLOSS. Κέρβερος. canis inferni. canis Orci, qui apud inferos Stygium custodire dicebatur. ⟨tres⟩ fauces eum habuisse scribit Vergilius (*Aen. 6, 417*). *nom. gr.* -os: OV. epist. 9, 94. LVCAN. 9, 643 (*trad. etiam* -us). *acc.* -on: CVLEX 270 OV. met. 7, 413 STAT. silv. 5, 2, 95. NOT. Tir. 59, 16. CIC. Tusc. 1, 10 triceps apud inferos -us (SEN. Oed. 581 HYG. fab. 151 p. 25, 12 AVG. civ. 18, 13). 1, 12. nat. deor. 3, 43 tum Charon, tum -us di putandi. at id quidem repudiandum. LVCR. 3, 1011 -us et furiae ... qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto. VERG. georg. 4, 483 tenuitque inhians tria -us ora. Aen. 6, 417 -us haec ingens latratu regna trifauci personat (*sim.* PROP. 3 [5], 44). CVLEX 220. HOR. carm. 2, 19, 29 te vidit insons -us (PORPH. *ad l.* qui tibi nocere non potuit. *sim.* SCHOL.). 3, 11, 15 immanis ... ianitor aulae -us (PORPH. *ad l.*). TIB. 1, 3, 71 niger in porta serpentum -us ore stridet (*cf.* SEN. Herc. O. 23 atrum -um). 1, 10, 36 audax -us. PROP. 4, 5, 3 -us ultor. 4, 7, 90. 4, 11, 25 -us ... improbus. OV. met. 4, 450. 9, 185 forma triplex tua, -e (APVL. met. 3, 19). SEN. Herc. f. 60. 1107. 1224. 1333. Tro. 404 obsidens custos non facili -us ostio. epist. 24, 18 nemo tam puer est, ut -um timeat. apocol. 13. MELA 1, 103 iuxta (*sc. Heracleam Ponticam*) specus est Acherusia ad manes, ut aiunt, pervius, atque inde extractum -um existimant. LVCAN. 6, 665. PLIN. nat. 27, 4 -i canis (APVL. met. 1, 15 HYG. fab. 30 p. 65, 2. 151 p. 25, 12. 251 p. 139, 5 AVG. civ. 18, 13 ISID. orig. 11, 3, 33). SIL. 1, 538. 13, 574. 591. STAT. silv. 2, 1, 184 illum nec terno latrabit -us ore. 5, 3, 59 Theb. 2, 27. 4, 487. 8, 98 APVL. met. 4, 20. TERT. coron. 7 habes tragoediam -i (Cebetis *Scaliger; sed cf. adn. Oehleri*), habes Pindarum atque Callimachum. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 34 (*sim.* SCHOL.). ARNOB. nat. 5, 28 AVSON. 248, 4. 336, 9. 366, 12 QVEROL. p. 31, 20 SERV. (*et* PROB.) georg. 2, 152 haec autem herba (*sc. aconita*) nata dicitur de spumis -i, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit (*cf.* PLIN. nat. 27, 4). HYG. fab. praef. p. 12, 16 *al.* ex Typhone et Echidna: ... -us. HIER. chron. a. Abr. 623 Orcus rex Molossorum, cuius canis ingentis magnitudinis -us nomine Pirithoum devoravit ... scribit Filochorus in Atthidis libro secundo. c. Vigil. 1 CLAVD. 5, 457 SIDON. carm. 15, 141 BOETH. cons. 4 carm. 7, 19 GREG. TVR. glor. mart. 1 praef. -i triforme caput. CORP. VI 6986 (= CARM. epigr. 1034), 5 potius ... quam te sic nostris rapuisset -us annís. *interpretationes allegoricae*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 182 -us mala ventris edacitas, cui quia non sufficit unum rostrum, terna ora collata sunt. SERV. Aen. 6, 395 -us terra est, id est consumptrix omnium corporum (8, 297. MYTHOGR. 1, 57. 2, 11. 149). ISID. orig. 11, 3, 33 -um inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres aetates, per quas mors hominem devoret, id est infantiam, iuventutem et senectutem. *translate*: PETRON. frg. 8 -us forensis era

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

causidicus. HIER. epist. 130, 7 quasi Orcus in Tartaro, non tricipitem sed multorum capitum habuit *Heraclianus Africae comes* -um (*Sabinum generum*), qui cuncta traheret ac laceraret. *adi.* **Cerbereus,** -a, -um: LVCR. 4, 733 -asque canum facies. OV. met. 4, 501 oris -i spumas. 14, 65 -os rictus. SIL. 6, 178 tempestas oritur, mixtam stridore procellam -o torquens. STAT. silv. 5, 1, 249 -os ... latratus. Theb. 8, 56 tum cum custode remoto ferrea -ae tacuerunt limina portae.

⟨C⟩erberi⟨us⟩ *nom. vir.* CORP. VIII 16412 (*in prov. procos.*) ⟨s⟩igno -⟨us⟩ (*suppl. Cagnat*).

compositum: Tricerberus.

Cerbonius *v.* Cervonius.

Cercadio *cogn. vir. graec.* CORP. VIII †673 (*in prov. Byzac.*) Pompeius -o.

Cercar *statio Africae.* TAB. Peut. 7, 3.

Cercasōrus *vel* **-um** *opp. Aegypti.* HEROD. 2, 97 Κερκάσωρον πόλιν. STRABO 17, 806 Κερκέσουρα. MELA 1, 51 *Nilus* tum demum placidior et iam bene navigabilis primum iuxta -um oppidum triplex esse incipit. *acc. graec.*: CVRT. 4, 7, 4 ⟨ad Cercas⟩oron amne superato.

Cerce(i)ī (Circeī) *opp. Latii, tribu Pomptina. cf. Hülsen, PW. III 2565; Nissen, Ital. Landesk. II 636. forma antiquior est* Cercei, *quae postea propter Circen in* Circei *commutabatur. cf. nom. gent.* Cercenius, Cercius *sim. et W. Schulze, Eigennamen p. 172. 565. graeca v. infra l. 54 sqq.* CIC. Att. 12, 19, 1 locus..., qui et Antio et -is (Certis *M*) aspici possit. 15, 10 vel Antium vel Circeios (-aeos *fort. M*). fin. 7 -iis (*trad.* Circelis, certe is, Cereolis, *om. B*). HOR. sat. 2, 4, 33 ostrea Circeiis, Miseno oriuntur echini (*cf.* PLIN. nat. 32, 60 -is. IVV. 4, 140 Circeis). LIV. 1, 56, 3 *Tarquinius Superbus* Signiam Circeiosque colonos misit, praesidia urbi futura terra marique. 2, 39, 2 *Coriolanus* -os (*sic MP*) profectus primum colonos inde Romanos expulit liberamque eam urbem Volscis tradidit. 6, 21, 2 (*a. 382 a. Chr.*) -osque et Velitras colonias, iam diu molientes defectionem. 27, 9, 7 -i. 29, 15, 4 -is (Cerei *P*). 32, 26, 7 circa Norbam et -os (*cf.* 32, 26, 8 [*om. B*]). PLIN. nat. 2, 201 *insulae nascuntur* recessu maris, sicuti ⟨olim⟩ -is (*FR¹ad Tp*; Ci- *rell.; cf. l. 46*). 3, 56 -os (*bis*). 3, 57 *sq.* -i, quondam insula immenso quidem mari circumdata, ut creditur Homero, et nunc planitie ... Theophrastus (*hist. plant. 5, 8, 3*) ... iam plus quam ex fama -orum insulae et mensuram posuit stadia LXXX in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit urbis nostrae CCCCXL anno (*314 a. Chr.*). quicquid ergo terrarum est praeter X̄ p. ambitus adnexum insulae, post eum annum accessit Italiae. 3, 59 a -is (3, 62). 15, 119 -is (Celceis *libri*) in Elpenoris tumulo. 25, 11 Circeios, ubi habitavit *Circe.* MART. 11, 7, 4 Circeios. SVET. Aug. 16 Lepidum ... concessa vita -os in perpetuum relegavit. Tib. 72 -os. SERV. Aen. 7, 10 mons iste (*i. Circeius*) antehac insula fuit ... in hoc summo oppidum fuit, quod et Circeium (*A*, Circetum *RH*, Circeum *LM*, circaeum *F*) dictum est et Circei (*ARH*, circaei *SLF*, circeium *M*); nam utrumque Livius dicit. VIB. SEQ. geogr. p. 154, 12 Satura *palus* inter Antium et Cerceos (*sic cod.*), eadem Stura. TAB. Peut. 6, 2 Circeios. NOT. Tir. 85, 99 Circei. MELA 2, 71 Tarracina, Circes domus aliquando Circeia, Antium. RAVENN. p. 266, 5 Carcellis (*cf.* Guid. p. 473, 9 Circeius). p. 334, 5 Cerellos (*cf.* Guid. p. 510, 8 *sq.* Circeia [*errore superadditum*] Cerellos). DIODOR. 14, 102, 4 εἰς Κερκίους ἀποικίαν ἀπέστειλαν. DIONYS. ant. 4, 63, 1 πόλιν ... Κερκαίαν ... ἔστι δὲ χερσονησοειδὴς σκόπελος ὑψηλὸς ἐπιεικῶς ἐπὶ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους κείμενος, ἔνθα λόγος ἔχει Κίρκην τὴν Ἡλίου θυγατέρα κατοικῆσαι. 8, 14, 1 ἐπὶ Κιρκαίαν πόλιν. STRABO 5 p. 232 μετὰ δὲ Ἄντιον τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν ... ὄρος νησίζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι ... ἔχει δὲ πολίχνιον καὶ Κίρκης ἱερὸν καὶ Ἀθηνᾶς βωμόν, δείκνυσθαι δὲ καὶ φιάλην τινά φασιν Ὀδυσσέως. PLVT. Coriol. 28 ἐπὶ Κίρκαιον, πόλιν ἀποικίδα Ῥωμαίων. Mar. 36 τὸ Κίρκαιον. **Circeiēnsis** *adi. et incolarum vocabulum* (Ce- *l. 66 et 67 sq.*): CIC. nat. deor. 3, 48 Circen quoque coloni nostri -es (Circienses *A*, cercenses *B*, cercienses *CPV*, Circenses *E*) religiose colunt. LIV. 6, 17, 7 colonis -bus et a Velitris. PLIN. nat. 19, 134 in -i agro. Cyzicena *ostrea* ... candidiora Cerceiensibus (*cf. supra l. 27*). NOT. Tir. 85, 100 -is. *subst.* Cerceiēnsēs *et* Circeiēnsēs (*sic in titulis*): LIV. 6, 12, 6 accesserant et -ium quidam et coloni etiam a Velitris Romani. 6, 13, 8 -ium quoque quidam. CORP. XIV 3625 (*Tibure*) curat(ori) -ium. X 6424 (*Cerceis, a. 213*) -s⟨es⟩. 6426 -es. 6427 -es. 6430 public(um) -s(ium). 6431 rei p(ublicae) -s(ium). *sing.*: LIV. 8, 3, 9 L. Annium Setinum et L. Numisium -em, ambo ex coloniis Romanis. *v. etiam* Cerciens(ius). POLYB. 3, 22, 11 (*in foedere inter Romanos et Carthaginienses icto*) Κιρκαιιτῶν (3, 24, 16). DIONYS. ant. 5, 61, 3 Κιρκαιητῶν. *v. praeterea* Circaeus *et* Circeius (mons) *s.* Circe.

Cercei⟨...⟩ *nom. gent., cf.* Cercenius. CORP. VI 14657 L. Cercei⟨...⟩.

[Cercellī] *p. 185, 41 errore impressum pro* Cerelli.

Cercēnīs aquis *v.* Quar(Quer-)querni.

Cercēnius, -a *nom. gent. cf.* Cercius, Cercinius, Cerco *et* Cerga, Gergenius; *etiam* Circenius, Circius *et opp.* Cercei (Circei); *W. Schulze, Eigennamen p. 172.* INSCR. graec. Rom. Cagnat III 901 (*in Cilicia*) Μᾶρκος Κερκήνιος Τήρης. CORP. VI 451 (*a. 100*) L. -us L. lib. Hermes. 14659 *sq.* 15327 -ae Gorge. 21014 L. Laelius Agathocles -us ⟨...⟩ (*cf. adnot.*). 22331 -us At⟨t⟩icus. 27206 -a (mul.) l. Doxa. 27838 -a M. l. Vranio. 28381 -ae. 32520 a IV 26 (*a. 144*) M. -us Severus *miles praetorianus.* 34087 (= 14658) L. -us Charito ... -ae L. f. Sabinae. XI 3613 (*Caere, a. 25*) ⟨C. C⟩ercenius C⟨l. ...⟩. 3766 (*Careis*) -ae Trypherae matri optimae T. Fl(avius) Cercenianus. V 2596 (*Ateste*) -ae ⟨...⟩ (*corrupt.*). 2925 (*Patavii*) Q. -i *Hermerotis. cogn.*: CORP. X 6453 (*Priverni*) L. Laelio L. f. -o. **Cercēniānus** *cogn. vir. v. l. 6.*

Cercenna *v.* Cercina.

Cercetae *pop. Ponti,* Κερκέται. CVRT. 6, 4, 17 -ae et Mosyni et Chalybes a laeva sunt, et ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi. MELA 1, 13 -ae. PLIN. nat. 6, 16 -ae. 6, 17 in ora autem iuxta -as flumen Icarus. AMM. 22, 8, 25 IVL. HON. cosmogr. A 38 -ae gens. *eidem* **Cerceticī** (Κερκετικοί): MELA 1, 110. *adi.* **Cercetius,** -a, -um, Κερκέτιος: AVIEN. orb. terr. 866 Cercētia gens. *inde etiam* -iī, Κερκέτιοι: PRISC. periheg. 663 Sindi quoque Cimmeriique. post hos Cercētii; iuxta quos Euxinus altis fluctuat aequoribus.

Cercetici *v.* Cercetae.

1. Cercetius (*et* Cercetiī) *nom. montium.* 1 *in Thessalia.* LIV. 32, 14, 7 (*a. 198 a. Chr.*) consul ... in monte -o posuit castra. PLIN. nat. 4, 30 *montium Thessaliae* nobilissimi -ii (Cercetu, Cercii, Cercei *sim. codd.*), Olympus Pierius, Ossa *eqs.* DIVISIO orb. 12 montibus -o, Olympo, Pelio. 2 *in insula Samo* (Κερκετεύς): PLIN. nat. 5, 135 mons -us.

2. Cercetius *v.* Cercetae.

Cerciae *nom. ins.* PLIN. nat. 5, 137 *insulae* circa Ephesum ... Poroselene cum oppido, -ae, Halone *eqs.*

Cerciēns(ius) *nom. gent., a* Cerceii, *ut videtur.* CORP. VI 9716 (*periit*) C. -ns(ius) C. l. Dasius olearius.

Cercillus *pro* Δερκύλος EXC. lat. Barb. p. 284, 12 Frick.

1. Contius, -a *adi. a nom. gent.* PLIN. nat. 15, 13 *olivae* Licinia, Cominia, -a, Sergia, quam Sabini regiam vocant.

2. Contius *cogn. vir.* CORP. V †6207 (*Mediolanii*) ego -us me bibo archa (*i. vivo arcam*) feci. *nom. gent.* (?): CORP. XIII 10022, 77 (*in signaculo*) ⟨.⟩ -i ⟨E⟩uphros(yni).

Contoboviovindillus *cogn. vir.* CORP. IV 1838 Q. -us (*etiam* -ven- *legi potest*) coponibus sal(utem).

Κοντωνιατός *v.* Congonnetiacus.

Contosolia *loc. Lusitaniae.* ITIN. Anton. Aug. p. 444, 5. *cf. Hübner, PW. IV 1160; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1108.*

Contouca *nom. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 638 -a f(ecit). *cf.* Contuc(c)ius; *etiam Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1109 sub* Contoutos.

Contrā *in nom. geogr.; cf. Sethe, Ihm, Patsch, PW. IV 1160.* ITIN. Anton. Aug. p. 379, 5 **-ā Aginnum** (*in Belgica*). *cf.* NOT. dign. occ. 42, 41 praefectus laetorum Batavorum Contraginnensium (-tium *codd.*), Noviomago Belgicae secundae. ITIN. Anton. Aug. p. 165, 2 **-ā Apollōnos** (*sc. polin, in Aegypto*). PAPYR. Berol. 696 I 3 (*a. 156*) coh(ortis) I Aug(ustae) pr(aetoriae) Lus(itanorum) eq(uitatae) ... quae hibernatur Contrapollonospoli maiore Thebaidis. NOT. dign. or. 31, 51 ala prima Francorum, -a Apollonos. NOT. dign. occ. 33, 48 (*in Pannonia inf.*) auxilia vigilum, **-ā Acincō** (*i.* Aqu-) [tras] in barbarico. *cf.* 33, 65 Trans[i]acinco. NOT. dign. or. 35, 28 (*sub duce Osrhoenae*) ala prima Victoriae, Tovia — **-ā Bintha** (= Birtha?). ITIN. Anton. Aug. p. 159, 3 **-ā Coptō** (*in Aegypto*). -a Herculem *v.* Conradculia. ITIN. Anton. Aug. p. 165, 3 (*in Aegypto*) **-ā Lāto(polin)**. NOT. dign. or. 31, 50 ala septima Herculia voluntaria, -a Lata (*leg.* Lato). ITIN. Anton. Aug. p. 160, 5 (*in Aegypto*) **-ā Ombos**. ITIN. Anton. Aug. p. 164, 2 *sqq.* (*ibid.*) **-ā Pselcis, -ā Talmis, -ā Tafis**. NOT. dign. or. 41, 21 (*in Moesia prima*) auxiliares Reginenses, **-ā Reginam**. ITIN. Anton. Aug. p. 161, 1 (*in Aegypto*) **-ā Syēnē**. NOT. dign. occ. 33, 55 (*in Pannonia*) in castello **-ā Tautantum**. ITIN. Anton. Aug. p. 160, 4 (*ibid.*) **-ā Thumuis**.

Contradis *nom. vir.* MARCELL. chron. II p. 79, 438, 1 -is (Cotradis *v. l.*) praedo cum piratis suisque comitibus captus interfectusque est.

Contrāginnēnsēs, Contrāpollōnospolis *v.* Contra.

Contrebia *nom. opp., cf.* Contrebis. **1** *in Hispania Tarraconensi; cf. Hübner, PW. IV 1163; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1109.* LIV. 40, 33, 1 per Carpetaniam ad -am ductae legiones. 40, 33, 4. 8 *sq.* frg. 22 -a expugnata. *al.* VELL. 2, 5, 2 urbem -am nomine in Hispania. VAL. MAX. 2, 7, 10 apud ⟨Con⟩trebiam (-am PARIS, Trebiam *codd.; cf. l. 79*). 7, 4, 5 urbemque ⟨Con⟩trebiam, caput eius gentis (*i. Celtiberorum*). *praeterea ibid. bis* Treb- *codd.* FLOR. epit. 2, 17, 10 cum et -am memorabili cepisset exemplo *Metellus.* AMPEL. 18, 14 -am, inexpugnabilem Hispaniae civitatem. VIR. ill. 61, 4 apud -am oppidum. RAVENN. p. 310, 5 -a. p. 310, 12 iuxta civitatem supra scriptam Trebiam (*cf. supra l. 73*). CORP. II 4935 (*in miliario Tiberii*) a Cont(rebia?). *incolae* **Contrebiēnsēs:** LIV. frg. 22 -es. **2** *ab hoc oppido distinguitur:* LIV. frg. 22 frumentumque inde (*i. ex Arevacis et Cerindonibus*) -am, ⟨quae⟩ Leucada appellatur, comportandum, praeter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat *eqs. cf. Hübner, PW. IV 1163, 59.*

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Contrebis *deus celticus; cf.* Contrebia *et Steuding in Roscher, Myth. Lex. I 927.* CORP. VII 284 deo Ialono Contre(bi) sanctissimo. **290** deo san(cto) -i.

Contribūta (-um) *adi. in nom. oppidorum Baeticae, a* contribuere. *gr. Κοντριβοῦτα (cf. l. 6).* **1** PLIN. nat. 3, 14 -a Iulia Vgultunia⟨e⟩, cum qua et Curiga nunc est (*sic Müller ad* PTOL. 2, 4, 10; Vgultumacum quae *A; trad. etiam* mugul-, -tuacum; -ae Iuliae Vgultuniacum *Hübner, Corp. II p. 131*). ITIN. Anton. Aug. p. 432, 5 *sq.* Curiga, -a. *item* RAVENN. p. 314, 14 -a. (16) Curica. *adi.* **Contribūtēnsis,** -e: CORP. II 1030 ⟨. . .⟩ patriā -e. *incolae*: CORP. II 1029 Q. Manlius Avitus Gal(eria) -is. 1041 ⟨-es?⟩ Iul⟨ienses⟩. **2** *in cogn. Ipscae (cf. Corp. II p. 211)*: CORP. II 1572 sacerdoti perpetuae . . . in muni(cipio) C(ontributo) Ipsc(ensi) . . . resp(ublica) Contrib(uta) Ipsc(ensis). *adi.* **Contribūtēnsis,** -e: CORP. II 1597 plebs C(ontributensis) Ipsc(ensis). INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. III) n. 233ᵃ plebs Contrib(utensis) Ipscens(is). *incola*: CORP. II 2250 Montanus Rufi f. Contrib(utensis).

Contribūtēnsis, -e *v.* Contributa *l. 9 et 14.*

Contro⟨. . .⟩ *nom. inc.* CORP. VIII 12996 (*Carthagine*) ⟨. . .⟩us -o⟨. . .⟩. *cf. l. 22.*

Contrōnēnsis *v.* Crotonensis (Croton).

?**Controsar(i)us** *nom. vir.* CORP. VIII †16396, 6 (*in prov. procos.; aetate Vandalorum*) -(i)us (Conir- *lapis*, 'Controversarius' *de Rossi*).

Contrua *nom. loci ad Mosellam, hodie* Gondorf; *cf. Ihm, PW. IV 1164.* VEN. FORT. carm. 10, 9, 45 hinc quoque ducor aquis qua se rate -a complet, quo fuit antiquum nobilitate caput.

Contrubiī *nom. gentis Alpinae; cf. Ihm, PW. IV 1164.* ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 588 (Corp. I² p. 48) ⟨M. Cla⟩udius . . . Marcellus . . . ⟨de G⟩alleis Contrub⟨i⟩eis et Liguribus ⟨Elea⟩tibusque.

Contua⟨. . .⟩ *nom. inc.* CORP. XIII 3315 (*in Belgica*) ⟨. . .⟩oli -a⟨. . .⟩.

Contuccius *agn. Sex. Cornelii Repentini.* FRONTO p. 191, 10 N. frater -i. *cf. PIR. I 460 n. 1168. praeterea nom. vir.*: CORP. VI 555 (= CARM. epigr. 266), 2 -us. *v. etiam* Contucius.

Contucianco *genet. nom. vir. iber., ut videtur.* CORP. II 3120 (*in prov. Tarraconensi, periit*) Iulius Hilario et Montana -o (*sc. filia*). *cf.* Contucius?

Contucius *cogn. vir.* CORP. VI 1706 (*a. 400*) Cheionio -o v(iro) c(larissimo). *cf. p. 296, 5.* CORP. II 3198 (*in prov. Tarraconensi, periit*) Octavia Ammica -i f. *v. etiam* Contuccius. *cf.* Contouca; *etiam* Contucianco?

Contumēlia *dea graeca* (*Ὕβρις*) *a* contumelia. CIC. leg. 2, 28 illud vitiosum Athenis quod, Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente fecerunt -ae fanum et Impudentiae; virtutes enim, non vitia consecrare decet.

Contumēliōsus *nom. vir. a* contumeliosus. CORP. XIII †2361 (*Luguduni*) venerabilis -us. CONC. Arel. a. 524 p. 37, 40 -us episcopus *Regensis. cf.* CONC. Carpentor. a. 527 p. 41, 35 *al.* CONC. Vas. a. 529 p. 57, 36 CONC. Massil. a. 533 p. 60, 16 (*trad. etiam* -iliosus, Contomiliosus). ALC. AVIT. epist. 15 EPIST. pontif. Ioh. II *et* Agapet. Migne 66, 24ᶜ *et* 66, 46ᴮ.

Convallus *v.* Congallus. **Convarisius** *v.* Combarisius.

Convector *nom. dei a* convehere. SERV. auct. georg. 1, 21 Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Vervactorem, . . . Messorem, -em, Conditorem, Promitorem. *cf. Aust, PW. IV 1172.*

Convenae (Lugdunum Convenarum) *opp. vel rectius incolae opp. Aquitaniae, a* convena, *hodie* St. Bertrand de Comminges; *cf. Ihm, PW. IV 1172; Hirschfeld, Corp. XIII p. 5; v. etiam* Lugdunum. *gr. l. 61 et 64sq. sing. infra l. 77.* STRABO 4 p. 190 *ἡ δὲ μεσόγειος καὶ ὀρεινὴ βελτίω γῆν ἔχει, πρὸς μὲν τῇ Πυρήνῃ τὴν τῶν Κονουενῶν* (*trad. etiam* *Κων-*), *ὅ ἐστι συνηλύδων, ἐν ᾗ πόλις Λούγδουνον.* 4 p. 191 *δεδώκασι δὲ Λάτιον ius Ῥωμαῖοι καὶ τῶν Ἀκυιτανῶν τισι, καθάπερ Αὐσκίοις καὶ Κωνουέναις.* PLIN. nat. 4, 108 in oppidum contributi -ae, Begerri *eqs.* PTOL. 2, 7, 13 *συνάπτοντες δὲ τῇ Πυρήνῃ Κομουένοι καὶ πόλις αὐτῶν Λούγδουνον κολωνία.* HIER. c. Vigil. 4 nimirum respondet generi suo *Vigilantius 'caupo Calagurritanus'*, ut qui de latronum et convenarum (*ludit cum origine nom. opp.*) natus est semine, quos Cn. Pompeius edomita Hispania (*i. post bellum Sertorii*), et ad triumphum redire festinans, de Pyrenaei iugis deposuit et in unum oppidum congregavit: unde et -arum urbs nomen accepit (*inde* ISID. orig. 9, 2, 108). NOT. Gall. 14, 5 chron. I p. 606 civitas -arum (id est Communica *add. complures codd.*). SIDON. epist. 7, 6, 7 -ae. CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 337ᴮ Suavis episcopus de -is. GREG. TVR. Franc. 7, 34 -as. *ibid.* apud urbem -as. 7, 35 ad -as. vit. patr. 8, 11 hostilitate illa, quae -as est acta. RAVENN. p. 300, 4 Combinias. CORP. VI 2497 Valerie Iustine nata -a Aquitania (*cf.* II 6149 [*Barcinone*] cives -(a)). XIII 254 (*a. 52*) civitas Conven(arum) (*cf.* 8889 [*in miliario, a. 245/7*] c(ivitas) C.). 255 statio splend⟨idissima⟩ vectigal(is) XL G⟨all(iarum) Lugd(uni)⟩ Conv(enarum). 257 d(ecurionum) Conv(enarum). *adi.* **Convenicus,** -a, -um: CONC. Aurel. a. 549 p. 111, 5 episcopus ecclesiae -ae. CONC. Matisc. a. 585 p. 173, 1 ecclesiae Combenicae. GREG. TVR. Franc. 7, 35 urbis -ae. **Conveniēnsis,** -e: GREG. TVR. glor. mart. 104 ad -im urbem. *prope hoc oppidum*: ITIN. Anton. Aug. p. 457, 7 **Aquīs -ārum.** *cf. Ihm, PW. II 299, 21. diversum ab hoc* RAVENN. p. 245, 10. *cf. infra l. 15; Hirschfeld, Corp. XIII p. 6 adn. 5.*

Convenicus, -a, -um *v.* Convenae.

Conveniēns *cogn. vir. a* conveniens, *cf.* Conventa. CORP. VI 19683 (= CARM. epigr. 1582) Q. Insteio -i qui et Astomachetus. TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 65 Clodio -i.

Conveniēnsis, -e *v.* Convenae.

Conventa *nom. mul. a* convenire, *cf.* Conveniens. CORP. IX 1160 *et* 1161 (*Aeclani*) Epaphroditus et -a lib.

Conventalus *nom. vir. barb.* CORP. VIII 11605 (*in prov. Byzacena*) Q. Letor⟨i⟩us -us.

Conventīna *v.* Coventina.

Aquae Converantia *in Gallia Narbonensi propte Sextantionem.* RAVENN. p. 340, 17 Aquae -a (*item* Guid. p. 513, 24). *sed* p. 245, 10 Agae Convenarum. *cf. Hirschfeld, Corp. XIII p. 6 adn. 5; errat Ihm, PW. IV 1172, 60.*

Convetom *v.* Combretonium.

Convictolitavis *nom. vir. celt., acc.* -em *et* -im. CAES. Gall. 7, 32, 3 *sq.* summo esse in periculo rem *apud Aeduos*, quod . . . duo magistratum gerant et se uterque eorum legibus creatum esse dicat. horum esse alterum -em, florentem et illustrem adulescentem, alterum Cotum. 7, 33, 4. 7, 37, 1 -is Haeduus. 7, 39, 2 pro -i. 7, 42, 4 -is. 7, 55, 4 -im. 7, 67, 7 cum -i. *cf. Münzer, PW. IV 1201; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1112. vv. ll. v. Holder l. l. et lex. Meuselii s. v.*

Convictōriānus *cogn. vir., cf.* convictor. CORP. III 2055 (*in Dalmatia*) T. Titiseni -i dec(urionis) col(oniae) Salon(itanae), sacerd(otis) T. Titisenius Valentinus . . . filius.

Convictus *nom. vir. a* convincere; *an cf.* Convictolitavis? CORP. III 3166 b (*in Dalmatia, periit*) Eutycho . . . -us p(osuit).

Convīva *cogn. vir. a* conviva. TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 96, 5 A. Vetti -a⟨e⟩. *cf.* CORP. IV 3509 Vetti(us) Co⟨nvi⟩va Augustal(is). INSCR. Röm. Mitteil. 11 (1896) p. 3 (*signaculum Pompeianum*) A. Vetti -aes. *praeterea*: CORP. IV 6809 Conv(iva?). INSCR. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. X) n. 332 (*Pompeis*) ⟨C⟩onviva Veiaes vix(it) an(nos) XX.

acc. **Cōnunian** *nom. Mauri.* CORIPP. Ioh. 4, 940 contoque superbum -an mediis feriens effudit harenis.

Cōnus *nom. vir. gr., Κῶνος.* CORP. VI 20305 (p. 2146; *periit*) C. Iuli Thorus et -us. *etiam* III 11657? *vix cf. c.* Cona.

Cooarilus *nom. in vasculis.* CORP. XIII 10010, 639. *cf.* Condarillus.

Coocus *nom. in vasculis.* CORP. XIII 10010, 640. *cf.* Cocus.

Coōs *ins. (et opp.) maris Aegaei. Κῶς (Κόως). confunditur cum* Cea (Ceos); *cf. p. 289, 44. 53. cf. etiam* Coeus *p. 526, 55. de prosodia cf. p. 585, 6. nom.* -os: MELA 2, 101 PLIN. nat. 4, 71. 5, 134. 17, 132 (cuius *codd.*). AMPEL. 6, 14 SOL. 7, 20. ITIN. Anton. Aug. p. 529, 1 (*error pro* Ceos). ISID. orig. 14, 6, 18 RAVENN. p. 395, 2. Cous: LIV. 37, 16, 2 (*om. BΦ*). CHRON. Alex. chron. I p. 103, 125, 21. 109, 179, 5. LIB. geneal. chron. I p. 109, 208, 5 (*F, v. l.* coos, chous, thamos). p. 103, 134 Cobus (thius *GC*). *genet.* -i; *dat. abl.* -o; *acc.* -um; Coon: HYG. astr. 2, 16 p. 55 (-am *D¹*; -um *D²*); Coo: VVLG. I Macc. 15, 23 (*Amiat.* choo. *cf. p. 585, 18*). *nom.* Cōs: FRG. Bob. gramm. VII 542, 6 Coo (*ad* HOR. sat. 2, 4, 29) derivativum est, ceterum principale est Cos. AVSON. 347, 6. HIER. nom. hebr. p. 68, 9 (p. 68, 8 Co). *acc.* Co: TERT. apol. 40. *abl.* Co: DIOM. gramm. I 489, 9 (*A*, choum *B*, cum *M*). VIB. SEQ. geogr. p. 152, 30 SCHOL. Hor. sat. 4, 13, 13. *nom.* Chomos: LIB. geneal. chron. I p. 168, 165. HIER. nom. hebr. p. 68, 8 Co excussio sive praestolatio. p. 68, 9 Cos (Cnidos *F*, Cividos *H*) mentis excessus (*ad* VVLG. act. 21, 1). CIC. Att. 9, 9, 2 classis Alexandria . . . Coo . . . comparatur. LIV. 37, 16, 2 civitates, quas praetervectus est, Miletus, Myndus, Halicarnassus, -us, Cnidus (H. -us C. *om. BΦ*). VITR. 9, 6, 2 Berosus in insula et civitate Coo consedit ibique aperuit disciplinam *Chaldaeorum.* PAVL. FEST. p. 101 Hippocoum vinum ex insula Coo dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. CVRT. 3, 1, 19 Lesbum et Chium -umque. MELA 2, 101 in Caria Coos *insula.* PLIN. nat. 1, 5, 36 -i. 2, 245 -um (*item* MART. CAP. 6, 615). 4, 71 Coos. 4, 134 nobilissima autem *insula* in eo sinu Coos (*v. l.* cohos, quos, nos, mos), ab Halicarnaso XV distans, circuitu C, ut plures existumant, Merope vocata (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 71 Meropas, qui in insula Coo dicuntur habitasse. HYG. astr. 2, 16 p. 55, 18 Meropem . . . qui -um insulam tenuerit regno et a filiae nomine Coon [Coam *D¹*, Coum *D²*] et homines ipsos a se Meropas appellarit), Cea, ut Staphylus, Meropis, ut Dionysius, dein Nymphaea. mons ibi Prion. 6, 59 Alexandri Magni comites in eo tractu Indiae, quem is subegerit, scripserunt V oppidorum fuisse, nullum Coo minus (cogiminus *trad.*; *cf.* STRABO 15 p. 681. 701). 6, 214 -um. 11, 76 telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque feminarum, quae bombycina appellatur. prima eas redordiri rursusque texere invenit in Coo (*v. l.* choo, choa) mulier Pamphile . . . non fraudanda gloria excogitatae rationis, ut denudet feminas vestis (*cf.* SOL. 7, 20 suburbanae ferme sunt *Atticae* Salamis, Sunium, Ceos, Coos [*v. l.* toos, choos, ochos], quae ut Varro testis est, suptilioris vestis amicula arte lanificae scientiae prima in ornatum feminarum dedit [*ex* PLIN. nat. 4, 62 *p. 289, 38*]. *inde* ISID. orig. 14, 6, 18. *v. etiam p. 585, 38*). PLIN. nat. 11, 77 bombycas et in

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Coo insula nasci tradunt. 13. 5 *unguentum* amaracinum in Coo *laudatum*. 17, 133 Coos (cuius *codd.*) insula et vites tunc (*sub etesiarum flatu*) serit (*cf. infra l. 51*). 20, 264 -i in aede Aesculapi. 29, 4 Hippocrates, genitus in insula Coo (*cf.* AVSON. 347, 6 cincta mari quaenam tellus creat Hippocratem? Cos [*v. l.* con, cho, co]. ISID. orig. 14, 6, 18; *v. etiam infra l. 69*). 35, 92 -i. STAT. silv. 1, 2, 252 ipse Cŏo plaudente Philitas Callimachusque senex. TAC. ann. 2, 75 apud -um insulam. AMPEL. 6, 14 celeberrimae *Sporadum* Aegina, Coos, Chius. DIOM. gramm. I 489, 9 sunt qui velint Epicharmum in Co (*A*, choum *B*, cum *M*) insula exulantem primum hoc carmen frequentasse, et sic a Coo (*A M*, choo *B*) comoediam dici. TERT. apol. 40 legimus Hieran, Anaphen et Delon et Rhodon et Co insulas multis cum milibus hominum pessum abisse (*sed* nat. 1, 9 *v. p. 289, 32; cf.* HIER. chron. a. Abr. 2011). VIB. SEQ. geogr. p. 152, 30 Spandaeus *fons* in Co insula Asiae. HIL. op. hist. frg. 3, 29 Eddesius e p i s c o p u s a Coo (*cf. infra l. 68*). SCHOL. Hor. epod. 12, 18 nomen pueri de Coo civitate. VVLG. I Macc. 15, 23 et in Alicarnasum et in Coo (choo *Amiat.*) et in Siden *eqs.* act. 21, 1 venimus -um (ITALA cod. e Co, codd. c g choum). ISID. orig. 15, 1, 48 Carpatus -um *aedificavit.* RAVENN. p. 395, 2 Coos. *adi.* **Cōus,** -a, -um, Κῷος. Chous *in titulis v. infra l. 58 et 83.* CIC. orat. 5 *opifices* -ae V e n e r i s (*ab Apelle pictae*) pulchritudinem imitari *non potuerunt* (nat. deor. 1, 75 div. 1, 23 off. 3, 10. SVET. Vesp. 18 [coevenerit *vel* coemerit *codd., corr. Graevius*]. *cf. etiam* PLIN. nat. 35, 92 OV. ars 3, 401; *infra l. 61*). VARRO rust. 2 praef. 3 vindemiam condimus ex insula -a et Chia (*cf. infra l. 51*). HOR. carm. 4, 13, 13 nec -ae referunt iam tibi purpurae . . . tempora (SCHOL. *ad l.* in Co enim insula purpura melior tinguitur). TIB. 2, 3, 53 illa gerat vestes tenues, quas femina -a texuit (*cf. infra l. 38*). PROP. 3, 9, 44 -e p o e t a (*Beroaldus,* dure *codd.; i. Philitas. cf.* OV. ars 3, 329). 4, 5, 23 Eurypylique placet -ae (choe *codd.*) textura Minervae (*cf. infra l. 38*). OV. met. 7, 363 -ae (*sic vulgo ex paucis* ς, coeae *sive* ceae *codd.*) . . . matres. LIV. 37, 11, 10 Rhodiae n a v e s cum duabus -is (*sic S?*, cois duabus *M*, duabus copiis *BΦ*) effugerunt (37, 22, 2). LVCAN. 8, 246 de littore -o (eoo *V*). PLIN. nat. 1, 11, 27 de bombyce -a. quomodo conficiatur -a vestis. 15, 66 -a uva et Berytia . . . nullius suavitati postferendae (*cf. infra l. 51*). 35, 161 -is *vasis* ⟨ea⟩ (*i. tenuitatis*) laus maxima. IVV. 8, 101 conchylia -a. PRVD. cath. 7, 156 rex ipse -os aestuantem murices laenam revulsa dissipabat fibula. *imprimis: Coa v e s t i s dilucida* (*cf. Amelung, PW. IV 127; v. etiam p. 584, 76 sqq.; l. 27. 30*): HOR. sat. 1, 2, 101 altera nil obstat: -is tibi paene videre est ut nudam (PORPH. *ad l.* haec autem vestis in Κῶ⟨ι⟩ insula conficitur, per quam ob nimiam subtilitatem, quae intra sunt, translucent. SCHOL. -ae vestes dicebantur admodum subtiles. -is vestis est, quae conficitur in insula Coo, perlucida. alii '-is': coccinis). TIB. 2, 4, 29 -a . . . vestis. PROP. 1, 2, 2 quid iuvat . . . tenues -a veste movere sinus? (= 4, 5, 56 [choa *codd.*]). 2, 1, 5 sive illam -is (video *Leo*) fulgentem incedere cogis (-is *Leo*), hoc totum e -a veste volumen erit. 4, 2, 23 indue me -is (chois *codd.*). 4, 5, 57 -ae (choae *codd.*) . . . vestis. OV. ars 2, 298 sive erit in -is, -a decere puta! PLIN. 1, 11, 27 *supra l. 34. sim.* PERS. 5, 135 lubrica -a (*i. texta*). *huc pertinet*: CORP. VI 33371 (*aetate Augusti*) Laudica staminaria -i. *v i n u m Coum* (*cf. etiam p. 584, 63; l. 2. 24. 35; p. 586, 1*): [PLAVT. Poen. 699 Chĭo . . . vino (Chŏo *P*).] HOR. sat. 2, 4, 29 albo non sine -o (PORPH. *ad l.* vinum a Coo insula. SCHOL. *ad l.* cum vino -o). PLIN. nat. 14, 79 (*cf. etiam* 14, 78) nec non apud nos quoque -um vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonstravit . . . Rhodium -o simile est, Phorineum salsius -o. 23, 19 vini -i (27, 44). CORP. IV 2565 (*in amphora*) -um (*item* 5539. 5540. 5536—38 -um vet(us). 5541 Choum). *adde*: HOR. sat. 2, 8, 9 faecula -a (SCHOL. *ad l.* 'faecula' cum faece -i vini diminutive dixit). *incolae* **Cōī** (Κῷοι): CIC. Verr. 5, 135 quid, ut pictam *Venerem amittant*, -os *merere velle arbitramini?* OV. ars 2, 298 *supra l. 48.* PLIN. nat. 36, 20 alteram *Venerem Praxitelis* velata specie, quam ob id praetulerunt quorum condicio erat -i, cum eodem pretio *ac nudam* detulisset, severum id ac pudicum arbitrantes. TAC. ann. 4, 14 -is Aesculapii delubro vetustum asyli ius ut firmaretur petentibus. *ibid.* apud -os. 12, 61 de immunitate -is tribuenda . . . ut omni tributo vacui in posterum -i sacram et tantum dei ministram insulam colerent. LACT. inst. 2, 7, 17. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1048ᴰ episcopus -orum insulae (*cf. supra l. 15*). Cōus, -a: CIC. de orat. 3, 132 H i p p o c r a t e s ille -us (CELS. 1 pr. p. 2, 14 CENS. 7, 6. FAV. EVL. p. 9, 22 Hippocrates Chous. LATERC. med. Hermes 35 [1900] p. 368 Hippocrates Heraclidis filius Chous. *cf. etiam supra l. 3*). CIC. Att. 7, 3, 10 Nicias -us. HOR. epod. 12, 18 -us . . . Amyntas (SCHOL. *supra l. 16*). PROP. 3, 1, 1 Callimachi manes et -i sacra P h i l i t a e (*cf.* OV. rem. 760 et cum Callimacho tu quoque, -e, noces. trist. 1, 6, 2 nec tantum -o Bittis amata suo est. *v. etiam supra l. 7*). ars 3, 401 -us . . . A p e l l e s (*cf.* Pont. 4, 1, 29 ut Venus artificis labor est et gloria -i. PLIN. nat. 35, 79). OV. Pont. 3, 1, 54 non inferius -a Bittide nomen (coabit tibi denomen *A*; coabit tibide nomen *β*; *cf. l. 75*). LATERC. med. Hermes 35 (1900) p. 369 Philippus -us . . . Dracon Hippocratis filius -us. p. 370 Thessalus Hippocratis filius -us. CORP. VI 4300 (*in monum. Liviae*) ⟨Ph⟩ileros, ⟨C⟩hloenis -a. *pro nom. vir.*: CORP. VI 5984 (*in columbario*) Chous. III 10895 (*in Pannonia sup.*) Catullae -i f. *nom. mul. v. p. 584, 71.* **Cōacus,** -a, -um *adi.* (Κωακός): DIOSC. 5, 22 de bino (*i. vino*) -u. vinu -u (*cf. p. 585, 51*) et Gladiomenia (*i. Clazomenia*) aqua maritima mixta accipiunt.

Coovil(. . .) *nom. dub. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 3123 d -l. m(anu).

Cōpae *opp. Boeotiae,* Κῶπαι. PLIN. nat. 4, 26 -ae (*trad.* gopae, gope, cophe, gape). 7, 209 remum -ae *invenerunt* (*cf.* ἡ κώπη). *adi. f.* **Cōpaïs,** -dis (Κωπαΐς, *i.* λίμνη): LIV. 33, 29, 6 circa -dem paludem.

Cope . ?. *nom. gent. inc.* CORP. III 11433 (*in tegula*) C. Copeo(?) Sac(. . .). *sim.* 11456.

Cophantus *nom. montis.* PLIN. nat. 2, 236 flagrat in Bactris -i noctibus vertex. *cf. Tomaschek, PW. IV 1211.*

Copher *v.* Ephra.

1. Cōphēs *fluv. Indiae, gr.* Κωφήν, -ῆνος (*etiam acc.* Κώφην). *acc. abl. v. infra l. 17. 19.* MELA 3, 69 Indus . . . alia quidem flumina admittit, sed clarissima C o p h e n (copen *cod.*), Acesinum, Hydaspen. PLIN. nat. 6, 62 ad flumen C o p h e t a. 6, 78 Cophete fluvio. 6, 94 flumen -s (*trad.* chopes, copes, copis). ITIN. Alex. 46 perque Nicaeam oppidum et C o p h e n a (foena *cod.*) flumen Indum petere contendit. AVIEN. orb. terr. 1344 tertius (*cf. l. 16*) amnis item secat agri proxima -s (cespes *A*) (*cf.* PRISC. perieg. 1047 tertius hos sequitur splendenti gurgite -s [*A*, cofnes *vel* cosnes *sim. B*]). HIER. sit. et nom. p. 144, 23 ex cuius (*i. Ofir*) stirpe venientes a fluvio Cofene (confene *H*) usque ad regionem Indiae, quae vocatur Ieria habitasse refert Iosephus (ant. 1, 6, 4) (*sim.* p. 149, 2 [confene *H*]. quaest. hebr. in gen. p. 18, 27 a -ne fluvio).

2. Cōphēs, *acc.* -ēn, *nom. vir. Pers., gr.* Κωφήν, -ῆνος. CVRT. 7, 11, 5 -en — Artabazi hic filius erat — misit ad barbaros. 7, 11, 22. 23 -es admissus. *ibid.* -en. 7, 11, 26.

Cōphos portus *Chalcidices,* Κωφὸς λιμήν. MELA 2, 34 portum qui -os (chopos *A*) dicitur.

Cophritis *v.* Coprithis.

1. Cōpia *dea a* copia. *cf. Aust, PW. IV 1213; Peter in Roscher, Myth. Lex. I 927; Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 276.* Có- *l. 50.* PLAVT. Pseud. 736 *v. vol. IV p. 899, 10* (*cf. etiam* LACT. inst. 3, 29, 7 *ibid. l. 7*). *praeterea v. s.* c o r n u -ae (Κέρας Ἀμαλθείας) *vol. IV p. 968, 67. adde:* SCHOL. Stat. Theb. 4, 106 (*fusius de fabula*). MYTHOGR. 1, 58 *Acheloi cornu* Fortuna, omnibus bonis implens, -ae, ministrae suae, tradidit, ut quos Fortuna fovere vellet, copia illis exinde ad plenum manaret. SIDON. carm. 11, 114 hic redolet patulo Fortunae -a cornu. CORP. XII 1023 add. (p. 821; *Avennione*) Sex. Veratius Príscae l. Pothus -ae v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). *inde cogn. opp.*: 1 *Thurii* (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. II 1204*): CORP. X 125 C. Mario P. f. Aem(ilia) Rufo IIIIvir(o) i(ure) d(icundo) C(opia) Th(uriis). I 511 (*a. 193—188 a. Chr., in nummis*) -a. *cf.* STRABO 6 p. 263 *Romani* πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι *Thurinis* μετωνόμασαν Κωπιὰς τὴν πόλιν. STEPH. BYZ. s. Θούριοι: ὕστερον Κωπιαί. *cf.* Copiensis? 2 *Lugudunum* (*hodie* Lyon): CORP. XII 1782 colon(iae) -ae Claud(iae) Aug(ustae) Lug(uduni). *notatur* c. C. C. Lug. *cf. p. 478, 74. adde*: XII 1898. XIII 1753 *sq.* Có-: XII 3203. INSCR. numm. Cohen 1, 22 n. 8 *sq.* -a (*sub Caesare et Augusto*). *inc.*: CORP. XII 4531 (*Narbone*) ⟨. . .⟩r Rufianus -a ⟨. . .⟩. 5686, 149 (*in vasculo*) L. C. Pet. -a (*an* Coria?).

2. Copia *nom. mul. v.* Copius. *cf. etiam* Copiola.

Copicius *cogn. vir.* CORP. VIII 21336 (*in Mauretania Caesar.*) Vlpius Claud(ius) -us. *fort. huc pertinet etiam* VIII 6014 (*in Numidia*), *ubi dubia est lectio* Iulius C o r i c i u s.

Copiēnsis *cogn. vir.* CORP. III 2049 (*in Dalmatia, periit*) M. Servilius -is Pacuvianus. *fort. cf.* Copia *nom. opp.* **Copiēsilla** *cogn. mul.* CORP. III 13903 (*in Dalmatia*) Servilia M. f. -a.

Κόπιλλος *dux Tectosagum.* PLVT. Sull. 4 ἡγεμόνα Τεκτοσάγων -ον.

Copinus *cogn. vir., cf.* Copillus. CORP. V 6017 (*Mediolanii*) C. Geminius -i l. Hermo.

Copio *cogn. vir.* CORP. I² n. 683 (= INSCR. Ephem. epigr. VIII n. 473; *Capuae, a. 84 a. Chr.*) ⟨. . .⟩us L. l. -o *inter nomina libertorum graecorum.*

Cōpiola *cogn. mul. a* Copia. *cf.* Copius. Có- *l. 74.* PLIN. nat. 7, 158 Galeria -a emboliaria reducta est in scaenam C. Poppaeo Q. Sulpicio cos. (*a. 9*) ludis pro salute divi Augusti votivis annum CIIII agens; producta fuerat tirocinio a M. Pomponio . . . aedile plebis C. Mario Cn. Carbone cos. (*a. 82 a. Chr.*). CORP. VI 6021 (*in columbario*) Púpia L. l. -a. 19057 Gongia P. l. Copíola. 23205 Obobiena L. l. -a. 23498 ⟨. . .⟩ a -a. 33970 Fulvia (mul.) l. Cópiola tíbícina. VIII 13326 (*Carthagine*) Caecilia -a.

Cōpiōsus, -a *cogn. vir. et mul., cf.* copiosus. GREG. M. dial. 4, 55 -us (Κοπιῶσον) . . . qui . . . nunc in hac urbe per eandem *ac frater* medicinae artem temporalis vitae stipendia sectatur. CORP. IX 501 (*Venusiae*) Cominia C. l. -a. 3527 (*Furfone*) -a conserva. IV 989 -us.

Copiritus *nom. vir.* CORP. XIII 10027, 193 (*in specillo*) -us fec(it).

Copirus *nom. vir. barb.* CORP. II 41 (*in Lusitania, periit*) L. Iulius L. et T. lib. Valens . . . -us fratri. 861 *cf. p. 590, 21. cf.* XIII 10010, 641 (*in vasculo*) C o p i r o.

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Copius, -a *nom. gent. cf.* Caupius, Cupius? *v. W. Schulze, Eigennamen p. 276 adn. 7; sed etiam* Copia. CORP. X 8340 (*Peteliae*) have -a Succes(sa). *nom. sing.*: CORP. X 7009 (*in Sicilia*; = VI 25331) -a mater. XIII 10001, 367 (*in lucerna*) -us upa (?). *cf.* Copicius, Copio, Coponius.

Copna *v.* Cofna.

Cōpo *nom. vir.*; *cf.* Coponius, Caupo. *in vasculis Arretinis*: CORP. XV 5679 L. Titi *servus* -o (*cf.* XI 6700, 703. XII 5686, 882. XIII 10009, 267). XV 5673 Co(po) L. T(iti) (*item* XI 6700, 703. *ibid. etiam* L. Ti. Co.). 5615 L. T. C. (*item* XI 6700, 703. II 4970, 503). CORP. VIII 6421 (*in Numidia*) M. Cornelius -o. 14742 (*in prov. procos.*) L. Ventilius Co⟨p⟩o (*coni. Villefosse, legebatur* Colo *vel* Cofo. *cf.* 15472 *p. 534, 37, ubi editor pro* Colo, *quod legerat Poinssot, mavult* Copo).

Cōpōnius, -a *nom. gent. cf.* Cauponius, caupo? *etiam* Copo, Copius, Copicius? *v. W. Schulze, Eigennamen p. 157 c. adn. 5. 168. 276 adn. 7. gr.* Κωπώνιος; *Ko- l. 19. 27. 32. 43.* Copp- *l. 75 et 81.* 1 PLIN. nat. 35, 162 Q. -um invenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cui suffragi latio erat. *fort. idem* INSCR. bull. corr. Hell. VI 448 (*Delphis, a. 146 a. Chr.*) Κόϊντον Κο⟨π? *an* σκ?⟩ώ⟨ν⟩ιον Κοΐντου υἱὸν πρεσβευτὴν Ῥωμαί⟨ω⟩ν. *cf. Münzer, PW. IV 1215, 50. 56.* 2 IOS. ant. 14, 145 Λεύκιος -ος Λευκίου υἱὸς Κολλίνα, *senator a. 139 a. Chr. cf. Münzer, PW. IV 1215, 37.* 3 CIC. Balb. 53 quomodo ex eadem civitate (*i. Tibure*) T. -us, civis item summa virtute et dignitate — nepotes T. et C. -os nostis — damnato C. Masone civis Romanus est factus? • *huius nepotes*: CIC. Balb. 53 (*cf. antea*). [Cael. 24 Titus Gaiusque ⟨-ii⟩ *ab Italis suppl.*] *alter nepos*: PLVT. Crass. 27 Κοπωνίῳ (*trad. etiam* Κω-) τῷ ἄρχοντι (*a. 53 a. Chr.*). CIC. Att. 8, 12ᵃ, 4 C. -um *praetorem* (*cf.* INSCR. numm. Babelon I p. 381 C. -us pr(aetor) s(enatus) c(onsulto). CIC. div. 1, 68 C. -um ad te [*M. Ciceronem*] venisse Dyrrhachium, cum praetorio imperio classi Rhodiae praeesset. 2, 114 CAES. civ. 3, 5, 3. 3, 26, 2). APPIAN. civ. 4, 40, 170 Κοπώνιον δὲ *proscriptum* τὸ γύναιον ᾔτησε παρὰ Ἀντωνίου. VELL. 2, 83, 3 -us, vir e praetoriis (-ius *MAP*) gravissimus. *cf. Münzer, PW. IV 1215, 3 et 1216, 1. alios Tiburtinos infra l. 64; v. etiam* Cauponius. 4 CIC. de orat. 1, 180 clarissima M'. Curii causa Marcique -ii nuper (*ante a. 91 a. Chr.*). 2, 140 *sq.* Brut. 194 Q. Scaevolam pro M. -o dicentem. 5 PLIN. nat. 36, 41 *Varro* et a -o (coronio *B*, quopunio *R*, copunio *V*) *statuario* quattuordecim nationes, quae sunt circa Pompeium, factas auctor est. *cf. Robert, PW. IV 1214, 51.* 6 IOS. ant. 18, 2 -ος . . . τάγματος τῶν ἱππέων, ἡγησόμενος Ἰουδαίων τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ. *cf.* 18, 29. bell. Iud. 2, 8, 1 ἐπίτροπος τῆς ἱππικῆς παρὰ Ῥωμαίοις τάξεως -ος πέμπεται (*a. 6*). ZONAR. 6, 3 Κοπώνιος. *cf. Stein, PW. IV 1214, 60.* 7 INSCR. graec. III 2 (*Athenis, sub Hadriano*) ἱεροκῆρυξ Τίτος -ος Μάξιμος Ἁγνούσιος. *cf.* 661. 780 a. *huius filius*: INSCR. graec. III 2 ἐπὶ Τίτου -ου, ἱεροκήρυκος υἱοῦ, Μαξίμου Ἁγνουσίου ἄρχοντος. 661 τὸν ἱερέα Δήμου καὶ Χα⟨ρίτων καὶ ἀγωνο⟩θέτην τῶν μεγάλων Καισαρήων ⟨Τ. -ον⟩ Μάξιμον Ἁγνούσιον, δι⟨ά⟩δ⟨ο⟩χον Στω⟨ικόν, ἱερο⟩κήρυκος ⟨καὶ ἱερέως⟩ Τ. -ου Μαξί⟨μου Ἁγ⟩νουσίου υἱόν. XII 8, 645 (*Peparethi*) ἐπὶ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις Κωπ⟨ω⟩νίου Μαξίμου. *cf. praeterea* III 1062 -ος Μάξιμο⟨ς⟩ (*sc.* πρύτανις τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς); *ephebos*: 1101, 7 *sq.* Κω⟨. . .⟩ *et* Κωπ⟨. . .⟩. 1103, 21 ⟨Κ⟩ωπ⟨ώ⟩νιος Μάξ⟨ιμος⟩. 68 e -ον Μαξίμου ⟨ζα⟩κορεύοντ⟨ος⟩ *Asclepio et Hygiae* (*cf.* 181 h). 8 *in titulis*: CORP. VI 200 I 38 (*a. 70*) -us[u] Familia(ris?). II 17 Q. -us Ac⟨. . .⟩us. 5693 a (*in columbario*) -us C. l. Anteros. 9881 Lais L. -i sarcinatrix. 16080 M. -o Atimeto -a Clara col(l)iberto. 16081 L. -us L. l. Felix, L. -us L. l. Gallio . . . -ae Daphi (*sic*) et -ae Nic(e) conlibertis. 16082 -ae Zosimae filiae . . . Eyfrhanor (*sic*) pater. 17826 L. -us L. l. Fortunatus. 28160 Q. -o Syneroti. 32627, 23 C. Copo⟨ni⟩us Silvanus Petav(ione?) *miles.* 35000 Q. Copon⟨. . .⟩, Q. Copon⟨. . .⟩. -a⟨. . .⟩. XV 855 (*in lateribus, aet. Hadriani*) opus doli(are) L. -i Fortunati, ex fig(linis) Q. Asini Margel(li). 7621 (= XIV 4000, *in fistula*) V.(?) -us Orn⟨u?⟩s (*an* Or⟨ien⟩s?) fec(it). 8001 (*in manubrio thecarum lucernariarum*) L. -us. 8002 M. -i. XIV 3540 (*Tibure*) Cn. -us Epagatus. *adde*: CORP. VI 34000 (= V 1027) Cn. -us Felicio. ereptus fato est Aquileiae, Tiburi natus. IX 1800 (*Beneventi*) -a C⟨. . .⟩. 5473 (*Falerione*) C. -o Rufino. 5663 (*Treae*) -n(i)a Ianuaria. 6078, 64 (*in tegula*) C. -i. X 6984 (*Messanae*) -a Heraclia. 7394 (*Thermis Himeraeis*) -ae Chimenn(ae). XI 2956 (*Tuscanae*) C. -i Crescentis dec(urionis) Tuscanensium, quaestoris r(ei) p(ublicae) *eqs.* 3427 (*Tarquiniis*) C. -us Bas(. . .). 3645 (*Caere, in columella*) A. -us (mul.) l. Secundus. V 2692 (*Ateste*) -a (mul.) l. Cila. XII 4239 (*Baeterris*) C. -o Grato (se)viro Augustali. 4266 (*ibid.*) C. -o Felici, C. -o Antho. III 2770 (*in Dalmatia*) Antonius Proculus . . . et -a parentes. 3859 (*in Pannonia sup.*) -a C. f. Tertia. 4871 (*in Norico*) C o p p o n i a Potentina. 13531 (p. 2287; *ibid.*) Sexta -a. INSCR. Öst. Jahresh. IX (1906) Beibl. p. 46 (*in amphora*) -i. INSCR. bullettino di archeol. e storia Dalmata 1906 p. 226 ⟨Copo?⟩nio Chry⟨sippo?⟩ . . . Copo⟨nia Ianu⟩aria. CORP. VIII 3395 (*Lambaesi*) C. -us Proculus. 3547 (*ibid.*) L. -us Proculus. *cogn. et nom. sing.*: CORP. XI 3768 (*Careiis, periit*) Pollia -a contubernalis. III 5617 (*in Norico*) C o p p o n i a ⟨L⟩ucani liber⟨ta⟩. *adi.* **Cōpōniānus,** -a, -um: CIC. Att. 12, 31, 2 -am villam et veterem et non magnam novi.

Copori *pop. Callaeciae.* PLIN. nat. 4, 111 -i. *sed* PTOL. 2, 6, 23 Καπορῶν. *cf. Hübner, PW. III 1544 s.* Capori. *an huc pertinet*: CORP. II 606 (*in Lusitania, periit*) Lupi Alboni f. C a p (ori)? *cf.* Coporus.

Coporīnus *nom. vir., cf.* Coporus. CORP. II 2657 (*in prov. Tarraconensi*) -o Copori f.

Coporus *nom. vir. barb.*; *cf.* Copori, Coporinus. CORP. V 4512 (= CARM. epigr. 1177; *Brixiae*) -usque. II 2657 *v. l. 4.* 5250 (*in Lusitania*) Caturo et Virius -i Cel(eni?) f.

gen. **Coppī**(?) *in vasculo.* CORP. XIII 10010, 2851 ⟨m.⟩ -i. *cf. l. 15.*

Coppōnia *v.* Coponius *p. 587, 75 et 81.* **Coppronia** *v.* Copronius.

Coppulānus *cogn. vir.* CORP. XI 4534 a (*Ameriae, periit*) ⟨.?.⟩s L. f. -us.

Coppuro *nom. in vasculis Gallicis.* CORP. XIII 10010, 642.

Coppus *nom. vir.* CORP. XIII 3988 (*Treveris*) Boutius Alctus sibi et -o fratri. *cf. l. 9.*

Copr⟨. . .⟩ *cogn. vir. inc.* CORP. XIII 697 (*Burdigalae*) Cintusma Senodo⟨n⟩nae f., C. Iul. Copr- (*an* Corr-?) ⟨. . .⟩is⟨. . .⟩.

Coprānus *cogn. vir.* CORP. IX 6083, 33 (*signaculum*) P. Cauli -i.

Coprates. *nom. fluvii*: IVL. HON. cosmogr. B 9 fluvius -es (*v. l.* copretes, copratres, chopres) nascitur in campis Indiae. illustrans Indos infundit se in oceanum orientalem sub insula Teron. currit milia DCXII. *cf.* COSMOGR. 1, 9, *ubi trad.* Chopatres. *an cf.* STRABO 15 p. 729 Κοπράτας *qui in Tigridem influit* (*etiam* DIODOR. 19, 18, 3)? *item nom. opp. 'oceani orientalis'*: IVL. HON. cosmogr. A 6 -es (*v. l.* copretes, eoprates) oppidum. COSMOGR. 1, 6 Copretes. *i. q.* Coprithis?

Coprēs *nom. vir.*, Κόπρης. RVFIN. hist. mon. 9 p. 422ᴬ presbyter, -es nomine. p. 425ᴰ senex -es. p. 426ᴬ senis -etis. *idem* CASSIOD. hist. 8, 1 -es. VITAE patr. 5, 15, 24 -em *et* -es.

Copretes *v.* Coprates.

Copriānus *nom. vir. per iocum a* κόπρος *fictum pro* Cyprianus. LACT. inst. 5, 1, 27 audivi ego quendam, qui eum (*i. Cyprianum*) immutata una littera -um vocaret, quasi quod elegans ingenium et melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset.

Coprica *v.* Caprica.

Coprilla *cogn. mul.*; *cf.* coprea, κόπρος? CORP. X 7403 (*Thermis Himeraeis*) Laeliae D. l. -ae.

Coprithis *opp. Aegypti, ut videtur*; Κοπριθίς (*cf.* CONC. Ephes. a. 431 Mansi 4, 1128ᴮ Κοπριθίδος. 4, 1220ᶜ Κοπριθέως). CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 714ᴮ Silvanus episcopus -eos. 5, 590ᴮ Britheos. 5, 616ᴬ Cobrithi. MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 867ᴰ (Migne) Cophriteos. p. 895ᴰ Copritheos. *cf.* Coprates?

Copronius, -a *nom. gent.*; *cf.* Cupronius *et W. Schulze, Eigennamen p. 157 adn. 3.* CORP. VIII 5497 (*in Numidia*; *cf.* p. 963) -a Praefecta . . . T. -us ⟨.?.⟩. 5589 (*ibid.*) C o p p r o n i a Matrona.

Copsa *v.* Compsa. *acc.* **Coptēn, Copticus, Coptis, Coptīt(a), Coptītēs, Coptītūpolis** *v.* Coptos.

Coptius *nom. vir.* CORP. VI 5829 (*in columbario*) -us pater fecit Verae fil(iae).

Coptos *f.* (*cf. l. 63 et 66*) *opp. Aegypti in Thebaide, hodie* Kuft; *gr. plerumque* (ἡ) Κοπτός. *nom.* -us *l. 71*; -is *l. 66.* *gen.* -i *l. 55. 66. 77.* -ū *l. 78.* *acc.* -um *l. 57.* -on *l. 60 sq. 69 sq. 73.* -ēn *l. 67.* CORP. III 14147⁵ (*in Aegypto, a. 27 a. Chr.*) l. 7 *C. Cornelius Gallus* V urbium expugnator, Bore⟨se⟩os, -i *eqs.* PLIN. nat. 5, 60 -os, Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium. 6, 102 *a Iuliopoli* navigant Nilo -um CCCVIIII p., qui cursus etesiis flantibus peragitur XII diebus (*cf.* SOL. 54, 7, *ubi trad.* -on). *ibid.* a -o *sexies* (6, 168. 13, 139. 37, 69. 149 ITIN. Anton. Aug. p. 171, 5). 10, 94 iuxta oppidum -on insula est sacra Isidi. 37, 65 eruuntur *smaragdi* c i r c a -on oppidum Thebaidis collibus excavatis (37, 154). 37, 149 batrachitas quoque -os mittit. STAT. Theb. 1, 265 melius votis Mareotica fumant -os et aerisoni lugentia flumina Nili (SCHOL. *ad l.* civitas Mareotica Aegypti, in qua Io versa in Isidem colitur, cuius sacris sistro celebratis Nilus exaestuat). IVV. 15, 28 miranda . . . gesta super calidae referemus moenia -i. COSMOGR. 1, 6 C o p t i s. VOPISC. Prob. 17, 3 C o p t e n (copte *BP*) praeterea et Ptolomaidem urbes ereptas barbarico servitio Romano reddidit iuri (17, 6 ⌈copton *B*¹⌉). ITIN. Anton. Aug. p. 165, 6 -on (*cf. etiam* Contra -o). AMM. 22, 16, 2 Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet et -on et Antinou (*sc. polin*). HIER. chron. a. Abr. 2309 Busiris et -us contra Romanos rebellantes ad solum usque subversae sunt. COMMENT. Lucan. 8, 833 in -on ducens exercitum Serapis ipsi civitati nomen dedit a luctibus, quos Graeci κοπετοὺς vocant. ibi enim, si fabulis fides est, Isis occisi fratris eiusdemque viri Osiridis certior facta flevisse multum diuque dicitur *eqs.* NOT. dign. or. 31, 18 (= 26) *et* 19 (= 36) -o. CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 616ᶜ episcopus -i (MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 896ᴮ [Migne] Coptu). *adi.* **Copticus,** -a, -um (Κοπτικός): APVL. met. 2, 28 per nocturna silentia et adyta Copti[ti]ca (adepacooeptitica *trad.*) et per incrementa Nilotica et arcana Memphitica et sistra Phariaca. *adi.* **Coptītēs** (Κοπτίτης) *m.*: PLIN. nat. 5, 49 dividitur *Thebais* in praefecturas oppidorum, quas *ν ό μ ο υ ς* (nomus *trad.*, nomos *vulg.*) vocant: Ombiten . . . -en *eqs. cf.* CORP. X 3635 (*Miseni*) Taesis Aegyptia n o m u **Coptītūpolis** (Κοπτιτούπολις) Apollono-

[*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

polii f. *incola* Coptītēs: PLIN. nat. 30, 9 Democritus Apollobechen -en (*v. l.* coptitem, copiten, captidenent) et Dardanum . . . illustravit. CONST. veteran. 18 p. 856 (*a. 86*) int. 20 C. Gemello Croní f. -t(ae). *adi.* **Coptītis,** -dis (Κοπτῖτις) *f.*: PLIN. nat. 36, 52 et Naxiae *harenae* vitium est et -di (*B*, coptidi *al.*) quae vocatur Aegyptia.

Cor(. . .) *notatur nom. gent. inc.* CORP. IX 4439. V 3315. XII 329. XIII 4365. 10010, 643 (*in vasculo*). II 4970, 144 (*in vasculo*). VIII 23713 b. *cf.* Cornelius, *al.* *item cogn.* (*et nom. sing.*) *in tegulis, amphoris, lucernis sim.*: CORP. XV 6383 (*cf.* XIII 10001, 101). V suppl. ital. 1080, 221. XII 5683, 2 (*cf.* XIII 10002, 169). 5686, 260 (*cf.* VII 1338, 5). III 8275, 2.

1. Cora *opp. Latinum; postea colonia Romana et municipium, tribu Papiria; hodie* Cori. *gr.* Κόρα. *cf. Hülsen, PW. IV 1216; Nissen, Ital. Landesk. II 643.* *plur.* -ae *v. l. 34.* DIONYS. ant. 3, 34, 3 αἱ δὲ τῶν Λατίνων πόλεις . . . αἱροῦνται . . . Ἄγκον Πουπλίκιον ἐκ πόλεως -ας *ducem contra Tullum Hostilium.* STRABO 5 p. 237 Πρίβερνον καὶ -α καὶ Σύεσσα. VERG. Aen. 6, 775 hi (*reges Albani*) Collatinas imponent montibus arces, Pometios Castrumque Inui Bolamque -amque. PROP. 4, 10, 26 captae (capta *N et pars dett.*) iugera terna (terra *codd., corr. Itali*) -ae. LIV. 2, 16, 8 duae coloniae Latinae, Pometia et -a, ad Auruncos deficiunt. 2, 22, 2. 26, 8, 10 per Appiae municipia quaeque propter eam viam sunt, Setiam, -am, Lavinium. 27, 9, 7 -a *colonia populi Romani* (co *P*, Sora *Madvig.*; *cf.* 29, 15, 5. -a [sora Σ; *om. P*]). LVCAN. 7, 392 tunc (*i. post bella civilia*) omne Latinum fabula nomen erit; Gabios Veiosque -amque pulvere vix tectae poterunt monstrare ruinae. SIL. 8, 378. FLOR. epit. 1, 11, 6 mox de finibus cum isdem Latinis . . . pugnatum est. -a (*codd. et* IORD. Rom. 124 Sora) — quis credat? — et Alsium terrori fuerunt. SOL. 2, 7 -am a Dardano *conditam* (*cf. infra l. 48.* MART. CAP. 6, 642. *v. etiam* 1. Coras). PS. AVR. VICT. orig. 17, 6 regnante Latino Silvio coloniae deductae sunt Praeneste, Tibur, Gabii, Tusculum, -a, Pometia *eqs.* (*cf.* DIODOR. 7, 5, 9, *ubi* Koram *ex versione armenica*). SYMM. epist. 1, 8 apud -am rusticam vel apud steriles Formias. 2, 3 (capuam *trad.*). COSMOGR. 1, 19 -ae (core *L*). CORP. X 6524 (*Corae*) omn⟨ibu⟩s hono⟨ribu⟩s -ae functo. *pro incolis*: SIL. 4, 220 trahit *Scipio* undique lectum divitis Ausoniae iuvenem, Marsosque -amque Laurentiumque decus *eqs.* *adi.* **Corānus,** -a, -um: CATO orig. 58 lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, -us, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis Rutulus. LIV. 8, 19, 5 *Vitruvium Vaccum ducem Fundanum* vastantem effuse Setinum Norbanumque et -um agrum. PLIN. nat. 1, 36, 29 de -is *lapidibus* (36, 135 albos -os duriores quam Parios. *cf.* ISID. orig. 16, 4, 31). SYMM. epist. 6, 61 de -o nostro (*sc. praedio*). LIB. pontif. p. 48, 14 fundum Corbianum, territurio -o (p. 56, l. 11. 70, l. 71, 24 *sq.*). p. 81, 2 in civitate -a. CORP. X 6524 (*Corae*) ordo et popul(us) Cora(nus *vel* -norum). *incolae* **Corānī**: *gen. pl.* -o(m) *l. 49.* PLIN. nat. 3, 63 -i, a Dardano orti (*cf. supra l. 29*). CORP. I 12 (*in nummis argenteis et aereis* [*?*], *ante a. 268 a. Chr.*) -o(m) *et* Korano. VI 32275 ⟨cu⟩rator reí publicae -orum (*cf.* X 6535 r. p. Co⟨r . . .⟩). DIONYS. ant. 5, 61, 3 Ἀρδεατῶν, Ἀρικηνῶν, Βοιλλανῶν, Βουβεντανῶν, Κορνων κτλ. *cf.* GLOSS. Plac. V 21, 38 (= 68, 5) Fab(r)i Cora proverbium in eos qui (ad *add. G*) domesticis alimentis usi aliis laborarent. dictum ab eo, quod Capitolium aedificanti Tarquinio fabros ac structores Corni (corvi *R*) cum suo victu miserunt (*cf. Bücheler, Rhein. Mus. 35, 402; Otto, Sprichwörter p. 129*). **Corānus** *nom. gent. et cogn. v. s. v.*

2. Cora *v.* 2. Chora.

3. Cora *dea, i. q. Proserpina.* Κόρη. *cf.* SERV. auct. Aen. 3, 111 Proserpina, quae Κόρη dicitur graece. CORP. VI 1780 (*saec. IV, periit*) sacratae apud Eleusinam deo Iaccho, Cereri et -ae, sacratae apud Laernam deo Libero et Cereri et -ae. CARM. c. pag. 71 -ae Triviaeque sacerdos. *cf.* cora.

4. Cora *nom. mul.;* Κόρη, *cf.* 3. Cora. CORP. VI 16084 -ae T. A⟨t(ei)⟩ Capitonis l. 19076 Otacilia Cn. l. -a. 35172 Etriliae -ae.

Cora⟨. . .⟩ *nom. gent. inc.* CORP. IX 4567 (*Nursiae*) Q. -a⟨. . .⟩. *cf.* Coranius, Coranus. *item cogn. inc.*: INSCR. Notiz. degli scavi 1906 p. 199 (*in Sardinia, a. 62*) Mislius -a⟨. . .⟩.

Coraba *nom. vir. hebr.* VVLG. III Esdr. 1, 9 -a (Ἰωράμ LXX). *idem* VVLG. II par. 35, 9 Iozabad (Iozabat *Amiat.*).

Coracanda *nom. fluv. ad Bosporum Cimmericum.* MELA 1, 112 obliqua tunc regio . . . inter Pontum Paludemque ad Bosphorum excurrit; quam duobus alveis in lacum et in mare profluens -a paene insulam reddit.

Coracēsium *opp.* (*et promunturium*) *Ciliciae vel Pamphyliae,* Κορακήσιον. -on *l. 79.* LIV. 33, 20, 4 -um . . . Antiochus operibus oppugnabat. 33, 20, 5. PLIN. nat. 5, 93 -um. HIER. in Dan. 11, 15 p. 709 -um. CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 614^C^ episcopum Choracesii (MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 894^C^ [Migne] Coracesii). RAVENN. p. 103, 11 Coracenssion. p. 359 p. 16 -on. Guid. p. 526, 17 Caracesium. CORP. XIII 7369 (*in Germania sup., in lapide Mithrae*) p(etram) genetricem . . . sive Cracissiu(m). -um *latere putat Zangemeister, cf. adn.* *incolae* **Coracēnsēs** (*?*): MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 867^C^ (Migne) Matidiano -ium *episcopo* (*cf. l. 77*); *fort. corruptum ex nom. ipsius oppidi.*

Coracēsius *mons Tauri.* PLIN. nat. 5, 98. *cf.* Coracesium.

Coracia *nom. mul.; cf. c.* 1. Corax? *cf.* coracinus. INSCR. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. II) n. 127 (*in prov. Tarraconensi*) -a uxor.

C[h]oraciēnsis, *adi. geogr.* NOT. Tir. 88, 46.

Coracīnus, -a *cogn., cf.* 1. Corax, coracīnus. MART. 4, 43, 1 non dixi, -e, te cinaedum. *cf.* 4, 43, 4. 11. 6, 55, 4. CORP. VI 5036 (*in columbario*) Oppiae Coracinene (*sic*). X 2428 (*Puteolis*) ⟨T.⟩ Flavio Aug. l. -o. 4924 (*Venafri*) L. Allio (mul.) l. Corac⟨ino⟩.

Coraciōn *nom. presbyteri,* Κορακίων. RVFIN. hist. 7, 24, 9 is qui inter eos maximus doctor et vitae meritis praestantior habebatur, -on nomine.

Coradēnsēs *incolae opp., ut videtur, Asiae.* CONC. Const. a. 550 Mansi 9, 117^B^ episcopo -ium.

Corae *v.* 1. Cora *p. 589, 34.*

Coraesus *cogn. vir.* INSCR. Notiz. degli scavi 1899 p. 262 (*in Piceno*) Antistius -us.

Corāgio *cogn. mul.; cf.* c(h)oragium, Χορηγίς. CORP. VI 22125 Marcia M. l. -o concubína Rufionis.

genet. **Coraī** *nom. vir. barb. v. l. 22.* **Coraitha** *v.* Cariathaim.

genet. **Coralī** *nom. vir. barb.* CORP. II 5629 (*in Callaecia, periit*) Cambavius -i f. Senatoris s(ervus). *cf.* 861 (*in Lusitania, periit*) Silo Corai (*i.* Corali?; Copiri *Hübner*) ⟨f.⟩.

Coralis *fons Arabiae.* PLIN. nat. 6, 150 fons -is. *cf. D. H. Müller, PW. IV 1217.*

Coralius *fluv. Bithyniae.* PLIN. nat. 6, 4 Sangaris fluvius, . . . -us, a quo incipiunt Mariandyni.

Corallī *pop. Thraciae vel Moesiae; gr.* Κόραλλοι (STRABO 7 p. 318 APPIAN. Mithr. 69). OV. Pont. 4, 2, 37 hic mea cui recitem nisi flavis scripta -is, quasque alias gentes barbarus Hister habet? 4, 8, 83 pellitis . . . -is. VAL. FL. 6, 89 -i, barbaricae quīs signa rotae ferrataque dorso forma suum truncaeque Iovis simulacra columnae *eqs.*

Coralliba *insula vel insulae prope ostium Indi.* PLIN. nat. 6, 80 (coraliba *F*, toralliba *E*). *cf. Tomaschek, PW. IV 1217.*

Corallicē *cogn. mul., cf.* corallium, corallicus. CORP. VI 20455 Iulia C. l. -e.

Coralliōn *v.* Corelion. **Corambis** *v.* Orambis.

Coran *nom. canis Actaeonis corruptum.* HYG. fab. 181 p. 37, 14 (Corax *Muncker; sed cf. etiam Waser, PW. III 2178 sub* Charon *n. 3*).

Corāna *v.* 2. Coranus *et* 1. Cora. **Corānī** *v.* 1. Cora.

Corānius, -a *nom. gent.; cf.* Coranus *et W. Schulze, Eigennamen p. 355: gr. l. 44.* CORP. VI 451 (*a. 100*) L. -us L. lib. Euaristus. 16085 -ae Verae. XIV 2904 *v. infra l. 52.* IX 4568 (*Nursiae, periit*) T. -us T. C⟨. . .⟩. XII 4719 (*Narbone*) -a m(ul.) ⟨lib.⟩. INSCR. Athen. Mitteil. 9 (1884), 64 (*Parii ad Hellespontum*) Κορανία Πῶλλα. CORP. II 1060 (*in Baetica*) ⟨L.⟩ -us Tuscus. 5000 (*in Lusitania*) L. -us L. f. Gal(eria) Bubbus. VIII 19752 (*in Numidia*) -a Procula.

1. Corānus, -a, -um *v.* 1. Cora.

2. Corānus, -a *nom. gent. cf.* Coranius; *a* 1. Cora? *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 532 sq.* PLIN. nat. 11, 244 M. -i ex patricia gente filias duas ob id (*sc. digitos senos*) Sedigitas accepimus appellatas. CORP. VI 2928 L. -us L. f. Ste(llatina) Valens domo Graviscis. 35003 ⟨C. Cor⟩ani C. et (mul.) l. ⟨. . .⟩. -a (mul.) l. Vrbana. XIV 2904 (*Praeneste*) Bruttia C. f. Sabina -i *uxor.* X 5813 (*Aletrii*) C. -u⟨s . . .?⟩, -a C. f. ⟨. . .⟩, -a C. f. ⟨. . .⟩. XI 951 (*Mutinae*) -ae (mul.) l. Fideli . . . -ae (mul.) l. Fuscae. V 2834 (*Patavii*) L. -um Vrsu⟨l⟩um. *cogn. et nom.* (*vir.*) *sing.*: HOR. sat. 2, 5, 57 (*cf.* 64). MART. 4, 37, 1. 9, 98, 3. IVV. 16, 54 -um signorum comitem castrorumque aera merentem. CORP. VI 3539 M. Stlaccius C. f. Col(lina) -us, praef(ectus) fabrum, equó publico, ex quínque decuriís *iudicum eqs.* XI 1754 (*Volaterris*) C. Manneius -us archiinimus. III 9898 (*in Dalmatia*) -us.

1. Corās *nepos Amphiarai, frater Catilli* (*q. v.*), *eponymus opp. Corae* (*q. praeterea v.*). -ās: VERG. Aen. 7, 672. 11, 604. VERG. Aen. 7, 672 *v. p. 262, 42* (SERV. *ad l.* -as, a cuius nomine est civitas in Italia [*sc. Cora*]. *v. etiam p. 262, 56*). 11, 465 (*et* 604) cum fratre -as (SERV. *ad l.* scilicet Catillo; *cf. ad* 11, 519). SOL. 2, 8 *v. p. 262, 37.* PORPH. Hor. carm. 1, 7, 13. 1, 18, 2. 2, 6, 5 *v. p. 262, 51 sqq.* *inde nom. montis*: VIB. SEQ. geogr. p. 155, 14 -as *mons* item Tiburti. *cf.* mons Catillus.

2. Coras *v.* Core.

Coras⟨. . .⟩ *nom. mul. inc.* CORP. II 6289 (*in Baetica*) Coras⟨. . .⟩a uxor.

Corasius, -a *nom. gent.* CORP. XII 3506 (*Nemausi*) -i⟨a⟩ Posil⟨la⟩ uxor.

Corassiae *v.* Carussae.

Corātius *errore incisum pro* Horatius *in titulo Philippensi* CORP. III 633 I 7, *cf.* II 20. *praeterea v.* Curatius.

Coraulo *cogn. vir. gr., cf.* χοραύλης, Choraul(. . .). CORP. VI 975 a II 40 (*a. 136*) Cn. Caecilius Cn. l. -o.

1. Corax *nom. vir. gr.,* Κόραξ, *cf.* corax; *etiam* Coracinus. *acc.* -cem: CIC. de orat. 3, 81 *et p. 591, 2*; -ca *p. 591, 5. 9.* **1** HIER. chron. a. Abr. 563 -x *rex Sicyoniorum.* AVG. civ. 18, 11 Iesus Nave . . . defunctus est regnante . . . apud Sicyonios sexto decimo -ce. EXC. barb. chron. min. p. 294 Fr. -x. **2** *orator celeberrimus Syracusanus*: CIC. de orat. 1, 91 usque a -ce nescio quo et Tisia, quos artis illius (*i. rhetoricae*) inventores et principes fuisse constaret. 3, 81 *luditur cum*

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appellativo. v. vol. IV p. 947, 52 (*cf. ibid.* MART. CAP. 5, 433). Brut. 46 artem et praecepta Siculos -cem et Tisian conscripsisse: nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et discripte plerosque dicere. QVINT. inst. 2, 17, 7 doctores artis sero et circa Tisian et -ca primum repertos. 3, 1, 8 artium autem scriptores antiquissimi -x et Tisias Siculi. MAR. VICTORIN. rhet. p. 258, 37 -x et Tisias artes primi oratorias apud Graecos scripsisse dicuntur. **3** *servus ap.* PLAVT. Capt. 657 Colaphe, Cordalio, -x. *cf. K. Schmidt, Hermes 37 (1902) p. 184.* PETRON. 117 mercennarius -x. 140 -ci *et* -ca. **4** *pro cogn.*: PLIN. nat. 7, 182 M. Terentius -x, dum tabellas scribit in foro, *repente obiit.* CORP. VI 23434 P. Olio P. f. Pub(lilia) -ci. 23937 ⟨Sex.⟩ Perperna Sex. f. Col(lina) -x. **5** *nom. equi*: PLIN. nat. 8, 160 Claudi Caesaris saecularium ludorum circensibus, excusso in carceribus auriga albati *panni*, equo -ce occupavere *equi*, primatum optinuere opponentes, effundentes *eqs. v. Friedländer, Sittengesch. II⁸ 335. 519. cf.* CORP. XV 6250 (*in lucerna*) -ci nic(a). INSCR. Amer. Journ. of arch. XI (1907) p. 179 (*Romae, a. 15*) eq(uis) Histro, -ce.

2. Corax *mons Aetoliae, Κόραξ.* LIV. 36, 30, 4 ut ad -cem ventum est — mons est altissimus inter Callipolim et Naupactum (*inde* GLOSS. V 565, 53). 37, 4, 7 -cem ... montem. 37, 5, 4 ad -cem.

3. Corax *fluv. Sarmatiae, Κόραξ* (*cf.* PTOL. 5, 8, 4). AMM. 22, 8, 29 licet alia quoque ... Sauromatarum praetenditur natio litori iuncta, quod -cem (-cen *cod.*) suscipiens fluvium in aequor eiectat extremum.

4. Corax *gradus initiationis Mithriacae, a κόραξ.* HIER. epist. 107, 2 Graccus ... nonne specum Mithrae et omnia portentosa simulacra, quibus -x, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Heliodromos, Pater initiantur, subvertit, fregit, excussit? *alludit* AMBROSIAST. in Rom. 1, 23 *cf.* 1. coracinus *vol. IV p. 942, 5.*

Coraxī *gens Colchica, Κοραξοί.* MELA 1, 110 ferae incultaeque gentes vasto mari assidentes ... Melanchlaena, Toretica, sex Colicae, -i *eqs.* (*sic A*, Coraxici *Müller; inde* PLIN. nat. 6, 15 ferae nationes ... Melanchlaeni, -i). PLIN. nat. 2, 224 in Ponto ex adverso -orum gentis. *adi.* **Coraxicus,** -a, -um (*Κοραξικός*): MELA 1, 109 hinc (*a Colchis*) orti montes ... Cerauni dicuntur, idem aliubi ... Caspii, -i, Caucasii, ut aliis aliisve appositi gentibus ita aliis aliisque dicti nominibus (*cf.* PLIN. nat. 5, 99 *et* MART. CAP. 6, 683, *ubi* -us *mons*). 3, 41 Cyrus et Cambyses ex radicibus -i (corxici *A*) montis vicinis fontibus editi (*cf.* PLIN. nat. 6, 26 Cyrus oritur in Heniochis montibus, quos alii -os vocavere. 6, 39).

? gen. **Corbelī.** CORP. II 2740 (*in prov. Tarraconensi, periit*) -i ⟨...⟩ Carisi a⟨...⟩.

Cotys *nom. regum barbarorum, gr.* Κότυς. *gen.* -yis: CAES. civ. 3, 36, 4 LIV. 42, 67, 4. VELL. 2, 129, 1 (*cf. v. l. p. 678, 30*). VAL. MAX. 3, 7 ext. 7. TAC. ann. 2, 67 (*bis*, -ys *cod.*). 3, 38. 4, 5. *dat.* -yi (*cf. l. 34*): CIC. Pis. 84 (*coni.*). TAC. ann. 2, 64 *ter. acc.* -yn: LIV. 42, 67, 5. 45, 42, 7 LVCAN. 5, 54 QVINT. decl. 386 p. 432, 8 TAC. ann. 2, 65. 66 (-y *cod.*). 12, 15 (*cf. v. l. p. 678, 38*). -ym: LIV. 45, 6, 2. *abl* -ye: LIV. 42, 67, 3. 45, 42, 6. 8 TAC. ann. 2, 65 *bis.* 3, 38 OROS. hist. 4, 20, 36. *vocat.* -y: OV. *infra l. 28.* Cotus, -i: LVCIL. 527 NEP. Iph. 3, 4 Tim. 1, 2. *cf. etiam l. 16. 23.* 1 *rex Thraciae saec. IV a. Chr.:* NEP. Iph. 3, 4 Menesthea filium reliquit *Iphicrates* ex Thraessa natum, -i (Cotyis *u*) regis filia. Tim. 1, 2 adversus -um bella gessit *Timotheus* (*nisi est rex Paphlagonum; cf.* PLVT. Ages. 11). VAL. MAX. 3, 7 ext. 7 capax generosi spiritus illud quoque dictum regis -is (coti *L*, cotyi *A*): ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit, 'et ego' inquit 'illis meae gentis ius dabo'. QVINT. decl. 386 p. 432, 8 cum *Iphicrates* -n, Thracum (tudiracum *B*) regem in id (*i. iudicium*) adduxisset. 2 *rex Odrysarum, cum Perseo, Macedonum rege, contra Romanos pugnavit:* LIV. 42, 29, 12 -s Thrax, Odrysarum rex, iam Macedonum partis erat. 42, 51, 10 -s, Seuthis (cotheseuthis *V*) filius, rex gentis Odrysarum. 42, 57, 6. 42, 58, 6 -s rex. 42, 67, 3 *sqq.* 43, 18, 2. 44, 42, 2. 45, 6, 2. 45, 42, 5 ⟨Bithys, filius -is⟩ regis Thracum (*suppl. edit. Basil.*). 45, 42, 6 *sqq* EVTR. 4, 6, 2 -n (*v. l.* cothum, cotum), Thraciae regem. OROS. hist. 4, 20, 36 Perseum et Macedones secuti sunt Thraces cum rege -e (cotyn *R*). *ad hunc pertinere videtur:* LVCIL. 527 rex Cotus ille duo[s] hos ventos, austrum atque aquilonem novisse aiebat ⟨se⟩ solos. *cf. Marx ad l. p. 197.* 3 *rex Thraciae, in bello civili contra Caesarem pugnavit:* CIC. Pis. 84 regi -yi *bis* (*coni. Caratoni,* Cotto *Orelli,* coddo *vel* cottho, cotho, coccho *codd.*). CAES. civ. 3, 4, 3 *D equites* -s (cotus *vel* cottus *codd.*) ex Thracia dederat et Sadalam filium miserat Pompeio. 3, 36, 4 regis -is (cottis *trad.*). LVCAN. 5, 54 Sadalam fortemque -n fidumque per arma Deiotarum. FLOR. epit. 4, 2, 5 -s (*B*, co intus *N*, corinthus *L*). 4 *rex Thraciae aet. Augusti* (*cf. PIR. I p. 476 n. 1269*): OV. Pont. 2, 9, 2 regia progenies, cui nobilitatis origo nomen in Eumolpi pervenit usque, -y! 2, 9, 38 o -y, progenies digna parente tuo. VELL. 2, 129, 1 Rhascupolim, interemptorem fratris sui filii -is (cotyss *A*, Cotys *P*) consortisque eiusdem imperii. TAC. ann. 2, 64 omnem eam (*i. Thraciae*) nationem Rhoemetalces tenuerat; quo defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio -i permisit. in ea divisione arva et urbes et vicina Graecis -i *cesserunt* ... illi mite et amoenum *ingenium eqs.* 2, 65 *sqq.* 3, 38. 4, 5. *huius filius:* TAC. ann. 11, 9 rex minoris Armeniae -s. *cf. PIR. I p. 477 n. 1270.* 5 *rex Bospori* (*cf. PIR. I p. 477 n. 1271*): TAC. ann. 12, 15 *a Didio duce Romano* relictos in novo regno -n (*m. 2.*; -y *m. 1.*) iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila equite Romano. *ibid.* -s. 12, 18 frater *Mithridatis Bosporani* -s, proditor olim, deinde hostis. *alios v. PIR. I p. 476 n. 1268. 478 n. 1272 sqq.* 6 *persona mythistorica:* VAL. FL. 3, 112 occubat Iron et -s et Pyrno melior genitore Bienor (*Cyziceni a Tydeo occisi*).

Cotȳtō, *acc.* -ōn, *dea Thracum, gr.* Κοτυτ(τ)ώ; *cf. Rapp apud Roscher, Myth. Lex. II 1398 s.* Kotys. *genet.* -i *l. 48.* IVV. 2, 92 talia secreta coluerunt orgia taeda Cecropiam soliti Baptae (*nomen fabulae est Eupolidis*) lassare -on (*sic P Schol.*, Cotytto *vulgo*). SCHOL. *ad l.* ad exemplum Cotyti dicuntur Isiaca sacra celebrari. *inde*

Cotȳtia *orgia in honorem deae celebrata,* Κοτύτ(τ)ια: HOR. epod. 17, 56 inultus ut tu riseris -a volgata, sacrum liberi Cupidinis (cocytia *codd.*; *cf.* PORPH. *ad l.* -a autem sacrum Cupidinis esse dixit, quia maleficia haec, quae per inferna sacra fiunt, ad amorem pertinere vult intellegi . . . -a sacra dicuntur, quae infernis diis a veneficis fiunt, inde fortasse, quod Cocytus fluvius sit inferorum. *sim.* SCHOL. [*trad.* cocytia, coticya, cocycia *sim.*]). VERG. catal. 13, 19 non me vocabis pulcra per -a (cocitia *B*, cocytia *rell.*) ad feriatos fascinos. *cf. etiam Wissowa, Rel. u. Kult.*² *p. 376 adn. 12.*

Cotziaium *v.* Cotiaion.

Cova⟨. . .⟩ *nom. inc.* CORP. VI 33430 (*in columbario*) Antiocis -a⟨. ? .⟩.

dat. **Covalī** *cogn. Mercurii celt.* INSCR. Revue archéol. 4. sér. IV (1904) p. 444 (*in Lusitania*) Mercurio -i Q. N(. . .) Saturnin(us) a(nimo) l(ibens) v(otum) s(olvit).

Covaniae *nom. fundi.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 5, 58 fund(um) -as et ovilia in Veleiate pag(o) Ambitrebio. 5, 60 fund(os) Ollianos, Pomponianos, Sulpicianos, -as, Veconianos *ibidem.*

Coudomarus *nom. vir. barb.* CORP. III 5131 (*in Norico*) Pinit(us) Coudoma⟨ri⟩.

Coveliacae *loc. Raetiae.* TAB. Peut. 4, 2 -as. *cf. Ihm, PW. IV 1678.*

Covella *cogn. Iunonis.* VARRO ling. 6, 27 primi dies mensium nominati Kalendae, quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra sic dicto quinquies (*Turnebus,* dictae quinque *trad.*): 'kalo Iuno -a', septies dicto (septem dictae *trad.*) 'kalo Iuno -a'. *cf. Roscher, Myth. Lex. II 585 sq.; Wissowa, Relig. u. Kult.*² *p. 187.*

Coventina *dea fontis salutaris in Britannia. cf. Ihm, PW. IV 1678; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1111.* INSCR. Ephem. epigr. III (*ad* Corp. VII) n. 186 deae -(a)e (*item* n. 188. 190. 193 d(e)ae Coven(tinae). VII [*ad* Corp. VII] n. 1037 ⟨ny⟩mphis -ae). n. 185 deae Covventinae (n. 195 Covvinti . . .). n. 187 de(ae) Conve. n. 189 (*cf.* VII n. 1033) deae Covet. (n. 197 Covetina A(u)gusta). n. 191 deae Conventinae. n. 192 deae sanct(ae) Covontin(a)e. n. 194 deae Covntinae. n. 198 C(o)v(entinae) (Au)g(u)st(ae).

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Covent(i)us *nom. vir.* CORP. XIII 6028 (*in Germ. sup.*) Iulius -i (filius).

Covetina *v.* Coventina.

Cōugion *loc. Hispaniae citerioris; cf. Hübner, PW. IV 1679 s.* Cougium. RAVENN. p. 313, 6 -n. PTOL. 2, 6, 49 *Κωούγιον.*

Covi . . . *cogn. inc.* CORP. III 5369 (*in Norico*) Covio⟨. . .⟩ (*dat.*). CORP. VIII 15623 (*in prov procos.*) P. Covi⟨.⟩udio (*'est, puto, cognomen simile atque Calendio' Schmidt*).

Coviacēnsis, -e *adi.* HYD. chron. II p. 30, 186 (*in Hispania, a. 457?*) unum -e castrum tricesimo de Asturica miliario . . . hostibus et obsistit et praevalet.

Coviēnsis, -e *v.* 1. Choba.

Covilīnus *cogn. vir.* CORP. XIII 4412 (*Mediomatricis*) d(is) m(anibus) Peregrinae Lollianius -us m⟨ari⟩tus.

Covinaerta *v.* Cobnertus.

Covincius *cogn. vir.* CORP. III 11574 (*in Norico*) C. Fabricio -o.

Covinertus *v.* Cobnertus.

Covirius, -a *nom. gent., cf.* Covirus. INSCR. Röm.-germ. Korr.-Blatt I (1908) p. 5 (*Treveris, saec. II ex.*) -us Tertius. *ibid.* -us Saturn⟨. . .⟩.

Covirus *cogn. vir., cf.* Covirius. CORP. XIII 3707 (*Treveris*) II 8 M. Treverius -us. 4200 (*ibidem*) P. Fi⟨r⟩m⟨i⟩us ⟨C⟩ovi⟨r⟩us (*suppl. Hettner*).

Covius, -a *nom. gent.; cf.* Coius *et W. Schulze, Eigennamen p. 155. 168.* CORP. IX 1858 (*Beneventi, periit*) Liciniae -ae Daphen(e). X 8059, 129 (*in signaculo*) P. -i Probi. XI 755 (*Bononiae, periit*) -ae Secundinae Simplicius maritus et -a Sabina sorori. XIII 10010, 32591 (*dub., in vasculo*).

Coulius, -a *nom. gent.* CORP. III 13926 (*in Dalmatia*) -o Leporio . . . -us Zoticus *pater* . . . qui ⟨et⟩ Macari(us; *sc. Leporius, coni. Mommsen*). *cf. etiam* Coylius *s.* Coelius *p. 523, 41.*

Couneancus *nom. vir. barb.* CORP. II 2390 (*in prov. Tarraconensi, periit*) C(ornelius?) -us Fusci f. Clu(niensis).

genet. **Couneidoq(um)** *gens Hispaniae.* CORP. II 5779 (*in prov. Tarraconensi*) Allae -q(um) Cipol⟨l⟩us (-lius *in ectypo*).

Covnertus, -a *v.* Cobnertus; *cf. etiam* Cunerta, Cunertius.

Covntina *v.* Coventina.

Counus *nom. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 682 -i. *cf. adn. et* Caunius *p. 286, 48.*

Covoldeus *v.* Quodvultdeus. **Covontina** *v.* Coventina.

Couria *nom. mul.* CORP. III 5262 (*in Norico*) P. Pompeius Agilis . . . Pompeiáe Spectatáe fil. . . . et -ae fil.

Courinus *nom. vir. barb. dubiae lectionis in vasculo.* CORP. III 12014, 216 -i. *cf.* Courunus; *etiam* Curini(us).

Couritus *nom. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 3278 b. *cf.* Curitius.

Courunus *nom. vir. barb. cf.* Courinus; *etiam* Gouruna. CORP. XIII 4519 (*Mediomatricis*) ⟨. . .⟩ -i et Pustri d(e) s(uo) p(osuit) *vel* p(osuerunt). *cf. etiam* Curiunus.

Cōus, -a, -um *v.* Coos.

Couso *nom. vir. et mul. barb.* CORP. III 5104 (*in Norico*) Vibenus -nis f. 14106 (*ibid.*) Albinia -o (*an* Couso(nis)?).

Coutius *nom. gent.* CORP. I² 136 (= INSCR. Ephem. epigr. IX p. 454 n. 819; *Praeneste*) -o C. l. CORP. II 680 (*in Lusitania*) L. -us Camali f. *cf. etiam* Cutius; Goutius.

Coutusvatus *nom. vir. celt.* CORP. XIII 7026 (*Mogontiaci*) Rufus -i f., natio(ne) Elvetius, eques ala(e) Ispanae.

Covventina *et* **Covvint-** *v.* Coventina.

Covuldus *v.* Quodvultdeus.

Couxollius, -a *nom. gent. orig. barb.* CORP. XII 1952 (*Viennae*) T. -i Vitalis.

Cox(. . .) *cogn. vir. inc., cf.* Coxsa. CORP. IX 6350 (*Alba Fucente*) Vibius M. f. P. ⟨n?⟩ Cox. V 8110, 285 (*in tegula*) P. Rem. Cox.

Coxsa *cogn. vir.; cf.* Cox(. . .), Coxsinus, coxa *appell.* CORP. IX 3138 (= I 1279; *Lavernis*) L. Tattius T. f. -a *magister Lavernus.*

Coxsinus *cogn. vir., cf.* Coxsa. CORP. V 3978 (*apud Arusnates*) L. Valerius L. f. -us.

Coxso *cogn. vir. cf.* Coxsa, Coxsinus; *an* coxo? CORP. IX 5127 (*Interamniae*) P. Vibius T. l. Philotimus -o.

Coxt(us?) *nom. vir. barb.* CORP. XIII 829 (*Burdigalae*) Sacrapo Coxt(i f.?).

Coxx. *in vasculo* CORP. XIII 10010, 683.

Coylius, -a *nom. gent. v.* Coelius *p. 523, 41.* *cf. etiam* Coulius.

Κωϋμασηνοί *pop. Corsicae in parte meridiana.* PTOL. 3, 2, 7 (*v. l. κωιμασηνοί, κωυμασινοί, κωυμαννοί, κουβασανοί*).

Coza, Cozano(m) *v.* Cosa *p. 662, 28. 47.*

Cozbi *nom. mul. hebr.,* כָּזְבִּי, *Χασβί.* HIER. nom. hebr. p. 17, 13 Chozbi (Chasbi *FH*) calix in me sive immola mihi. VVLG. num. 25, 15 mulier Madianitis, quae pariter *atque Zambri* interfecta est, vocabatur -i (Chozbi *Amiat.*). 25, 18 -i filiam ducis Madian. ITALA Lugd. *ibid.* Hasbi *et* propter Hasbin. CYPR. GALL. num. 736 Zambrium Chasbumque (*Peiper; trad.* chabum *et* chabam). MVTIAN. Chrysost. hom. 31 p. 433 sicut etiam Moses fecit circa Zambri et Chasbitidam.

Coziara *v.* Cotiara. **Cozmus** *v.* Cosmus.

Cr(. . .) *notatur nom. gent. inc.* CORP. XIII 5169 (*in Germania sup.*) T. Cr. Pattusius. *item cogn. in vasculis vel amphoris sim.*: CORP. XIII 10004, 5 M. C. Cr. 10010, 684 of(f)i(cina) Cr. *et* f. Cr. 10010, 1381 of(ficina) Mont. Cr. III 6545, 2 T. C. Cr. 12014, 376 Me. Cr. *cf.* Cre(. . .) *et* Chresimus, Chrestus, Crassus, Crescens, Crispus.

Cra(. . .) *notatur nom. gent. inc.* CORP. XIV 3109 (= I² n. 137; *in cippo Praenestino*) C. Cra. P. f. XII 5683, 71 (*in amphora*) C. Cra. Se. (*cf. p. 683, 55*). *item nom. vir.*: CORP. XII 5686, 276 (*in vasculo*) of(ficina) Cra. (*cf.* XIII 10010, 685). *cf. etiam* Crassus.

Craaniān(us) *v.* Graniānus.

Crabīna *nom. loci.* CYPR. GALL. iud. 87 scrupea quaque tument pendentis saxa -ae (*sic vel* Acrabinae *Peiper;* chabinae, schabinae *trad.*; *cf.* ITALA Lugd. iud. 1, 36 Chabin; VVLG. ab ascensu scorpionis, petra). *cf.* Acrabin *vol. I p. 430, 4.*

Crabra *aqua Tusculana. cf. Hülsen, PW. IV 1680; Nissen, Ital. Landesk. II 600.* CIC. agr. 3, 9 ego Tusculanis pro aqua -a (crebra *trad.*) vectigal pendam, quia mancipio fundum accepi. epist. 16, 18, 3 de -a quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquae, tamen velim scire. FRONTIN. aq. 9 praeter caput Iuliae transfluit aqua quae vocatur -a. hanc Agrippa omisit, seu quia improbaverat, sive quia Tusculanis possessoribus relinquendum credebat; ea namque est, quam omnes villae tractus eius per vicem in dies modulosque certos dispensatam accipiunt *eqs.*

Crabrasia *promunturium Hispaniae; cf. Hübner, PW. IV 1680.* AVIEN. ora 489 post *Bebryces* -ae iugum procedit alte, ac nuda litorum iacent ad usque cassae Cherronesi terminos. *cf.* STEPH. BYZ. *s. v. Κραβασία, πόλις Ἰβήρων. Ἑκαταῖος* (frg. 13) *Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν Κραβάσιος, καὶ Κραβασιεὺς καὶ Κραβασιάτης καὶ Κραβασιανὸς διὰ τὴν χώραν.*

1. Craca *v.* Ciaca.

2. Craca *nom. in vasculis.* CORP. XIII 10010, 686 -a f(ecit). 10010, 973 -a f. *et* Graca f. *cf.* Cracus, Cracco *sim.*; *etiam* 2. Cragus, Graccus.

Cracatonnum (-us?) *vicus Galliae, hodie* Craon. GREG. TVR. Mart. 3, 7 alius Senator nomine de -o (*v. l.* cratonno; cratotonno *ed. princ.*) Andecavinsi vico.

Cracco *nom. vir. cf.* 2. Craca, Crecca; *etiam* Graccus. CORP. XII 3488 (*Nemausi*) Faustae -is f(iliae).

Craccus *v.* Graccus.

Cracines⟨. . .⟩ *nom. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 687 a.

Cracisa *nom. in vasculis.* CORP. XIII 10010, 688 -a; -a f(ecit); Cracis(ae) m(anu). VII 1336, 356 -a f(ecit). *cf.* CORP. VII 1336, 357 Cracissa f(ecit).

Cracissiu(m) *v.* Coracesium.

Cracuna *nom. in vasculis, cf.* Cracus *sim.* CORP. XIII 10010, 689 -a f(ecit) *vel* -ae *vel* -a. *sim.* VII 1336, 358 *sq.* III 6010, 73.

Cracus *nom. in vasculo. cf.* 2. Craca, Cracco, Cracuna, 2. Cragus; *etiam* Crecca, Graccus. CORP. XIII 10010, 690 -us f(ecit). *cf. adn.; sed ad* CORP. III 2761 *v. add.* 9846, *ubi legitur* Gra⟨. . .⟩.

Crada CORP. IV 2993 d β *cf.* Cicada *p. 429, 74.*

Crados *nom. in amphora.* CORP. VII 1331, 37 -os.

Crae⟨. . .⟩ *cogn. mul. inc.* CORP. V 6053 (*Mediolanii, periit*) Atiliae C. f. Crae⟨. . .⟩.

Craecius, -a *nom. gent.; cf.* Graecius *sim. et W. Schulze, Eigennamen p. 81.* CORP. XV 132 (*in lateribus, inter a. 123—156*) C. -i Va(. . .) ex f(iglinis) Can(inianis) Do(mitiae) Lu(cillae).

Craecus *nom. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 691 -us. *cf.* Graecus 10010, 975.

Craedelius *nom. fundi.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 5, 41 saltum sive fundos Vlilam sive Velabras et -um, qui sunt in Veleiate pago Medutio.

Craeno *cogn. vir.* CORP. VI 5185 (*in columbario*) Ti. Iul(ius) Augusti l. -o ab argento. *i. q. Κραίνων?*

Craexius, -a *nom. gent.* CORP. V 4417 (*Brixiae*) ⟨.⟩ -o P. f. Fab(ia) Naeviliano seniori, equo publico, omnibus honoribus municipalibus perfuncto. *cf.* 4700 (*ibid., periit*) P. Crexio Naeviliano sen.

Cragēus *v.* 1. Cragus.

1. Cragus *mons (et opp.; cf. l. 84) Lyciae, Κράγος.* -ă- *l. 71. 72. 75,* -ā- *l. 82. 83.* *acc.* -on *l. 72.* HOR. carm. 1, 21, 8 nemorum coma, quaecumque aut gelido prominet Algido, nigris aut Erymanthi silvis aut viridis -i (PORPH. *ad l.* Gragus mons Lyciae, in quo Chimaera fuisse dicitur. SCHOL. *trad.* gragi). OV. met. 9, 646 iam -on (*sic Planudes et vulgo*, grachon *similia codd.*) et Limyren· Xanthique reliquerat undas *Byblis.* VERS. metr. Diomed. gramm. I p. 507 anus virente secta pinus in -o (grago *trad.*). MELA 1, 82 Xanthus flumen et Xanthos oppidum, mons -us (gracius *A*) et quae Lyciam finit urbs Telmesos. PLIN. nat. 5, 98 *Taurus nominatur*, ubi bracchia emittit subinde temptanti maria similis, Sarpedon, Coracesium, -us (gragus *trad.*). 5, 100 Xanthus . . . deinde Patara . . . et in monte Sidyma, promunturium -us (gragus *vel* gagus *trad.*). AVIEN. orb. terr. 1013 qua se Xanthus agit . . . surgunt ibi culmina Tauri Pamphyliae in fines: hic idem -us (*sic cod.*, tragus *ed. pr.*) habetur nomine sub gentis (*sim.* PRISC. periheg. 801 [gragum *trad.*]). *fort. huc pertinet nom. opp.*: COD. Theod. 1, 6, 10 accepta . . . -o (*cf.* STRABO 14 p. 665). *inde*

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cragēus (*Κράγειος?*) *nomen venti*: SEN. nat. 5, 17, 5 Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam -us *eqs.* (*sic G. Müller*, cagreus *EΔ*, chagreus *ϑϱ*, chagreis *Δ*, cataegis *Fortunat.*).

2. Cragus *cogn. vir.*, *cf.* Cracus *sim.* CORP. XII 25 (*in Alpibus maritimis, periit*) M. Cenoveli -i.

? **Crai**⟨.?.⟩ *cogn. mul.* CORP. XI 148 (*Ravennae, periit*) Aquiae Q. l. Letoidi Aquia Q. l. Crai.

Craiilis⟨...⟩i⟨..⟩ *nom. vir.* CORP. III 11060 (*in Pannon. sup.*).

Crailus *cogn. vir.* CORP. VIII 8418 (*in Mauretania Sitifensi*) L. Au⟨reli⟩us -us.

Craipalē, Craipnos *v. p. 698, 11. 699, 24.*

Craislius, -a *nom. gent.* CORP. XIV 3110 (= I² 138; *in cippo Praenestino*) Tirri -i Tir. f. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 218.*

Craius *nom. in amphora.* CORP. XIII 10002, 171 -us fe(cit).

genet. **Cralī** *nom. vir. barb.* CORP III 4376 (*in Pannonia sup., periit*) ⟨. . .⟩ -i f. col(onia) Aequ(ensi; *vel* Cola⟨p(ianus)⟩ eque(s); *cf.* p. 2280) ala Panno(niorum) *eqs.*

Crambeis *v.* Clambetae.

dat. **Crambiānīs** *statio Moesiae superioris.* RAVENN. p. 191, 17 -is (crambrianis *B*). TAB. Peut. 7, 4 Gramrianis. ITIN. Burdig. p. 566, 2 Rappiana (rampiana *V*). *cf. Patsch, PWK. VII 1812 s.* Gramrianae.

Crambūsa *insula maris Lycii, Κράμβουσα.* PLIN. nat. 5, 131 -a (*Detlefsen*, crambussa, crambys a, crambis a, grambysa, grambisa *trad.*). *hodie* Grambusa.

Cramda *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 179 (*ex Iuba*) -a (*v. l.* cranda, crandala; caranda *vulg.*).

Cramilus *nom. dub. in vasculo.* CORP. XIII 10010, 2895 c.

Crammicus *nom. vir.* TEST. Dasum. (Corp. VI 10229; *a. 108*) 43 C⟨r⟩ammicum.

Κραμόνες gens Samnitium. SCYLAX peripl. 15. *cf.* Caraceni?

genet. **Crampī.** CORP. VI 7894 (*in columbario*) Atticus ⟨. . .⟩ -í.

Cramponius, -a *nom. gent.* CORP. XI 1672 (*Florentiae, periit*) -ae A. f. Maxim⟨ae⟩. *cf. W. Schulze, Eigennamen add. ad p. 301.*

Cran(*. ? .*) *nom. in lucerna.* CORP. XIII 10010, 369.

Cranaē *v.* Crane.

1. Cranaos *opp. Cariae.* PLIN. nat. 5, 108 Antiochia, ubi fuere Symaethos et -os oppida.

2. Cranaus *rex Atheniensium, Κραναός.* IVST. 2, 6, 8 *Cecropi* successit -us, huius filia Atthis nomen regioni dedit (*inde* ISID. orig. 9, 2, 76 [granus *trad.*]). HIER. chron. a. Abr. 511 -us (*trad. etiam* gr-) indigena: ex cuius filiae Atthidis nomine vocata Attica. AVG. civ. 18, 10 his temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus -o, successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit. *cf. Stoll apud Roscher, Myth. Lex. II 1406.* *primus rex Macedonum*: EXC. barb. p. 308, 4 Fr. -us primus in Macedonia regnans. *v. praeterea* Caranus.

Crānē, *acc.* -ēn, *Κράνη* (*Κρήνη*). **1** *nom. deae Carnae, ubi praeterea v.* OV. fast. 6, 107 inde sata est nymphe — -en dixere priores —. 6, 151 pervenit ad -en et rem docet. *trad.* cranen, grannen, gramen, ganien, granen; Cranaen *Merkel et Riese, qui conferunt vs.* 116. 125, *κραναός.* *cf. etiam W. Schulze, Eigennamen p. 480.* **2** *cogn. mul.*: CORP. VI 9707 Claudia Cráne. *cf. etiam* 1. Crene.

Crania *nom. montis.* PLIN. nat. 4, 6 montes clari in Dodone Tomarus, in Ambracia -a *eqs.* (*trad. etiam* cania). *cf.* STEPH. BYZ. *s. v. Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν κτλ.*

Crāniānus *v.* Granianus (Granius). **Crānīcō** *v.* Granicus.

Cranidī *incolae monasterii Asiae minoris, ut videtur.* CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1016ᴬ prior monasterii -orum (*μονῆς Κρανιδων*) sub Photino sanctissimo episcopo metropolitano C[h]alc⟨h⟩edonensi.

Cranii *incolae opp.* (*Κράνιοι, incolae Κρανιεῖς*) *Cephalleniae.* LIV. 38, 28, 6 (*a. 189 a. Chr.*) obsides . . . vicenos autem -ii (granoni [grannoni *B*] *codd., corr. Sigonius*) et Palenses et Samaei dederunt.

Κρανιτά montes Samnitium. ZONAR. 8, 6 (*a. 277 a. Chr.*) *οἱ γὰρ Σαυνῖται εἰς τὰ ὄρη τὰ -ὰ λεγόμενα, ὅτι κρανίαν πολλὴν ἔχουσι, τά τε φίλτατα καὶ τὰ τιμιώτατα ἀνεκόμισαν.*

Crānius *v.* Granius.

Crannōn (**Crānōn**) *opp. Thessaliae, Κραννών* (*Κρανών*). *acc.* -em *l. 77. 78. 83*; -a *l. 80. 81.* CIC. de orat. 2, 352 quom cenaret -e (granone *J plerique*) in Thessalia Simonides apud Scopam (*cf.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 7 cenanti enim apud Scopam -e [-ae *Paris*, et crannona *LA*], quod est in Thessalia oppidum. NEPOTIAN. 9, 20 in Thessaliae oppido Cranone. QVINT. inst. 11, 2, 14 Cranone). CATVLL. 64, 36 linquunt Pthiotica Tempe -isque (gravinonisque *vel* graiunonisque *codd.*) domos. LIV. 36, 10, 1 (*a. 191 a. Chr.*) *Antiochus* -em (*B*, crano- *M*) profectus cum toto exercitu. 36, 14, 10 consul . . . -em (crano- *M*, cann- *B*) est progressus. 42, 64, 7 (*a. 171*) demessis circa segetibus Romani ad -a (crannonam *V*), intactum agrum, castra movent. *ibid.* inter Sycurium et -a (cranniana *V*). 42, 65, 1 Romani demessis -is segetibus in Phalannaeum agrum transeunt. PLIN. nat. 4, 29 -on. 4, 31 -on. 10, 31 circa -em (cranonem *F²R*, cacranomen *F¹E*, cancranonē *a*) . . . Thessaliae. 31, 20 Cranone (c///anone *d*, canone *R¹*, cannone *rell.*) est fons calidus citra summum fervorem, qui vino addito triduo calorem potionis custodit in vasis.

Crantōr *nom. vir. gr., Κράντωρ, -ορος.* *de prosodia v. l. 7 et 19.* *acc.* -em: *l. 14. 15*; -a *l. 6.* **1** *nom. Corybantis*: SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 151 Corybantas . . . ad educandum Iovem missos dicunt, quorum nomina Hyperochou, Enceladon, -ra, Patroctonon *eqs.* **2** *filius Amyntoris, armiger Pelei*: OV. met. 12, 361 -is (grantoris *codd.*) alti abscidit iugulo pectusque umerumque sinistrum. 12, 367 iuvenum gratissime -r (grantor *codd.*). **3** *philosophus Academicus*: CIC. de orat. 3, 67 qui Xenocratem *audierunt* Polemo et -r nihil ab Aristotele . . . magnopere *dissenserunt.* ac. 1, 34 Polemo et Crates unaque -r, in Academia congregati. 2, 135 legimus omnes -is (gr- *codd.*), veteris Academici, de luctu *eqs.* (*cf.* Tusc. 1, 115 in consolatione -is. PLIN. nat. praef. 22 in consolatione filiae -em, inquit *Cicero*, sequor. HIER. epist. 60, 5 legimus -em, cuius volumen ad confovendum dolorem suum secutus est Cicero). CIC. fin. 5, 7 -r. Tusc. 3, 12 -r ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis. 3, 71 -r. 5, 107 -r. HOR. epist. 1, 2, 4 *Homerus* quid sit pulchrum, quid turpe . . . planius ac melius Chrysippo et -re dicit (*cf.* PORPH. *ad l.* [cantore *M*]. SCHOL. *ad l.* -r eiusdem civitatis [*i. Apolloniae; falso, immo erat Solensis*], pulchritudine corporis conspicuus *eqs.* **4** *dux navis Punicae*: SIL. 14, 517 Perseus . . . quaque vehebatur -r Sidonius, Io concurrunt. **5** *cogn. vir.*: CORP. XII 2708 (*Albae Helvorum*) Iulius -r.

Cranus *nom. serv.* CORP. XV 4756 (*in ansa amphorae*) -i (ʻ*prima littera . . . incerta*ʼ). *cf.* Cranius (Granius)?

genet. **Crappaī** *nom. vir. barb.* CORP. XII 3396 (*Nemausi, periit*) Alleyorigi -i (filio?) Iulia uxor.

Crapus *cogn. vir.* CORP. III 2979 (*in Dalmatia, periit*) L. Barbius -us et Q. Barbius Rufus.

Craris *v.* Novem Craris.

Crasarcīnus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 5851 (*in Germania sup.*) Scaper Crasarcíni f.

genet. ⟨**C?**⟩**rasarī** *in vasculo* CORP. III 12014, 220.

Crasicinus *nom. gent.*, *cf.* Crassicius *sim.?* CORP. IX 5734 (*prope Cupram Montanam, periit*) L. -us (mul.) l. Dion⟨y⟩sius.

Crasinius, -a *nom. gent.*, *cf.* Grasinius *et* Crassinius; *W. Schulze, Eigennamen p. 173.* CORP. XI 2320 (*Clusii, periit*) -o Floro -a Ruscinia marito b(ene) m(erenti). 7201 (*ibid.*) -ae M. f. Pudent⟨illae?⟩.

Crasip(**ēs**) *v.* Crassipes.

Crasius, -a *nom. gent.*, *cf.* Crasinius, *etiam* Crassius *sim.* CORP. XII 2758 (*in agro Volcarum*) ⟨Cr⟩asiae Severillae. 2802 (*ibid.*) L. Cras⟨ius⟩ Severinus et L. ⟨Cra⟩sius Primulus ⟨et⟩ -a L. f. Secu⟨n⟩dilla matri.

Craspedītēs *sinus Propontidis, Κρασπεδίτης.* PLIN. nat. 5, 148 promunturium, in quo Megarice oppidum fuit. inde -es sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia (*i. κράσπεδον*) erat. fuit et Astacum, unde et ex eo Astacenus idem sinus.

Crassellius, -a *nom. gent.*, *cf.* Crassicius, Crassinius *et W. Schulze, Eigennamen p. 173. 451.* CORP. IV 4311 T. -us coh(ortis) VIIII pr(aetoriae) . . . -us.

Crassiācus *nom. vir. in vasculis*, *cf.* Crassius, Crassus *et W. Schulze, Eigennamen p. 24.* CORP. XIII 10010, 692 -us f(ecit). *item* VII 1336, 360. III 6010, 74.

Crassiānus *adi. et cogn. v.* Crassus.

? **Crassias** *cogn. vir. (an nom. gent.?) corruptum.* CORP. X 3740 (*Atellae, periit*) C. -as Cossinius.

Crassicius, -a *nom. gent.*, *cf.* Crassus, Crassius, Crassinius *et W. Schulze, Eigennamen p. 428.* *gr. p. 683, 1.* *exemplum antiquissimum l. 84.* L. -us Pasicles (Pansa), *grammaticus* (*cf. Götz et Münzer, PW. IV 1681*): SVET. gramm. 18 L. -us (*codd. ubique* -tius) genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit. . . . commentario Zmyrnae edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur: ʻuni -o se credere Zmyrna probavit: . . . soli -o se dixit nubere velle, intima cui soli nota sua extiterint.ʼ sed cum edoceret iam multos ac nobiles, in his Iulum Antonium triumviri filium, . . . transiit ad Q. Sexti philosophi sectam. *cf.* CIC. Phil. 13, 3 Antonii collusores et sodales, Eutrapelum, Melam, Coelium, -um *eqs.* (-tium *t*). *al. etiam* Pansa? *cf. Tolkiehn, Berl. phil. Woch. 1911 n. 13 p. 412 sqq.* CORP. VI 4656 (*in monumento Marcellae*) -ae P. l. Helpidí. 7647 (*in columbario*) ⟨Cras⟩siciae (mul.) l. Italiae. 12540 L. -us L. l. Eunycus. 16547 P. -í Apolloní . . . -ae Cleopatrae coniugi. 16548 M. -us Auctus. 16549 M. -us Optatus . . . -us Hermogenes ⟨p⟩atrono. 16550 C. -i Repentini. 16551 -a Sp. f. Bassa. IX 1610 (*Beneventi*) M. -o M. f. Ste(llatina) Castello. 1643 (*ibid.*) L. -us ⟨. f.⟩ IIvir i(ure) d(icundo). 2008 (*ibid.*) -i⟨a A⟩manda. LEX par. fac. Put. (Corp. X 1781 = I² 698; *a. 105 a. Chr.*) 3, 18 Ti. -us. CORP. X 6505 (= I² 1506; *Corae*) C. -us P. f. C. n. Verris. 7062 (*Catinae*) -us Sabinus Aptitianus. XI 6712, 137 (*in signaculo*) M. -i Hyblessis. V 2183 (*Altini*) L. -us (mul.) l. Hermia medicus veterinarius. 8968, 8 (*in tegula*) L. -us At(. . .). XIII 5178 (*in Germania sup.*) L. Cr⟨ass⟩ici Corbulon⟨i⟩s (se)vir(i) Aug(ustalium). 5179 T. -c⟨io⟩ Avito. III 5842 (*in Raetia*) -o Constantino infanti . . . Aelius Aelianus et -a Vrsa parentes. INSCR. Bull. corr. hell. XXXIII (1909) p. 494 (*Deli, a. 113 a. Chr.; in bilingui*) C. -us P. f. *Γάιος* [*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Κρασσίκιος Ποπλίου. Corp. VIII 14939 (*in prov. procos.*) -us Fortunatus sacerdos. *inde* **Crassiciānus** *cogn. vir.*: Corp. X 7212 (*in Sicilia*) M. Rubellino P. f. Publ(ilia) Cestiano -o flam(ini) divor(um) Aug(ustorum) perp(etuo).

Crassilla *cogn. mul., cf.* Crassus, Crassinus. Corp. X 7697 (*in Sardinia*) Cassiae Sulpiciae C. f. -ae. II 4010 (*in prov. Tarraconensi, periit*) Valeriae ⟨.?.⟩ -ae.

Crassinius, -a *nom. gent. cf.* Crassicius, Crassius, Crassus; *etiam* Crasinius, Grasinius *et W. Schulze, Eigennamen p. 173. gr.* *Κρασσίνιος.* Appian. civ. 2, 82, 347 *τὰ δὲ τρίτα* (*sc. ἀριστεῖα τῆς περὶ Φαρσάλου μάχης*) -ος (*B*, *κρασίνιος Vi*, Crasinus *Candidi versio*) *λοχαγός* (*sc. ἐφέρετο*). Plvt. Caes. 44 *ὦ Γάϊε -ε . . . ὁ δὲ -ος.* *sed v. praeterea* Crassianus *p. 690, 36 et* Crastinus.

Crassīnus *cogn. vir., cf.* Crassus, Crassilla. *cogn. Ap. Claudii decemviri*: Fast. cos. Capitol. a. u. c. 303 (Corp. I^2 p. 16) Ap. Claudius Ap. f. M. n. Crassinr⟨i⟩gill. Sabín(us) ɪɪ (*cos.*). *ibid.* Ap. Claudius Ap. f. M. n. Crassin⟨rigill. Sab⟩in(us) *decemvir. ibid.* a. u. c. 304 Ap. Claudius ⟨Ap. f. M. n.⟩ Crassinrigill. Sabi⟨n(us) ɪɪ⟩. Crassin(us) Rigill(anus) *solvit Mommsen, Corp. I^2 p. 32* (*cf. etiam Münzer, PW. III 2663*). *posteris cognomina sunt* Crassus *et* Inregillensis; *cf. p. 473, 38 sqq.; infra l. 83.* Corp. XV 3700 (*in amphora*) ⟨L. A⟩ntoni -i. *cf.* 3701.

Crassipēs *cogn. vir. gentis Furiae, a* crassus *et* pes; *cf. Münzer, PW. VII 351 n. 53 sqq.* C r a s s u p e s *v. l. 33. 36*; C r a s i- *l. 38. gr. l. 34.* **1** Liv. 34, 53, 2 (*a. 194 a. Chr.*) *coloniis* deducendis triumviri creati . . . in Bruttios Q. Naevius, M. Minucius Rufus, M. Furius -es. 35, 40, 6 (*a. 192*) triumviri deduxerunt eos (*i. colonos Vibonem*) Q. Naevius, M. Minucius, M. Furius -es. 38, 42, 4 (*a. 187*) M. Furius -es (grassus *B*, crassus *Φ*, *corr. ed. Bas. 1535*) *praetor factus.* 41, 28, 5 M. Furius -es iterum *praetor.* 42, 1, 5 M. Furius -es *praetor* Siciliam *sortitus est. al.* Furius. **2** Corp. III 12318 (= I^2 665; *Samothraces, saec. II a. Chr.*) mustae pieis epoptae. L. Fourius L. f. Ouf(entina) C r a s s u p e s *eqs. cf.* Inscr. Bull. corr. hell. VI (1882) p. 279 (*Piraei*) *Λεύκιον Φούριον Κ ρ α σ σ ό π η ν.* **3** Corp. I 436 (*in denariis, inter a. 87 et 81 a. Chr.*; = Inscr. numm. Grueber, cat. Brit. mus. I p. 332 *c. adn.*) P. Fourius -es (*raro* C r a s s u p e s) aed(ilis) cur(ulis). *cf.* Inscr. numm. cat. Brit. mus. of greek coins, Sicily p. 127 (*Panormi*) n. 7 -es (*in asse*) C r a s i p (e s) (*in quadrante*). **4** (Furius) -es, *sponsus Tulliae, Ciceronis filiae*: Cic. Att. 4, 5, 3 -es. 4, 12 cogito in h o r t i s -is, quasi in deversorio, cenare (*cf.* ad Q. fr. 2, 5, 3. 3, 7, 1. epist. 1, 9, 20 in mei generi -is hortis). 7, 1, 8 ad -em (crassii fidem *M*). 9, 1, 3 -es (-us *M*). 9, 11, 3 -es. ad Q. fr. 2, 4, 2 de nostra Tullia . . . spero cum -e nos confecisse. 2, 5, 1 Tulliam nostram -i pr. Non. April. esse desponsam. 2, 5, 2 *sq.* epist. 1, 7, 11. 1, 13, 9 Cicero -i s(alutem).

Crassitius *v.* Crassicius.

Crassius, -a *nom. gent., cf.* Crassus, Crassicius, Crassinius; *etiam* Crasius, Grassius. Corp. XV 3654 (*in amphora*) C. -i Latini. 4633 (*item*) A. -i*?*. 6975 (*in vasculo vitreo*) Cr(assius) Euhodia(nus) (*cf. exemplum alterum* Corp. XII 5696, 5 add. p. 861 *et* XII 910 [*Arelate*] ⟨.⟩ -us ⟨Eu*?*⟩plastus . . . Crass(io*?*) Euhodian⟨o*?* fili⟩o*?*). X 8058, 28 (*in signaculo Pompeiano*) Ti. -i Firmi (*cf.* Tab. cer. Pomp. [Corp. IV suppl.] 31, 14 (*a. 57*) T. -i Firmi). XII 798 (*Arelate, periit*) C. -us (*trad. etiam* Crassus) Agnelius. 3094 (*Nemausi*) Q. -us Secundínus q(uaestor) col(oniae). 4750 (*Narbone*) -a M. f. Maxuma. XIII 1946 (*Luguduni*) -ae Demincillae (-iliae *lapis*). 10002, 172 (*in amphora*) C. -i Sa⟨t.⟩*?* (*cf. p. 680, 8*). **Crassiānus** *cogn. v.* Crassus.

Κρασσόπης *v.* Crassipes.

Crassopolīnī. Not. Gall. 9, 1 chron. I p. 596 civitas ⟨-orum hoc est⟩ (*add. nonnulli codd.*) Vesontiensium.

Crassupēs *v.* Crassipes.

Crassus *cogn. vir. (nom. gent. v. p. 690, 19) a* crassus; *cf.* Lyd. mag. 1, 23 *Λούκιον Λικίνιον -ον . . . τὸ δὲ τρίτον* (*sc. ὄνομα*) *τὸν κρεώδη καὶ εὐσώματον διασημαίνει. -ος γὰρ ὁ παχὺς τὸ σῶμα κατὰ φύσιν παρ' Ἰταλοῖς τοῖς ἀρχαιοτέροις εἴρηται. gr. Κράσσος. cf.* Crassinus, -illa; -ius, -inius, -icius. Krassus *p. 689, 28. notatur* Cr.: *p. 686, 65. 690, 14.* Cra: *p. 686, 64. 689, 59.* Cras.: *p. 685, 25. 689, 3. 58. plur.: p. 685, 63. 688, 32. 44. 689, 19. 36. 50. de uno: p. 685, 56. 686, 52. 688, 17. e x g e n t e V e t u r i a* (*cf.* Veturius): **1** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 303 (Corp. I^2 p. 16) Sp. Veturius Sp. f. P. n. Cr⟨as⟩sus Cícurínus *decemvir a. 451 a. Chr.* **2** *huius, ut videtur, filius*: Liv. 4, 47, 7 (*a. 417 a. Chr.*) Sp. Rutilio -o *trib. mil. consulari potestate* (Diodor. 13, 7, 1 *Σπούριον Οὐετούριον* [*ρουτίλιον add. P*]). **3** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 355 (Corp. I^2 p. 18) M. Vetur⟨i⟩us Ti. f. Sp. n. Crass(us) Cícurín(us) *trib. mil. consulari potestate a. 399.* **4** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 386 (Corp. I^2 p. 20) L. Veturius L. f. Sp. n. -us Cícurínus *trib. mil. consulari potestate a. 368. iterum ibid.* a. u. c. 387 (Chronogr. a. 354 Grasso).

e x g e n t e C l a u d i a (*cf. Münzer, PW. III 2697 sqq.*): **1** Ap. Claudius *decemvir v. supra l. 14.* **2** *huius filius*: Liv. 4, 35, 4 (*a. 424 a. Chr.*) tribuni consulari potestate erant ⟨Ap.⟩ Claudius -us *eqs.* (Chronogr. a. 354 -o). **3** Liv. 5, 1, 2 (*a. 403 a. Chr.*) Ap. Claudius -us *trib. mil. consulari potestate.* 6, 40, 2 Ap. Claudius -us, nepos decemviri. Fast. cos. Capitol. a. u. c. 392 (Corp. I^2 p. 20) ⟨Ap. Claudius P. f. Ap. n. Cr⟩assus Inregillensis dictator (*a. 362*). Liv. 7, 24, 11 Ap. Claudium -um *cos. a. 349* (Chronogr. a. 354 Consvl. Constant. *al.* -o). **4** Frontin. aq. 5 aqua Appia in urbem ducta est ⟨ab⟩ Appio Claudio -o censore, cui postea ⟨Caeco⟩ fuit cognomen. *cf. Münzer, PW. III 2681, 26 sqq.*

e x g e n t e P a p i r i a (*cf.* Papirius): **1** Liv. 4, 12, 2 C. Furio Pacilo et M. Papirio -o consulibus *a. 441 a. Chr.* Diodor. 12, 35, 1 *Μάνιον Παπίριον -ον* (*Κράσον vulgo*). Chronogr. a. 354 Grasso. Consvl. Constant. -o. **2** Liv. 4, 21, 1 M. Cornelio Maluginense, L. Papirio consulibus *a. 436 a. Chr.* (Chronogr. a. 354 *et* Consvl. Constant. Grasso). *iterum (?) cos. a. 430*: Liv. 4, 30, 1 L. Papirius -us (Chronogr. a. 354 *et* Consvl. Constant. -o). *sed* Cic. rep. 2, 60 P. Papiri. Diodor. 12, 72, 1 *Γάιον Παπίριον.* **3** Liv. 6, 18, 1 C. Papirius -us *trib. mil. consulari potestate a. 384 a. Chr.* **4** Chronogr. a. 354 chron. I p. 52, 372 Grasso. *cf.* Liv. 6, 22, 1 (*a. 382*) Sp. et L. Papirii novi tribuni militum consulari potestate. Diodor. 15, 41, 1 *Σπόριον Παπίριον.* **5** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 386 (Corp. I^2 p. 20) L. Papírius Sp. f. C. n. -us tr(ibunus) míl(itum) *consulari potestate. cf.* Liv. 6, 38, 2 (*a. 368*) L. Papirius. **6** Liv. 8, 12, 2 (*a. 340*) Manlius consul, quia ipse per valetudinem id bellum exequi nequierat, dictatorem L. Papirium -um, qui tum forte erat praetor, dixit. *cos. a. 336 et 330 a. Chr.*: Liv. 8, 16, 1 L. Papirio -o (*item* 8, 19, 1; *cf. etiam* 8, 36, 1). Chronogr. a. 354 *et* Consvl. Constant. -o. *cf.* Cic. epist. 9, 21, 2 L. Papirium -um, qui primum Papisius est vocari desitus *eqs. fort. idem*: Fast. cos. Capitol. a. u. c. 436 (Corp. I^2 p. 21) cens(or) L. Papírius L. f. M. n. -us. **7** Liv. 8, 17, 6 (*a. 332 a. Chr.*) *dictator* dictus M. Papirius -us (7, 21, 6 M. Papirius).

e x g e n t e O t a c i l i a (*cf.* Otacilius): **1** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 491 (Corp. I^2 p. 22) M'. Otacilius C. f. M'. n. -us. *iterum cos.* a. u. c. 508 (Corp. I^2 p. 24). Chronogr. a. 354 Grasso. Consvl. Constant. -o. Gell. 10, 6, 2 Otacilio -o *cos.* (*ɪɪ*). Zonar. 8, 9 *Ὀτακίλιος -ος cos.* (*ɪ*). **2** *huius frater*: Fast. cos. Capitol. a. u. c. 493 (Corp. I^2 p. 22) T. Otacilius C. f. M'. n. -us. Chronogr. 354 Grasso. Consvl. Constant. -o. *nescio uter*: Ps. Frontin. strat. 4, 1, 19 Otacilius -us consul eos, qui ab Hannibale sub iugum missi redierant, tendere extra vallum iussit. **3** Liv. 23, 31, 9 (*a. 215 a. Chr.*) duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius -us aedibus dedicandis. 23, 32, 20. 24, 9, 4. 26, 23, 8 (*a. 211*) T. Otacilius -us pontufex, quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio *sacerdotis publici* in locum eius non est facta (*cf.* 27, 6, 15). *alibi*: T. Otacilius. **4** Caes. civ. 3, 28, 2 *nostras naves* scaphis minoribusque navigiis compluribus suis missis Otacilius -us, qui Lissi praeerat, expugnare parabat *eqs.* (*postea* Otacilius).

e x g e n t e L i c i n i a (*cf. Drumann, Gesch. Roms IV^2 p. 67 sqq.; v. etiam* Licinius, Dives): **1** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 549 (Corp. I^2 p. 23) P. Licinius P. f. P. n. Crass(us) D í v e s, *cos. a. 205 a. Chr.* (Consvl. Constant. -o Divite. Cassiod. P. -us; *sed* Chronogr. a. 354 Divite). Cic. de orat. 3, 134 haec fuit P. -i illius veteris . . . sapientia. Brut. 77 P. -us, qui cum s u p e r i o r e A f r i c a n o consul fuit (*cf.* Liv. 28, 38, 7 collega additur ei [*i. Africano*] P. Licinius -us pontifex maximus. 28, 38, 12. Plvt. Fab. 25 *-ov.* Licinius -us: Appian. Hann. 55 Cass. Dio frg. 57, 52 Oros. hist. 4, 18, 17 Zonar. 9, 11). Liv. 25, 5, 3 (*a. 212*) ⟨P.⟩ Licinius -us, qui aedilitatem curulem petiturus erat. hic senes honoratosque iuvenes in eo certamine vicit (*sc. de pontificatu*). 27, 5, 19 (*a. 210*) ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius -us pontifex maximus magister equitum dictus. 27, 6, 17 et censores hic annus (*210*) habuit . . . et P. Licinium -um, maximum pontificem. -us Licinius nec consul nec praetor ante fuerat, quam censor est factus *eqs.* 27, 51, 5 (*a. 208*) P. Licinius -us Dives pontifex maximus *praetor creatus* (*cf.* 27, 22, 3). 39, 46, 1 huius principio anni (*183*) P. Licinius -us pontifex maximus mortuus est. Plin. nat. 21, 6 -us Dives *aedilis* primus argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit *eqs.* **2** Liv. 40, 51, 7 (*a. 179 a. Chr.*) impedimento operi (*i. aquae abducendae*) fuit M. Licinius -us, qui per fundum suum duci non est passus. **3** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 583 (Corp. I^2 p. 25) P. Licinius C. f. P. n. -us *cos. a. 171* (Chronogr. a. 354 Grasso. Consvl. Constant. -o). Liv. 41, 14, 5 P. Licinius -us (41, 14, 9. 42, 28, 5 perioch. 42 *sq.* Oros. hist. 4, 20, 36; *sed* 4, 20, 37 -o). Plin. nat. 7, 36 P. (C. *codd.*) Licinio -o . . . cos. Casini puerum factum ex virgine (*inde* Gell. 9, 4, 15, *ubi trad.* Q. Licinio -o). Appian. Maced. 12 *-ῳ.* Zonar. 9, 22 *Λικίνιον -ον.* **4** *huius frater* (*cf. l. 70*): Fast. cos. Capitol. a. u. c. 586 (Corp. I^2 p. 25) C. Licinius C. f. P. n. -us *cos. a. 168* (Chronogr. a. 354 Grasso. Consvl. Constant. -o). C. Licinius -us: Liv. 42, 9, 8 *praetor* (42, 10, 14). 42, 58, 11 consulis frater. 44, 17, 4 *consul* (45, 17, 2). Svlp. Sev. chron. 2, 18, 7 *Aemilio* Paulo et -o consulibus. **5** Cic. Lael. 96 meministis . . . quam popularis lex de sacerdotiis C. Licini -i (*trib. pl. a. 145 a. Chr.*) videbatur . . . is primus instituit in forum versus agere cum populo. **6** Fast. cos. Capitol. a. u. c. 623 (Corp. I^2 p. 26) P. Lici⟨ni⟩us P. f. P. n. Cr⟨ass. M u c i a n u s⟩, *cos. a. 131* (Chronogr. a. 354 Muciano. Consvl. Constant. -o. Cassiod. P. -us), *fil. naturalis P. Muci Scaevolae adoptatus a Licinio quodam* (*filio -i n. 1?*). Cic. de orat. 1, 170 propinquum nostrum (*i. Crassi*), P. -um illum D i v i t e m, quom multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum ⟨tum⟩ *eqs.* 1, 216 P. -us idem fuit eloquens et iuris peritus. 1, 239 *sq.* P. -us *et* -us. Brut. 98 P. -um valde probatum oratorem . . . qui et ingenio valuit et studio et habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. nam et cum summo illo oratore, Ser. Galba . . . affinitate sese devinxerat et, cum esset P. Muci filius fratremque

[*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haberet P. Scaevolam, domi ius civile cognoverat (*cf.* VELL. 1, 17, 3). 1, 127. ac. 2, 13 sapientissimos et clarissimos fratres, P. -um et P. Scaevolam. rep. 1, 31 P -o (3, 17). Phil. 11, 18 -us consul, pontifex maximus. LIV. epit. 59 adversus eum (*i. Aristonicum Eumenis filium*) P. Licinius -us cos., cum idem pontifex maximus esset, quod numquam antea factum erat, extra Italiam profectus proelio victus et occisus est (*de eius morte cf.* STRABO 14 p. 646 ὕπατος Πόπλιος -ος. OBSEQ. 28 P. -us. VELL. 2, 4, 1 -um Mucianum, virum iuris scientissimum. VAL. MAX. 2, 2, 1 P. -o [NEPOTIAN. 10, 13]. *item* 3, 2, 12 [*inde* PS. FRONTIN. strat. 4, 5, 16]. ASCON. Scaur. p. 25 Cl. P. -i. FLOR. epit. 2, 20, 4 -i. GELL. 1, 13, 11 *sqq.* IVST. 36, 4, 7 Licinio -o consuli. EVTR. 4, 20, 1 Publius Licinius -us. *item* OROS. hist. 5, 10, 1). VAL. MAX. 8, 7, 6 P. -us . . . tanta cura Graecae linguae notitiam animo comprehendit, ut eam in quinque divisam genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret (*cf.* QVINT. inst. 11, 2, 50 -us ille Dives *eqs.*). POMPON. dig. 1, 2, 2, 40 (*inter iurisconsultos*) Lucius -us, frater Publii Mucii, qui Munianus (*FR*, mut- *PV*, *i.* Muc-) dictus est. GELL. 1, 13, 9 P. -i Muciani, clari atque incluti viri . . . is -us a Sempronio Asellione et plerisque aliis historiae Romanae scriptoribus traditur habuisse quinque rerum bonarum maxima et praecipua: quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iurisconsultissimus, quod pontifex maximus. PLVT. Tib. Gracch. 9 -ος . . . ὁ ἀρχιερεύς. 21 εἵλοντο Πόπλιον -ον *socerum C. Gracchi sc.* ὁριστὴν πρὸς τὴν διανομὴν τῆς χώρας. *cf.* CORP. X 3861 (= I^2 640; *Capuae, a. 131*) *C. Gracchus, Ap. Claudius,* P. Licinius P. f. Cras(sus) IIIvir(ei) a(gris) i(udicandis) a(dsignandis). VIR. ill. 65, 4 *C. Gracchus* triumviros agris dividendis se et Fulvium Flaccum et C. (*sic*) -um constituit. *nescio an de huius filio quaerat* CIC. Att. 12, 24, 2 velim me certiorem facias, P. -us, Venuleiae filius, vivone P. -o consulari, patre suo, mortuus sit . . . an post. *fort. ad cos. a. 97 pertinet.* *adi.* Crassianus *p. 690, 31.* *huius fil.*: PLVT. C. Gracch. 15 -ον . . . τὸν ἀδελφὸν *Liciniae, C. Gracchi uxoris* (*cf. l. 23*). 7 CIC. de orat. 1, 166 a M. -o praetore *a. 127 vel 126 a. Chr.* *fort. idem*: CIC. fin. 5, 92 in eo M. -o, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur. *cf.* Tusc. 3, 31. PLIN. nat. 7, 79 ferunt -um, avum -i in Parthis interempti, numquam risisse, ob id Agelastum vocatum (SOL. 1, 72). FRONTO *p. 689, 39* AMM. 26, 9, 11 HIER. epist. 7, 5. 130, 13 adv. Rufin. 1, 30 p. 486 PS. ASCON. Verr. p. 128. MACR. sat. 2, 1, 6 -um. *cf. etiam* TERT. anim. 52 etsi per risum *quis spiritum exhalet* ut P. -us. 8 *huius filius, pater triumviri* (*cf.* CIC. Sest. 48 SCHOL. Cic. Bob. p. 92 ASCON. Pis. p. 14 Cl. PLVT. Crass. 1): ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 661 (Corp. I^2 p. 49) P. Licinius M. f. P. n. -us procos. . . . de Lusitaneis. *sed* FAST. cos. Capitol. a. u. c. 665 (Corp. I^2 p. 27) P. Licin⟨ius⟩ L. f. P. n. -us *censor.* *cos. a. 97 a. Chr.* (INSCR. graec. Dittenberger syll.^{2} 321 Ποπλίου Λικινίου -ου. CHRONOGR. a. 354 Grasso. CONSVL. Constant. -o. CASSIOD. P. -us). CIC. Font. 43 P. -um (*item* Balb. 50. Planc. 32 in legionibus P. -i imperatoris. Scaur. 1 de orat. 3, 10 Tusc. 5, 55 STRABO 3 p. 176 PS. CIC. in Sall. 14. 20 PS. SALL. in Tull. 2 ASCON. Pis. p. 14 Cl.). Arch. 11 Iulio et -o *censoribus* (*cf.* PLIN. nat. 13, 24 P. Licinium -um, L. Iulium Caesarem censores. 14, 95 SOL. 46, 1). Tusc. 1, 81 P. -i, et sapientis et eloquentis et primi hominis. off. 2, 57 P. -us, cum cognomine dives tum copiis. leg. 3, 42 -i, sapientissimi hominis. PLIN. nat. 30, 12 P. Licinio -o cos. APPIAN. civ. 1, 40, 179 Λικίνιον -ον. 1, 41, 184 (*cf.* PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 10). 1, 69, 315 -ου. 1, 72, 332 -ος *cum filio interfectus a. 87.* GRAN. LIC. p. 19 *et* 23. *ad eum pertinet plur.*: HIER. epist. 60, 5 praetermitto . . . Marios, -os, Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu quam in bellis virtus fuit et quorum orbitates in consolationis libro explicavit Tullius *Cicero* (*cf.* CIC. Att. 12, 24, 2 *supra l. 28 et Drumann, Gesch. Roms IV^2 p. 604 sqq.*).

huius filius, natu maior: LIV. perioch. 80 (*a. 87*) -us filius ab equitibus Fimbriae occisus, pater -us, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. *plur. de patre et filio*: LVCAN. 2, 124 truncos laceravit Fimbria -os. FLOR. epit. 3, 21, 14 -i pater et filius in mutuo alter alterius aspectu trucidantur (*inde* AVG. civ. 3, 27).

huius filius, illius nepos: VAL. MAX. 6, 9, 12 quid, -o nonne pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris appellationem inussit, siquidem bona eius a creditoribus . . . venierunt. itaque [qui] amara suggillatione non caruit, cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur (*cf. etiam* CIC. Tusc. 1, 81 PLIN. nat. 33, 133). 9 FAST. cos. Capitol. a. u. c. 659 (Corp. I^2 p. 27) L. Licinius L. f. C. n. -us *cos. a. 95* (CHRONOGR. a. 354 *et* CONSVL. Constant. -o; *sed* OBSEQ. 50 P. -o; *item* CASSIOD. VAL. MAX. 8, 8, 1). *censor a. 92; orator celeberrimus.* LVCIL. 86 -um habeo generum, ne rhetoricoteros tu seis. 218 -o. CIC. inv. 2, 111 L. Licinius -us consul (*al.* L. -us *vel* -us; *sed* Verr. 3, 122 L. Licinio Q. Mucio consulibus). de orat. 2, 45 -us . . . censor (*cf.* TAC. dial. 35 SVET. rhet. 25 *et* GELL. 15, 11, 2 L. Licinius -us. MACR. sat. 3, 15, 4). off. 2, 57 L. -us cum . . . Q. Mucio magnificentissima aedilitate functus est. VAL. MAX. 4, 5, 4 *al.* L. -us (*sed cf. supra l. 73*). 6, 2, 2 L. -o summae dignitatis atque eloquentiae viro. 9, 1, 4 Cn. Domitius L. -o collegae suo altercatione orta obiecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet (*cf.* PLIN. nat. 17, 2 *sqq.* 36, 7 L. -um . . . qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem Palatio . . . M. Brutus in iurgio ob id Venerem Palatinam appellaverat). ASCON. Corn. p. 15 Cl. L. -o. p. 67 L. Licinium -um oratorem (PLIN. nat. 9, 168 aetate L. -i oratoris. 33, 147. 34, 14. 35, 25. 36, 7. SVET. Nero 2 Licinius -us orator). QVINT. inst. 2, 4, 42 L. -i (*item* 6, 3, 44. 7, 6, 9 *al.*) temporibus acre, ut illud -i: ego te (*L. Marcium*) consulem putem, cum tu me non putes senatorem? (*cf.* 11, 1, 37). TAC. dial. 34. PLVT. de cap. ex inim. util. p. 89^{B} -ον (*de -i muraena; cf. etiam* praec. ger. reip. 811^{A} -ος ὁ ῥήτωρ. soll. anim. 976^{A}. PORPH. abst. 3, 5 *al.*). SACERD. gramm. VI 461, 28 quomodo dictum est de *Papirio* Carbone *Arvina*, qui mortuo -o . . . ante obscurus florere coepit: postquam -us carbo factus, Carbo crassus factus est. PANEG. 11, 16, 2 -i. SCHOL. Cic. Bob. p. 88 L. Licinius -us. PRISC. gramm. II 428, 16 Lucius -us. BOETH. in top. Cic. 4 -us. *de oratore agunt vel iudicant*: RHET. Her. 4, 2, 2 cum spes iniecta est posse imitando Gracci aut -i consequi facultatem. 4, 3, 5. 4, 5, 7 a Catone, a Graccis, a Laelio, a Scipione, Galba, Porcina, -o, Antonio ceteris. CIC. Verr. 4, 3 ex homine clarissimo atque eloquentissimo, L. -o (*sim.* Caecin. 53 Cluent. 140. Balb. 49 L. -um . . . hominem incredibili eloquentia. Brut. 115 parad. 41). Tusc. 1, 10 apud quos (*i. Minoa et Rhadamanthum*) nec te L. -us defendet nec M. Antonius. de orat. 1, 38 omnium mihi videor (*i. Scaevola*) exceptis, -e, vobis duobus (*-o et Antonio*) eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios. 1, 93 Charmadas solebat ingenium tuum, -e, vehementer admirari: me (*Antonium*) sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum. 1, 94. 122. 161. 214. 2, 1 magna nobis pueris . . . opinio fuit L. -um non plus attigisse doctrinae quam quantum prima illa puerili institutione potuisset. 2, 6. 11 nihil enim mihi quidem videtur in -i et Antonii sermone esse praeteritum, quod quisquam . . . cognosci ac percipi potuisse arbitraretur. 2, 89. 122 neminem omnium tot et tanta, quanta sint in -o habuisse ornamenta dicendi. 2, 244. 326. 350. 3, 1. 7. 16. 82. 126. Brut. 138 spisse atque vix ut dudum ad Demosthenem et Hyperiden, sic nunc ad Antonium -umque pervenimus! nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos *eqs.* (*cf.* 173. 186. 189 *al.* VELL. 2, 9, 1 QVINT. inst. 11, 3, 9; *infra l. 52. 54 sqq.*). 143 *sqq. fusius.* 203 *a Cotta* vis aberat Antoni, -i ab illo (*i. Sulpicio*) lepos. 298 VELL. 2, 36, 2. VAL. MAX. 3, 7, 6 L. -i, qui apud maiores eloquentia clarissimus fuit. SEN. epist. 114, 13 Gracchus illis et -us et Curio nimis culti et recentes sunt, ad Appium usque et Coruncanium redeunt. PLIN. nat. 17, 2 -us orator fuit in primis nominis Romani. QVINT. inst. 12, 10, 10. 12, 11, 27 si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset, arbitraretur, ii ipsi, qui sunt optimi, non fuissent, nec post Lucretium ac Macrum Vergilius, nec post -um et Hortensium Cicero. TAC. dial. 18 sic Graccho *comparatus* politior et ornatior -us, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero. 26 C. Gracchi impetum aut L. -i maturitatem. GELL. 11, 2, 4 L. -o. MACR. sat. 3, 15, 3 aetate L. -i illius diserti, qui quam gravis et serius habitus sit, etiam Cicero docet. 5, 1, 16. SIDON. epist. 4, 3, 6 simulat ut -us, dissimulat ut Caesar. *persona dialogi de oratore*: CIC. de orat. 1, 24 *sqq.* *cf.* Att. 4, 16, 3. 13, 19, 4 QVINT. inst. 1, 11, 18. 2, 20, 9. 10, 3, 1. 10, 5, 2. 12, 2, 5. 12, 11, 4. HIER. adv. Rufin. 1, 16 p. 471 revolve tria volumina de oratore, in quibus introducit eloquentissimos illius temporis oratores, -um et Antonium. *plur.*: LVCIL. 386 horum est iudicium -is, ut di⟨xi *add. Leo*⟩ scribimus ante (crisis *pro* -is *Marx; sed cf. Cichorius, Untersuch. zu Lucil. p. 299*). CIC. Quinct. 80 si -i omnes cum Antoniis existant. Verr. 3, 191 laudantur oratores veteres, -i illi et Antonii. epist. 9, 15, 2 te (*i. Paetum*) cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios . . . -os quoque et Laelios videre videor. AMM. 30, 4, 6 -i et Antonii et cum Philippis Scaevolae . . . post exercitus prosperrime ductos . . . civilibus stipendiorum officiis floruerunt.

Cutin *nom. Mauri.* CORIPP. Ioh. 8, 568 saevumque secat per tempora Cūtin.

Cutina *opp. Vestinorum a Romanis captum a. 325 a. Chr.* LIV. 8, 29, 13. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 569.*

Cutinus *nom. vir.* INSCR. christ. Rossi I 535 (*a. 404*) -us. *cf.* Cotinus.

Cutio *cogn. vir.* CORP. III 4083 (*in Pannonia sup.*) M. Vlp(ius) M. f. -o. *cf.* Cutiula, Cutius?

Cutis *v.* Cufis.

Cutiula *cogn. mul., cf.* Cutio, Cutius? CORP. III 7330 (*Thessalonicae*) O⟨...⟩ -ae. *cf.* VIII 17238 (*in prov. procos.*) Cutiul⟨.?.⟩.

Cūtius, -a *nom. gent., cf.* Cuttius; *etiam* Coutius, Cutio, Cutiula; *W. Schulze, Eigennamen p. 78 adn. 5. p. 423. de prosodia v. l. 82.* Cú- *l. 66 sq. 69;* Q- *l. 81. genet. f.* -es *l. 72. nota praen.* M'. *l. 65. 69. 75.* 1 TAC. ann. 4, 27 -us Lupus quaestor *a. 24; cf. Groag, PW. IV 1905, 15.* 2 CORP. II 1172 (*in Baetica, sub Traiano vel Hadriano*) D. -o Balbino M. Cornelio Potito L. Attio Iuniano Romulo IIIIvir(o) viar(um) curandar(um)... *Cutius* Balbinus pater. 1173 -o Romulo. *cum hoc sine dubio cognati*: CORP. II 1282a (*in Baetica, a. 147*) M. -us ⟨M. f. G⟩a⟨l(eria)⟩ Priscus Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus cos., leg(atus) eius (*i. Pii*) pr(o) pr(aetore) provinciae Delmat(iae). *cf.* 1283 *et de aliis titulis PIR. I 489 n. 1342. II 369 n. 376.* CORP. XIV 3516 (*in agro Tiburtino*) M. Messi M. f. Gal(eria) Rustici Aemili Afri -i Romuli Prisciani Arri Proculi xvir(i) stlitibus iudicandis Aemilius Papus et -a Prisca parentes. *cf. adn. et Groag, PW. IV 1905. fortasse cf. etiam* CORP. VI 11130 -a Prisca. 3 *praeterea in titulis*: CORP. VI 1058 VII 123 (*a. 210*) M. -us Primus *vigil.* 1811 M. -us Amemptus scr(iba) libr(arius) q(uaestorius) III dec(uriarum). 3358 -o Euplu (*sic*) ministro spec(ulatorum). 3517 P. -o P. f. Pal(atina) Aburiano praef(ecto) eq(uitum) alae I Cl(audiae) Gallor(um). 10407a 2 (*periit*) Ligutius Fl. l. (*fort.* Ti. -us Ti. l.) Dionysius. 14791 (= 19141) -i⟨a⟩ Chrysopolis. 16700 Ti. -us Col(lina) Apollinaris. 16701 (= V 6000a) M'. -o Ti. f. Pantherae, Cútiae M. f. Sabinaé, Cútiae Anatole aviaé, Cútiae Aphró ... Ti. Cútius Epigonus. 16702 Ti. -o Cilti l. Nerito. 16703 M. -o M. l. Verino ... M. -o Vitale fi⟨l(io)⟩. 16704 Ti. Ti. -ií Zethus et Iustus Campestrae lib. 16705 -a M'. l. Europe. 16706 Cútiae Thaliae. 19905 -ae Fortunatae. 29562 -a (mul.) l. Phyllis. XV 3849a (*in amphoris*) -i Celsiani (b -í *eqs.*). 3930 (*item*) -i Alcimi. XIV 197 (= VI 2353; *Ostiae*) -ies Epigonenis. 408 (*Ostiae*) M. -us Rusticus tibico (*i. tibicen?*) m(atris) d(eum) m(agnae) Portus Aug(usti) et Traiani Felicis...-ae Theodote. 2620 (*Tusculi*) I 1 M. -o Ti. f. Seve⟨ro⟩ (*cf.* 6). 4025 (*Ficuleae*) -ae M⟨...⟩metae et -o (mul.) l. Eroni et -ae M'. l. Demetriae. X 2683 (*Puteolis*) -a Incenua (*sic*). 5230 (*Casini*) -a ⟨...⟩ M. f. Prisc⟨...⟩. 7587 (*in Sardinia*) T. -us ⟨...⟩. XI 4457 (*Ameriae*) M. -us L. f. sibí et T. -o C. f. fratri patruelí. 5856 (*Iguvii*) L. -i Bassí. V 3924 (*apud Arusnates*) P. -us P. f. Bibulus (*cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 10 [*Veronae*] P. -us Bibulus). XII 1614 (*Luci Augusti*) -us Cinnamus. 5193 (*Narbone*) Qutia Silvana. III 7266 (= CARM. epigr. 866; *Epidauri*) Cūtius has auris Gallus tibi voverat olim. 7628 (*in Dacia*) Al. (= A.? *an* A(e)l.?) -us Secundanus. VIII 13036 (*Carthagine*) Helespontio Fl. Firmini et -ae Íuliae lib(ertus). 23458 (*in prov. Byzacena*) ⟨C⟩utia Tertulla. *cogn.*: CORP. III 8117 (*in Moesia sup., a. 270*) Aurelius -us ... Aurelia -a mater.

1. **Cutta** *nom. vir.* CORP. VI 9984 (*periit*) Eros -a Clodianus ... vilicus. *cf.* Cotta, Gutta?

2. **Cutta** *nom. equi.* CORP. VI 10053 (= 33937, *periit*) e 9 -a Af(ro). *trad. etiam* Catta, *quod* 33937 *in textum receptum est.*

Cutteus *cogn. vir. barb.* CORP. VIII 21671 (*in Mauret. Caesar.*) ⟨Te⟩rent|ius -us ... cum *Terentio* -o. *idem videtur esse atque* Coddeus, Goddeus, *q. v. cf. adn.*

Cuttiae *v.* 2. Cottiae.

? **Cuttitānus** *cogn. vir. barb.* CORP. VIII 272 (*in prov. Byzacena*) C. Aurelius -n(us).

Cuttius, -a *nom. gent.; cf.* Cutius, Cottius *et W. Schulze, Eigennamen p. 423.* CORP. VI 9994 (= INSCR. christ. Rossi I 975; *a. 521, periit*) sub presentia Nonnes Cutties ancille dei. VIII 13002 (*Carthagine*) -a Felicula.

Cuttoloniānus, -a, -um *adi.* CORP. XI 3003 (*in agro Viterbiensi*) *per fundum* -um Corneli Latini. *cf.* Cutulenianus *et W. Schulze, Eigennamen p. 152 sq. 159.*

Cuttu⟨...⟩ *nom. inc.* CORP. VIII 1071 (*Carthagine*).

Cutula *cogn. mul. barb.* CORP. VIII 19809 (*in Numidia*) Laelia -a. *cf.* Cutullus, Cututia *sim.*

Cutuleniānus, a, -um *adi.* CORP. XI 3932 (*Capenae, periit*) viam cum aquae ductu ex fundo -o et íugera agri -i. *cf.* Cuttolonianus *et W. Schulze l. l.*

Cutullus *nom. vir.* CORP. VIII 11573 (*in prov. Byzac.*). *cf.* Cutula.

Cuturnus *nom. martyris.* MARTYROL. Hier. 15 kal. Mart. (*in Syria*); Coturni *Wiss.*

Cututia *cogn. mul. barb., cf.* Cutula *sim.* CORP. VIII 6604 (*in Numidia*) Sittia -a.

Cutzara *cogn. mul. barb.* CORP. VIII 16039 (*in prov. procos.*) Helvia Secura -a.

Cutzupitae *vocabantur Donatistae, qui Romae fuerunt, per ludibrium, ut videtur.* AVG. epist. 53, 2 ex Africa ordinatum *episcopum* miserunt *Donatistae*, qui paucis praesidens Afris in urbe Roma Montensium vel -arum vocabulum propagavit. *item* **Cutzupitānī**: AVG. un. eccl. 3,6 in paucis Romae -is vel Montensibus. *cf. etiam* Montenses.

Cuvis *v.* 3. Curis.

? **Cuvus** *nom. vir. celt.?* CORP. XIII 10010, 3240e.

Cuxus *nom. vir. celt. in vasculis.* CORP. XIII 10010, 734 -us *et* Cuxsus. III 12014, 240 -us.

Cuyntus *v.* Quint-.

Cuzabetēnsēs *incolae opp. Numidiae; cf. Dessau, PW. IV 1905 et Ruggiero, Diz. epigr. II 1426.* INSCR. Revue archéol. 1894 p. 284 n. 25 (*in Numidia*) -es (*cf.* p. 345 n. 138). CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 149[A] Innocentius episcopus Guzabetensis.

Cuzabia *nom. mul.* INSCR. christ. Mai nov. coll. 5 p. 427, 7 -a.

Cyamus *nom. vir. gr., a* κύαμος *v.* Cuamus.

Cyanē *nom. mul. gr.,* Κυάνη (Κυανή). *genet.* -ēs; *acc.* -ēn (-am *l. 67*); *abl.* -ē. 1 *nympha Sicula, in fontem conversa* (*cf. Roscher, Myth. Lex. II 1634, 28 sqq.*): OV. met. 5, 409 *sqq.* est medium -es et Pisaeae Arethusae....hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum est, inter Sicelidas -e celeberrima nymphas. 5,425 -e. 5,465 ad -en. SCHOL. Stat. Theb. 5,347 (*cf. l. 82*) -e nympha in Sicilia est ... -e nympha .. intercedente (= MYTHOGR. 1, 93). PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 5, 6 a -e nympha ... retardatus est *Dis. ibid.* -en currui obsistentem. CLAVD. rapt. Pros. 2, 61 -e (2, 190). 2, 246 -en. *memoratur fons Syracusanus*: OV. fast. 4, 469 praeterit et -en (cranen *R*) et fontes lenis Anapi. Pont. 2, 10, 26 quaque suis -en miscet Anapus aquis. PLIN. nat. 3, 89 et Temenitis ... et -e et Milichie fontes in Syracusano potantur agro. SIL. 14, 515 -e. 14, 586 patulam -en lateque palustribus undis stagnantem. VIB. SEQ. geogr. p. 153, 7 -e *lacus* Syracusis, per quem Anapus transit. *inde nomen navis Syracusanae*: SIL. 14, 567 ardet nota fretis -e pennataque Siren. 2 *filia Lipari regis insularum Aeoliarum*: SERV. auct. Aen. 1, 52 *Aeolus* -am filiam eius (*i. Lipari*) in matrimonium sumpsit. *cf. Roscher, Myth. Lex. II 1634, 21.* 3 IVV. 8, 162 cum venali -e succincta lagona. 4 CORP. VI 4783 (*in monum. Marcellae*) -e Tatae f. 24006 (*Catinae servata*) Petronia -e. *cf.* X 7261 (*in Sicilia*) Petronia -e.

Cyaneae *cf.* cyaneus. *producitur* y *apud poetas.* 1 *insulae duae Ponti Euxini* (Κυάνεαι *sc.* νῆσοι *vel* πέτραι, *qui etiam* Συμπληγάδες *vocantur*): OV. trist. 1, 10, 34 instabiles ... -as. MELA 2, 99 contra Thracium Bosphorum duae parvae *insulae* parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere et -ae (cyanitae *A*) vocantur et Symplegades. PLIN. nat. 4, 92 in Ponto duae, MD ab Europa, XIIII ab ostio, -ae (*v. l.* cyanaeae, cyneae *al.*), ab aliis Symplegades appellatae *eqs.* 6, 32 insulae in Ponto Planctae sive -ae sive Symplegades. VAL. FL. 1, 60 Scythico concurrere ponto -as. 4,562 errantesque per altum -as *eqs.* 4, 658 -ae (4, 681). 5, 85 patentes -as. 5, 167 -as. 8, 181 -as. STAT. Theb. 5, 347 oraque primi -is artata maris (vadis *BM*). [FRONTIN. strat. 1, 4, 13 Philippus, cum angustias maris quae Στενά (*Gundermann*, ciena *HP*, -ae *edd.*) appellantur, trans-

[*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

navigare . . . non posset.] Ivv. 15, 20 concurrentia saxa -is (*dat.*). *praeterea adi.* **Cўaneus**, -a, -um: Eleg. in Maecen. 1, 108 Argo saxa pavens postquam Scylleia legit -osque metus. Lvcan. 2, 716 -as . . . cautes (Comment. *ad l.* nigras; *cf.* Val. Fl. 1, 630. 7, 42 Hyg. fab. 21 p. 52, 13. Sidon. carm. 11, 1 -as, Ephyraea [?] cacumina, cautes). Val. Fl. 2, 382 montes -os (8, 193 Stat. Theb. 11, 438). 4, 638 rupes -ae. 5, 482 -os intrare fragores. Stat. silv. 1, 2, 40 si -os raperere per aestus. Mart. 7, 19, 3 quam (*i. carinam*) nec -ae quondam potuere ruinae frangere. Amm. 22, 8, 14 *v. vol. IV p. 1581, 53.* *sensu obsceno*: Mart. 11, 99, 6 sic (*tunica*) constringuntur magni Symplegade culi et Minyas (nimias *codd.*) intrant -asque nates. 2 *opp. Lyciae*: Plin. nat. 5, 101 -ae (*v. l.* cyanae, cianae, cyane, eranae). Hierocl. synecd. 684, 4 Κυάνεαι.

Cўaneē *nom. mul. gr.*, Κυανέη. Ov. met. 9, 452 filia Maeandri . . . -e . . . Byblida cum Cauno, prolem est enixa gemellam. *cf.* Mythogr. 1, 204 p. 65, 1.

Cyaneos *fluv. Colchidis*, Κυάνεος ποταμὸς (Ptol. 5, 9, 2) *vel* Κυάνεος (Steph. Byz. *s. v.* Αἶα). Plin. nat. 6, 13 Hippos et -os (cyaos, cyos, tyanos *codd.*) vasti amnes e diverso in eum (*i. mare*) influunt. *cf.* Ravenn. p. 76, 9 Ciameis. p. 367, 14 Cyaneis. Guid. p. 532, 14 Cianeis. Tab. Peut. 11, 2 Cyanes.

Cyanes *v.* Cyaneos.

Cўaneus, -a, -um *v.* Cyaneae *et.* cyaneus. *adde* Prvd. c. Symm. 1, 302 vel Neptunum vocitantes oceanum vel -as cava flumina Nymphas.

Cyaxarēs *rex Mediae.* Hier. chron. a. Abr. 1387 -es (1397. 1408). Iord. Rom. 56 -es . . . -e adhuc vivente. Exc. barb. chron. min. p. 314, 9 Fr. Cyaxarus.

Cybate *loc. Persidis.* Tab. Peut. 11, 5.

Cybēbē *v.* Cybele. **Cybēbus** *v.* Cybele *p. 780, 9.*

Cybelē *dea Phrygia*, Κυβέλη, *a Romanis inde ab a. 204 a. Chr. colebatur ut* Mater deum Magna Idaea (*v. sub his voc.*); *cf. Rapp apud Roscher, Myth. Lex. II 1638 sqq.; v. etiam Wissowa, Rel. u. Kult.² p. 317.* *in codd. (et titulis non collatis) trad. saepe* Cib-. Cybēbē *v. p. 780, 5 sqq.; utraque forma a poetis adhibetur, prout a metro postulatur* (*cf.* Serv. Aen. 10, 220 Cybebe autem bacchius est; nam -e anapaestus est); *in codd. praevalet* -e (cibelle), *ita ut forma* Cybebe (*vel* Cybelle) *saepe ab editoribus restituta sit.* *nom.* -a Tert. nat. 1, 10; *genet.* -ēs; -ae Hier. chron. a. Abr. 58; *l. 49. 66. 75. 79. 82. p. 780, 39; dat.* -e Tert. apol. 12, 4; -ae *l. 78*; -eni *p. 780, 44; acc.* -ēn; *abl.* -ē *l. 63; praeterea v. p. 780, 6.* *de prosodia*: Cybēle (Cybelle) *v. l. 56. 59. 61. 79. p. 780, 2. 4; praeterea cf. l. 33 sqq.* *de origine nominis*: Pavl. Fest. p. 52 -e vero eadem (*i. Mater Magna*) dicta a loco qui est in Phrygia (*cf.* Serv. Aen. 3, 111 *p. 780, 39.* Gloss. V 565, 3 Celides matres deorum a celibi monte. *cf. p. 780, 60*). Serv. Aen. 3, 111 alii dicunt Cybelum sacerdotem eius primum fuisse et ab eo -en dictam (*cf. p. 780, 9*). alii -e ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν, id est a capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotum (*cf.* 10, 220). *praeterea v. p. 780, 7 sqq.* Catvll. 63, 12 agite ite ad alta, Gallae, -es nemora. 63, 68 -es famula. Verg. Aen. 11, 768 sacer -ae Chloreus (cybelo *codd.*; *Ribbeck*; *cf.* Serv. *ad l.* nam montem pro numine, quod in eo colitur posuit. *sed* -ae *apud* Macr. sat. 1, 5, 12). Ciris 166 ictave barbarico -es antistita buxo. Ov. fast. 6, 321 turrigerā frontem -e redimita coronā (*cf.* Mythogr. 2, 46. Clavd. rapt. Pros. 1, 181 turrigeram . . . -en; *p. 780, 20. 34*). Sen. Phaedr. 1136 Phrygiumque nemus matris -es (*cf.* Mart. 13, 64, 2 Hier. chron. a. Abr. 58 Gloss. *l. 43; praeterea p. 780, 15*). Colvm. 10, 220 per Dindyma casta Cybēles (*sic SA; fort. leg.* Cybebes). Val. Fl. 8, 240 ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo (*cf. l. 59*), laetaque iam -e festaeque per oppida taedae. Stat. silv. 2, 2, 88 per -es lugentis agros. Sil. 8, 363 *qui* tepidoque fovent Almone -ēlen (cibellem *F V*, Cybeben *Ruperti hic et infra; cf. supra l. 57* Ambr. epist. 18, 30; *p. 780, 24*). Sil. 9, 293 pariter veneranda -ēle. Mart. 1, 70, 10 qua . . . -es picto stat Corybante torus. 3, 81, 6 sacra . . . -es. 3, 91, 2 semiviro -es cum grege. 7, 73, 3 viduae -es. 8, 46, 4 -e . . . Phryge. 8, 55, 14 a -es . . . iugo. 9, 2, 13. 9, 11, 6 -es puer (*i. Attis*). 9, 39, 2 optasset -e qua *luce* peperisse Iovem. 13, 25, 1 poma sumus -es (*i. nuces pineae; cf. p. 780, 15. 23. 31*). Ivv. 2, 111 turpis -es. 14, 263 -es aulaea. Min. Fel. 22, 4 -ae (-e *P*) Dindyma sacra pudet dicere *eqs.* Tert. ieiun. 16 nostris xerophagiis blasphemias ingerens casto Isidis et -es eas adaequas (*cf.* Hier. epist. 107, 9). apol. 15, 2 -e pastorem suspirat (= nat. 1, 10). Hyg. fab. 274 p. 149, 16 Midas rex -es filius. Mythogr. 2, 16 Opi, uxori suae (*sc. Saturni*), quae et Rhea vel -e dicitur. 2, 46 -e mater deorum dicitur, quae currui subiunctis leonibus vehitur (*cf.* Clavd. carm. min. 42, 3). Hier. epist. 43, 2, 4 nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in -en (*v. l.* cybebe, cymbalum). chron. a. Abr. 58 *Curetae* -ae matris templum *in Creta* condiderunt. Clavd. 15, 130. 18, 325 Tritonia, Phoebe, Terra, Ceres, -e, Iuno, Latona coluntur. carm. min. 53, 18 si -e nobis (*i. Terra*) meliora creavit (*sc. ut mater deorum*). rapt. Pros. 3, 134. Avian. fab. apol. 12 rusticus . . . aram -ae construxit. Carm. c. pag. 106 egregios proceres currum servare -llae (cirillae *P*), quem traheret conducta manus Megalensibus actis. Gloss. III 237, 3 -e Κυβέλη. Corp. VI 511 (= Carm. epigr. 1529; *periit, a. 377*), 5 -es triodeia signa. 2265 sodales ballatore⟨s⟩ -ae (*i. galli*). 9118 (= Carm. epigr. 467; *periit*), 8 ia tibi -es sint et rosa grata Diones. 10098 (= Carm. epigr. 1110; *saec. I ex.*), 1 qui colitis -en et qui Phryga plangitis Attin. 21521c (= Carm. epigr. 1109; *periit*), 40 -es. *de lapide*: Prop. 4, 11, 51 tu, quae tardam movisti fune -llen (cibelen *vel* cybellen *codd.*), Claudia *Quinta* (*cf. infra l. 36*). Sil. 17, 8 iamque petita aderat Latia portante -e (-es, cibelen, cybeben *codd.*, Cybebe *Ruperti*) puppe. *cf. etiam infra l. 25.* **Cybēbē** (Κυβήβη; *de hac forma cf. p 779, 33 sqq.*): *dat.* -ae: *l. 15. 23.* Pavl. Fest. p. 51 -e mater, quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Graeci κύβηβον dicunt. Serv. auct. Aen. 10, 220 '-e' a Cybebo Phryge, qui primus ei sacrum instituit (*cf. p. 779, 44*). Fvlg. myth. 3, 5 Sosicles . . . matrem deum in modum potentiae voluit poni, unde [et] Cibebe (*v. l.* cybebe, cybele) dicitur quasi cidos bebeon (*i.* κῦδος βέβαιον) id est gloriae firmitas *eqs.* (= Mythogr. 1, 230). Mart. Cap. 7, 740 cubus autem omnis etiam matri deum tribuitur: nam ideo -e nominatur. Catvll. 63, 9 typanum tuom, -e (tubam cibeles *codd.*), tua, mater, initia (Sen. Tro. 72 pinus matri sacra -ae [cybelae *A E*, cibebe *T*]. *cf. p. 779, 54*). 63, 20 Phrygiam ad domum -es (cibeles *vel* -lles *codd.*; *item* 63, 37. 84. 91). Maecen. carm. frg. 4 ades. inquit, o -e (*trad.* cybebae, 'erbebae, cybele), fera montium dea. Verg. Aen. 10, 220 alma -e (Serv. *v. p. 779, 35; l. 9*). Prop. 3, 17, 35 vertice turrigero (*cf. p. 779, 52; l. 34*) iuxta dea magna -e (cibele *N*, cybele *vel* cybelle *dett.*; *item* 3, 22, 3) tundet ad Idaeos cymbala rauca choros. 4, 7, 61 aera rotunda -es (cybeles *N*, cybelles *vel* cibelles *dett.*). Phaedr. 3, 17, 4 pinus -ae, populus celsa Herculi *placuit* (*cf. l. 31*). 4, 1, 4 -es. Lvcan. 1, 600 lotam parvo revocant Almone -en (cybelen *plurimi codd.*; *cf.* Stat. silv. 5, 1, 223 Clavd. 15, 120 [*trad.* cibele, -lle *sim.*]; *p. 779, 57. 59*). Clavdi carm. de luna, anth. 723, 9 tu cymbala quassas, Isis, Luna, †Choris, Caelestis, Iuno, -e (cibile *P*, Cybelle *Bährens*). Carm. de aegr. Perd. 29 -en (ebebe *H*). Opt. Porf. carm. 27, 9 almus amans Attis, tua maxima cura, -e (cybeie *B*, cybele *V*). Prvd. perist. 10, 196 an ad -es (*trad. etiam* cybeles *sim.*) ibo lucum pineum? (*cf. l. 15. 23. p. 779, 65*). 18, 277 -en (*trad.* cybelem, cibelen, cybellem). 20, 280 -e (*sic Em*; cybele, -lle *sim. al.*). Clavd. rapt. Pros. 1, 212 -e (*trad.* cybele, cibele). 3, 113 -en (*trad.* cybelen, cybelem *sim.*). Sidon. carm. 7, 31 turrita -e (*trad.* cybebes, cybeles, cibeles, cibele; *cf. l. 20. p. 779, 52; cf. etiam* Clavd. rapt. Pros. 1, 213). Corp. VI 513 deam -en. *de lapide*: Clavd. carm. min. 30, 18 ducens Claudia virgineo cunctantem crine -en (*sic E*; cybellen, cybenen, cybellem, cibelē *al.*; *cf. supra l. 3*). **Cybelē** *nom. montis Phrygiae*: Verg. Aen. 3, 111 mater cultrix -ae (-e *codd.*; Serv. *ad l.* cultrix Cybeli . . . montis Phrygiae in quo colitur, a quo et -e dicta est *eqs. v. p. 779, 44*). Ov. fast. 4, 249 Dindymon et -en et amoenam fontibus Iden. 4, 363 inter, ait, viridem -en altasque Celaenas amnis it insana nomine Gallus aqua. *praeterea v.* Cybelus; *cf. etiam infra l. 52.* *cogn. mul.*: Corp. V 355 (*Parentii, periit*) Mod⟨i⟩ae -en⟨i⟩ libertae. 1330 (*Aquileiae, periit*) Petilia C⟨y⟩bele conlib(erta).

adi. **Cybelēius**, -a, -um (Κυβελήιος): Ov. met. 10, 104 -us Attis. 10, 704 dente premunt domito -a frena leones. Stat. silv. 1, 2, 176 iam nunc -a movit (*M*, novit *vulgo*) limina. Ter. Mavr. 2889 sonat hoc subinde metro (*sc. galliambo*) -um nemus. Prvd. c. Symm. 2, 521 -us hostis . . . Asiam defendere et Idam qui potuit? Clavd. 8, 149 -us . . . Corybas. 28, 259 -a quassans . . . aera. Mart. Cap. 2, 170 tympanaque -a. *quasi ad montem pertinens*: Ov. ars 1, 507 -a mater (Ib. 453). Serv. Aen. 3, 111 (*cf. supra l. 39*) nonnulli 'cultrix Cybele' legunt, ut sit quasi -a. *item subst.*: Ov. fast. 4, 191 doctas -a (*i.* Cybele) neptes (*i. Musas*) vidit. *subst. neutr. plur. i. q.* feriae Cybeles: Pavl. Nol. carm. 19, 87 nec Phryges exsectis agerent -a Gallis.

dat. vel genet. **Cybelītī** *nom. vir.?* Corp. V suppl. ital. 1255 (*Veronae, periit; corruptum*). *cf. adn. Mommseni.*

Cybellē *v. p. 779, 37. 40.*

1. Cybelus *mons Phrygiae, a quo Cybele appellata esse dicitur; gr.* Κύβελα *vel* Κύβελον. Verg. *et* Serv. Aen. 11, 768 *v. p. 779, 48* (*cf.* Clavd. Don. Aen. 11, 768 -o id est loco, in quo Cybele colebatur). Serv. Aen. 3, 111 *supra l. 39.* Vib. Seq. geogr. p. 155, 10 -us Phrygiae *mons.* Gloss. -us mons Phrygiae. *praeterea* Cybele; *cf. infra l. 38 sqq.* *v. etiam p. 779, 41 sqq.*

2. Cybelus *nom. vir. v.* Cybele *p. 779, 44. cf.* Cybēbus *supra l. 9.*

Cybiosactēs *cogn. Vespasiani*, κυβιοσάκτης (Strabo 17 p. 796); *cf.* cybium. Svet. Vesp. 19 tamen ne sic quidem pristina cupiditatis infamia caruit. Alexandrini -en (cybiotantem *vel* -en *codd.*; *corr. Torrentius*) eum vocare perseveraverunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. *cf.* Strabo *l. l.*

Cybira *v.* Cibyra.

Cybistra *opp. Cappadociae*, Κύβιστρα. Cic. epist. 15, 2, 2 per Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia continens est, iter feci castraque ad -a, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi. 15, 2, 5 in oppidum -a. 15, 4, 4 in Cappadocia extrema non longe a Tauro apud oppidum -a. 15, 4, 6 ad -a (Att. 5, 18, 1. 5, 20, 2). Att. 6, 1, 1 a -is. Tab. Peut. 10, 2 Cibistra (*inter Caesaream et Tyana; itaque confusum cum* Cyzistra, *q. praeterea v.*). Conc. Calch. a. 451 Mansi 7, 599ᴰ episcopus Cubistuliae.

Cyclades *insulae maris Aegaei*, Κυκλάδες. *acc.* -ăs; *sed* -ēs *l. 83. p. 781, 57.* *acc. pro nom. p. 781, 34.* Cȳcl-: Manil. 4, 637 aequales -es, Delonque Rhodonque. *de nomine*: Mela 2, 111 hae quia dispersae sunt, Sporades, at Ceos, Sicinos, Siphnos, Seriphos

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rhenea, Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos, Andros quia in orbem iacent -es dictae. PLIN. nat. 4, 65 in Myrtoo *mari* multae . . . circa Delum in orbem sitae, unde et nomen traxere -es (*inde* SOL. 11, 17 MART. CAP. 6, 660 ISID. orig. 14, 6, 19; *cf.* AVIEN. orb. terr. 704 -es . . . Delumque coronant. AMM. 22, 8, 2 PRISC. periheg. 549). APVL. mund. 5 minores autem aliae *insulae* . . . per apertas ponti sunt sparsae (*cf.* Σποράδες) regiones, aliae -es dictae, quae frequentioribus molibus alluuntur. SERV. Aen. 3, 126 *inepte* (= SCHOL. Stat. Ach. 1, 390). GLOSS. IV 436, 42 -es insulae a⟨d⟩ modum circulorum. *cf. etiam l. 48 et 54.* NEP. Milt. 2, 5 insulae, quae -es nominantur. VERG. Aen. 8, 692 pelago credas innare revolsas -as (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 68). OV. fast. 4, 281. 565 quo -as aspicit omnes (PLIN. nat. 13, 134 OROS. hist. 1, 2, 98 SIDON. carm. 2, 460 IORD. Rom 223). LIV. 36, 43, 1 ventosissima regio inter -as (PLIN. nat. 2, 202 STAT. Ach. 1, 390). LIV. 44, 29, 4 parte *lemborum* per -as disposita (44, 29, 6 STAT. Ach. 1, 205. 530 TAC. ann. 2, 55 HIER. adv. Rufin. 3, 22). SEN. Thy. 595 ubi ingenti modo sub procella -es pontum timuere (*cf. l. 63*) motae (*cf.* STAT. Theb. 3, 438 dubiae motis radicibus obstant -es). PLIN. nat. 1, 4, 22. 4, 66 -um media . . . Delos (ISID. orig. 14, 6, 21. *etiam* PLIN. nat. 6, 214 Chium, Delum, -as medias, Gythium, *sc. in tertio circulo mundi*). PLIN. nat. 4, 68 hactenus quidem -as servant, ceteras, quae sequuntur Sporadas (*cf. 4, 71 sq.* MELA *p. 780, 83* SOL. 11, 29 AMM. 22, 8, 2 IORD. Get. 4 RAVENN. p. 39, 7). PLIN. nat. 6, 215 -um septentrio (*in quarto circulo mundi*). 8, 104 Gyara, -um insula. STAT. Theb. 5, 288. FLOR. epit. 3, 5, 8 ceterae -es, Delos, Euboea. Verg. p. 185. AMPEL. 6, 12 in Aegaeo mari -es duodecim (*sequuntur nomina*). SOL. 11, 19 DIMENS. provinc. 7. IVL. HON. cosmogr. A 35 in mare Tyrrenum ad -as (= COSMOGR. 1, 35). 37 in mare -um (B 35. A *et* B 37. COSMOGR. 1, 35 in mare -es [*sic*]. 1, 37). COSMOGR. 1, 29 XXIIII -es (*cf. infra l. 42*). SERV. Aen. 2, 477 *Scyros*, una de -bus (*confunduntur Scyros et Syros*). 3 praef. auct. Aen. 3, 76 SCHOL. Iuv. *infra l. 68.* POL. SILV. prov. 7, 12 chron. I p. 540 -es (*cf. infra l. 50*). LIB. gener. chron. I p. 108, 205, 9 insulae plures id est -es quidem XI (CHRON. Alex. *ibid. sim., sed* -as *pro nom.*). [ENNOD. opusc. 3, 93 p. 354, 23 -as *codd.*, Stoechadas *Sirmondus, editt.*] CASSIOD. var. 12, 24, 3 qui nunc terrestris, modo cernitur insularis, ut illic magis aestimes esse -as, ubi subito locorum facies respicis immutatas *eqs.* ISID. orig. 19, 17, 21. *additur* insulae: CATVLL. 4, 7. CAES. civ. 3, 3, 1 ex Asia -busque insulis (COLVM. 1 praef. 20 DICT. 1, 17). LIV. 34, 26, 11 circa -as insulas. 44, 28, 2 per -as insulas (MYTHOGR. 1, 202). VAL. MAX. 4, 3, 2. COLVM. 9, 14, 19 in insulis -bus. PLIN. nat. 18, 214. 36, 44. TAC. ann. 5, 10 apud -as insulas. IVL. HON. cosmogr. A 29 -es insulae. sunt XXIIII (*cf. l. 29*). 35 ad insulas -as. EXPOS. mundi 64 quae sic vocantur -as insulas plurimas, numero quinquaginta tres (*item* ISID. orig. 14, 6, 20; LIIII OROS. hist. 1, 2, 98), quae omnes suum iudicem habent. ITIN. Anton. Aug. p. 526, 3. HYG. fab. 276 p. 152, 20 -es insulae sunt novem id est *eqs.* LIB. gener. chron. I p. 99, 91, 12 (*sed* CHRON. Alex. *ibid.* qui in circuitu sunt; *cf. l. 54*). *imprimis nota*: HIL. syn. 34 (*sim.* CASSIOD. hist. 4, 24 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 3) synodus . . . (*a. 347*) congregata ex diversis provinciis orientalium partium . . . -um insularum, Pamphylia *eqs. cf.* NOVELL. Iust. 41 (*a. 536*) quinque provincias, id est Scythiam et Mysiam et Cariam et omnes -as insulas et Cyprum totum (= IVLIAN. epit. novell. 38, 166). 50 *item in tit.* (*sed in textu* in circuitu positas insulas = τὰς ἐν κύκλῳ κειμένας νήσους; *cf. l. 48*). CORP. X 7583 *sq.* (*cf.* p. 995; *in Sardinia*) proc(uratori) Aug(ustorum) . . . ad vecti(gal vigesimae) her(editatium) per Asiam, Lyciam, Phrygiam, Galatiam, insulas -as (-es 7584). *epitheta*: Aegaeae: OV. trist. 1, 11, 8 (*cf. etiam* STAT. Ach. 1, 390). aequales (?): MANIL. 4, 637. altae: STAT. Ach. 1, 205 (artas *P*). 1, 530. crebrae: STAT. Theb. 5, 183. dispersae: PRISC. periheg. 130. florentes: CIRIS 471. fulgentes: HOR. carm. 3, 28, 14. ingentes: SEDVL. epist. 2 p. 171 (*de sententia cf.* HOR. carm. 1, 14, 20). innumerae: STAT. Ach. 1, 676. nitentes: HOR. carm. 1, 14, 20. pavidae: SIL. 1, 460 (*cf. supra l. 17*). sparsae: VERG. Aen. 3, 127 (*cf.* SERV. *ad l.*) OV. met. 2, 264 (*cf.* SEN. nat. 3, 27, 13). vadosae: STAT. Ach. 1, 390. *sing.* **Cyclas, Κυκλάς.** *acc.* -da (*sed cf. l. 69*). VITR. 7, 7, 3 insulae -i Melo. SEN. Ag. 387 Delon . . . prius errantem -a (SIDON. carm. 6, 10). Phaedr. 1021 -s exoritur nova? IVV. 6, 563 cui vix in -a mitti contigit (SCHOL. *ad l.* in insula -dum). PORPH. Hor. carm. 3, 28, 15 Cnidum -dam (*M*, -das *Fabricius*) Pafum. PROB. Verg. georg. 3, 34 Paros insula est -s. *pro plur.*: SEN. Herc. O. 803 vasta Chalcis sonuit et voces -s excepit omnis. SIL. 4, 247 cunctaque canenti perfunditur aequore -s.

1. Cyclas *v.* Cyclades *l. 65.*

2. Cyclas *cogn. mul. gr.*, Κυκλάς. Cu- *l. 76*; Chu- *l. 79.* CORP. VI 7331 (*in monum. Volusiorum*) ⟨Volusi⟩a Cycl⟨as?⟩. 8769 Vernasiae -di. 15945 Vipsania (mul.) l. -as. 27529 (*periit*) Titiae Cucladi matri. XIV 1130 (*Ostiae*) Voltidiae -di. IX 2250 (*Telesiae*) Fabiae L. f. -di. 6118 (*Brundisii*) -as. X 3734 (*Atellae*) Plíniae -di. V suppl. ital. 858 (= V 6374; *Laude*) Lucíliae Libonis l. Chucladí.

Cycliadās *nom. vir. gr.*, Κυκλιάδας. *acc.* -am *l. 82*; -an *l. 84.* LIV. 27, 31, 10 (*a. 208 a. Chr.*) -as (cycleadas *P*) — penes eum summa imperi erat — Achaeique. 31, 25, 3 ad -am (cycladem *B*, cycliadem *codd. recc., Drakenborch*). 31, 25, 9 -as (*sic Lov. 2*, cycliades *B*), praetor Achaeorum. 32, 19, 2 -an, principem factionis ad Philippum trahentium res. 32, 32, 10 Achaeorum exul, vir insignis, -as. *cf.* POLYB. 18, 1, 2. 18, 34, 4.

Cyclōpes *gens mythica*, Κύκλωπες; *cf. etiam etr.* cuclu (INSCR. Fabretti, suppl. 2 p. 71 n. 413; *in pictura*) *et* Cocles. *genet.* -um; *acc.* -ăs; *sed* -ēs: HYG. fab. 49 p. 57, 15 CLAVD. DON. Verg. Aen. 8, 425 *sq.* 5^{ies}. SCHOL. Germ. Bas. p. 91, 10 (*cf. l. 22 et 44*). *de prosodia* (*plur. et sing.*; *cf.* MART. CAP. 3, 278): Cȳcl-, *in fine versus*: VERG. Aen. 3, 647 HOR. carm. 1, 4, 7 OV. met. 1, 259 (= CLAVD. rapt. Pros. 2, 250). 3, 305. 14, 249. 15, 93 SIL. 4, 433. 9, 448 STAT. Theb. 1, 630 MART. 7, 38, 2 IVV. 15, 18 ANTH. 654, 15 SIDON. carm. 22, 3; *in medio versu*: CVLEX 332 SIDON. carm. 23, 201. Cy̆cl- *in arsi*: LIV. ANDR. frg. 36 (*ex* PRISC. gramm. II 419) (*nom. sing. in fine versus; item* LVCAN. 7, 150 VAL. FL. 1, 136. 4, 287. 7, 648 SIL. 14, 475 CLAVD. rapt. Pros. 2, 175. 3, 355) ENN. ann. 321 LVCIL. 482 CARM. Dosith. gramm. VII 387 AETNA 37 OV. met. 14, 2 fast. 4, 473 SEN. Thy. 407 SIL. 9, 307. 13, 440. 15, 428 STAT. Theb. 1, 252. 2, 274. 4, 151 silv. 5, 3, 49 CLAVD. rapt. Pros. 1, 238. 3, 117; *in thesi*: VERG. 11^{ies} HOR. sat. 1, 5, 63 epist. 2, 2, 125 ars 145 OV. met. 13, 744. 755 *sq.* 780. 860. 876. 882. 14, 174 Pont. 4, 10, 23 SEN. Thy. 582 VAL. FL. 4, 104 SIL. 5, 71 STAT. Theb. 1, 217. 458 COMM. instr. 1, 6, 23 (1, 10, 6 Cy̆clŏpem). CLAVD. 7, 192. 22, 27 carm. min. 30, 24 ANTH. 593, 5. *de accentu*: SERV. Aen. 3, 569 '-um' clo habet accentum, quia latina declinatio est; in accusativo, quia graece posuit -as, cy habet accentum; ⟨si⟩ -es, clo habebit ⟨accentum⟩ (*add. auct.*). *de veriloquio futiliter* FVLG. Verg. cont. p. 93 *sq.*; SERV. Aen. 8, 649 (ISID. orig. 10, 163) *v. p. 519, 68.* *tria illa genera -um, quae Graeci distinguere solebant (cf. Roscher, Myth. Lex. II 1676, 28), apud Romanos plerumque non nisi proprietatibus, quas -bus attribuunt, cognoscuntur.*

1 *incolae Siciliae ad Aetnam (sed cf. l. 45), unoculi, socii Polyphemi (cf. Roscher l. l. 1682 sqq.)*: VERG. georg. 1, 471. Aen. 3, 569 -um allabimur oris. 3, 675. OV. met. 14, 2 arvaque -um. 15, 93. MELA 2, 119 Aetna *memoratur* quod -as olim tulit. PLIN. nat. 7, 9 *in* Sicilia et Italia fuisse . . . -as et Laestrygonas (IVV. 15, 18 PS. QVINT. decl. 12, 26. *inepte* SCHOL. Hor. carm. 3, 16, 34; *cf. etiam p. 783, 48*). SIL. 13, 440. 15, 428. STAT. Theb. 1, 458 pariter stabulare bimembres Centauros unaque ferunt -as in Aetna compositos. GELL. 9, 4, 6 homines . . . unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi, qua fuisse facie -as poetae ferunt. TERT. apol. 7 quis cruenta . . . -um et Sirenum ora iudici reservavit? SOL. 5, 14 gentem -um testantur vasti specus. ANTH. 654, 15. IVST. 4, 2, 2 *Sicilia* a principio patria -um fuit (*cf.* OROS. hist. 2, 14, 1). AVSON. 453 SERV. Aen. 1, 201 (CLAVD. DON. *ibid.*) auct. Aen. 3, 590. 598. 601. 617. 639. SCHOL. Stat. Theb. 3, 604 magnitudinem eius (*i. Capanei*) ex Gigantibus comparavit et -bus, de locis quibus fuerunt, notans (Aetnaeos . . . fratres STAT.). HYG. fab. 125 p. 107, 2 MYTHOGR. 1, 202. ISID. orig. 11, 3, 16 -es quoque eadem India gignit; et dictos -es eo quod unum habere oculum in fronte media perhibentur. GLOSS. V 178, 4. *nota nom. loci (cf. etiam p. 783, 71)*: PLIN. nat. 3, 89 (*in Sicilia*) scopuli (*cf. etiam p. 783, 19*) tres -um, portus Vlixis, colonia Catina. SERV. *v. p. 783, 76.* CONC. Constant. a. 536 Mansi 8, 1056^{D} monasterii -um. *pro ebriosis*: COMM. instr. 2, 36, 3. 2 *laudantur ut fabri ferrarii, socii Vulcani (cf. Roscher, Myth. Lex. II 1678, 42) et confunduntur cum tribus illis -bus, qui Iovi fulmen fabricant (cf. Roscher l. l. 1676, 41; infra l. 84)*: CIC. div. 2, 43 Iovi fulmen fabricatos esse -as in Aetna putes. VERG. georg. 4, 170 ac veluti lentis -es fulmina massis cum properant, alii taurinis follibus auras accipiunt redduntque, alii *eqs.* . . . gemit impositis incudibus Aetna *eqs.* Aen. 6, 630 -um educta caminis moenia conspicio atque adverso fornice portas (SERV. *ad l.* hoc est magna: ita enim cuiuslibet rei magnitudinem significabant, adeo ut Statius [*cf. p. 783, 10 sqq.*] Argivorum muros ab ipsis dicat esse perfectos; *cf.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 117). 8, 418 quam (*sc. insulam*) subter specus et -um exesa caminis antra Aetnaea tonant . . . Volcani domus . . . (424) ferrum exercebant vasto -es in antro, Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon (*cf.* CLAVD. DON. *ibid.*). AETNA 37 illis (*i. Aetnae*) -as memorant fornacibus usos, cum . . . quaterent . . . fulmen armarentque Iovem. HOR. carm. 1, 4, 7 dum gravis -um Volcanus ardens visit officinas. OV. met. 1, 259 (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 250). 3, 305 (*cf.* SEN. nat. 2, 44, 1). fast. 4, 473 antraque -um positis exusta caminis (*in Sicilia*). PLIN. nat. 7, 197 aerariam fabricam alii Chalybas alii -as *monstrasse putant* (*cf.* 7, 198 fabricam ferream invenerunt -es). SIL. 4, 433 labore -um sudatum thoraca. 5, 66 -um rapta caminis fulmina. 9, 307. 448. STAT. Theb. 1, 217 -um operosa fatiscunt bracchia. 2, 274. COMM. instr. 1, 6, 23 dicitur et fulmen -as illi (*i. Iovi*) fecisse, immortalis enim habuit a mortalibus arma. SERV. Aen. 8, 439 cum . . . fabricent fulmina -es. 10, 763 (*de caeco Orione*; *cf.* MYTHOGR. 1, 33). SCHOL. Stat. Theb. 2, 274 (= MYTHOGR. 2, 185; *de Telchinibus et -bus*). ADNOT. Lucan. 7, 150 ibi (*Pallene*) Iovi a -bus sunt fulmina fabricata. MYTHOGR. 1, 176 miseratione Plutonis *Vulcanus deformior factus* praepositus est -bus, qui faciunt Iovi fulmina. CLAVD. 22, 27 -um spicula (*i. fulmen*). rapt. Pros. 1, 238 Cereris quo tecta nitebant -um firmata manu: stant ardua ferro moenia *eqs.* CASSIOD. var. 7, 5, 2 *fabricas* primum -es dicuntur ad antrorum modum amplissimas in Sicilia condidisse, postquam in cavernis montium Polyphemus ab Vlixe singularis oculi lugendam pertulerat orbitatem. *cf. etiam sing. p. 783, 61.* *fabulam graecam de tribus -bus commemorant*: TAC. ann. 3, 61 Apol-

[*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

linem *in nemore Ephesio Ortygia* post interfectos -as Iovis iram vitavisse. SERV. Aen. 6, 398 Apollo ... Admeti regis pavit armenta ideo, quia occiderat -as, fabricatores fulminum, quibus Aesculapius extinctus est. *cf.* 7, 761 georg. 3, 2 PROB. Verg. georg. 3, 1 SCHOL. Stat. Theb. 6, 353 HYG. astr. 2, 15 fab. 49 p. 57, 15 SCHOL. Germ. Bas. p. 91, 10 MYTHOGR. 1, 46. 2, 128; *cf. etiam* SIDON. carm. 23, 201. 3 *laudantur propter magnitudinem operum et aedificiorum (cf. Roscher, Myth. Lex. II 1687, 29)*: SEN. Thy. 407 cerno -um sacras turres, labore maius humano decus (*sc. in Argolide*). PLIN. nat. 7, 195 turres, ut Aristoteles *dicit, invenerunt* -es. STAT. Theb. 1, 252 arces -um (*sc. Argos; item* 4, 151 -um ductas sudoribus arces; SCHOL. *ad* 1, 252 -um autem: aut quas -es fecerunt, aut magni ac miri operis. nam quicquid magnitudine sua nobile est, -um manu dicitur fabricatum; *ad* 4, 151 -es istius civitatis moenia condiderunt, sicut asserunt Graeci). 1, 630 camposque et celsa -um tecta (*sc. in Argolide*; SCHOL. *ad l.* velut -um. idonee enim omnia constructa aedificia Cyclopea dixit antiquitas; *cf. etiam* SERV. Aen. 6, 630 *p. 782, 57 et infra l. 80*). *nota*: STAT. silv. 5, 3, 49 par templis opus, aeriamque educere molem -um scopulos (*cf. etiam p. 782, 47*) ultra atque audacia saxa pyramidum. *adde*: HYG. astr. 2, 39 eam (*sc. aram, in qua primum dii existimantur sacra et coniurationem fecisse*) autem -as fecisse. *epitheta*: Aetnaei: VERG. Aen. 8, 440. 11, 263 (*cf. etiam* VAL. FL. 4, 104 SIL. 9, 448; *p. 782, 43; l. 31*); *sing. l. 37.* ferruginei: SIDON. carm. 23, 201. immanes: IVV. 15, 18. infandi: VERG. Aen. 3, 644. vasti: VERG. Aen. 3, 647. *sing.* **Cyclōps,** *Κύκλωψ. acc.* -a: HOR. sat. 1, 5, 63 epist. 2, 2, 125 QVINT. inst. 8, 3, 84 GELL. 15, 21 ANTH. 593, 5 DICT. 6, 5 SIDON. carm. 22, 3; *sed* -em: COMM. instr. 1, 10, 6 CAPITOL. Maximin. 8, 5 Max. Balb. 11, 1 VOPISC. quatt. tyr. 4, 1 SCHOL. Stat. Theb. 6, 694 HYG. fab. 125 p. 106, 16. 109, 6. *de prosodia v. p. 782, 6 sqq.*

1 *de Polyphemo*: LIV. ANDR. carm. frg. 36 cum socios nostros mandisset impius -s. CARM. Dosith. gramm. VII 387 -s, Aetnaeus cultor, Neptunia proles. ENN. ann. 321 -is venter velut olim turserat alte carnibus humanis distentus. LVCIL. 482 Polyphemus ducentos -s longus pedes (*item l. 40 sq.*; HYG. fab. 125 p. 106, 16). CIC. Verr. 6, 146 *Verres* -s alter multo importunior; hic enim totam insulam obsidebat, ille Aetnam solam et eam Siciliae partem tenuisse dicitur. Tusc. 5, 115 VERG. Aen. 3, 617. CVLEX 332 Aetnaeusque -s (*cf. l. 22*). HOR. ars 145 Antiphaten Scyllamque et cum -e Charybdin (*cf.* SIL. 14, 475). OV. met. 13, 744 *sqq.* (*de amore Galateae; cf.* VAL. FL. 1, 136. SERV. auct. ecl. 7, 37 Polyphemus -s [SCHOL. Veron. *ibid.* a Polyphemo -e]. 9, 39 -s. SCHOL. Bern. *ibid.* -s Polyphemus. PHILARG. *ibid.* -s. MYTHOGR. 1, 5). OV. met. 14, 174. 249 Antiphatae memores immansuetique -is. SEN. suas. 1, 12 excaecatus -s (ANTH. 593, 5 caecum -a). SEN. Thy. 582 et ferus -s metuit parentem rupe ferventis residens in Aetnae. PETRON. 48. 97 *sq.* 101. MART. 7, 38, 2 tantus es et talis nostri, Polypheme, Severi, ut te mirari possit et ipse -s. QVINT. inst. 8, 3, 84. 8, 4, 24 GELL. 3, 11, 5. 3, 15, 21 Neptuni filios ... -a et Cercyona et Scirona et Laestrygonas (*cf.* DICT. 6, 5 per -a et Laestrygona fratres multa indigna expertus). COMM. instr. 10, 1, 6 non -em genuit monstrum *Neptunus?* APVL. Socr. 24 p. 179 SERV. Aen. 1, 201. (auct.) 3, 613 ecl. 2, 25 PROB. Verg. georg. 2, 37. HYG. fab. 125 p. 109, 6 -em filium eius (*Neptuni; cf.* 157 p. 14, 11). CLAVD. carm. min. 30, 24 lumine fraudatus -s (*cf.* SIDON. carm. 22, 3). *de pantomimo*: HOR. sat. 1, 5, 63 pastorem saltaret uti -a rogabat. epist. 2, 2, 125 torquebitur, ut qui nunc Satyrum, nunc agrestem -a movetur (PORPH. *ad l.* ut pantomimus, qui nunc †totus Satyri nunc Polyphemi -is conatur imitari personam). *de pictura*: PLIN. nat. 35, 74 -s dormiens in parvola tabella, cuius et sic magnitudinem exprimere cupiens *Timanthus* pinxit iuxta Satyros thyrso pollicem eius metientes. 2 *praeterea*: OV. Pont. 4, 10, 23 nec vincet -s saevum feritate Phyacen. LVCAN. 7, 150 Pallenea Iovi mutavit fulmina -s (*cf.* VAL. FL. 4, 287. 7, 648. MIN. FEL. 23, 6 flammas veri fulminis nec -s potuit imitari. CLAVD. 7, 192 Sicula -s incude laborat. rapt. Pros. 2, 175 trepidus deiecit fulmina -s). CLAVD. rapt. Pros. 3, 355 *in luco* pascere nullus oves nec robora laedere -s audet et ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra. GLOSS. V 354, 56 -s gigans. NOT. Tir. 93, 21ᵃ. *in imagine*: PETRON. 101 hic (*i. Lichas*) est -s ille et archipirata. *pro cogn.*: CAPITOL. Maximin. 8, 5 *Maximinus* tam crudelis fuit, ut illum alii -em, alii Busirem, ... vocarent (*cf.* Max. Balb. 11, 1). VOPISC. quatt. tyr. 4, 1 Firmus statura ingenti ... pilosus atque hispidus, ita ut eum plerique -em vocarent. *nom. vici*: CORP. VI 2226 magister vici ab -is region(e) pri(ma). *cf.* CVRIOS. urb. reg. 2 p. 2, 13 atrium -is. REG. urb. p. 3, 13 antrum -is. *Hülsen, Top. I 3, 230 et adn. 28 et PW. IV 1905.* *adi.* **Cyclōpius,** -a, -um, *Κυκλώπιος*: VERG. Aen. 1, 201 vos et -a (-ea *codd.*, SERV., *em. Heinsius*) s a x a experti (SIL. 14, 514 *cf.* SERV. Aen. *ad l.*; auct. *addit.*: quidam tamen haec saxa inter Catinam et Tauromenium in modum metarum situ naturali dicunt esse, quae C y c l o p e a appellantur [*inde* GLOSS. IV 436, 43], quorum medium et eminentissimum Galate dicitur; *cf. p. 782, 47*). SEN. Herc. f. 997 ut -a (-ea *trad.*) eversa manibus saxa nostris concidant (*i. Mycenae; cf. supra l. 8 sqq.*). SIL. 14, 33 -a regna. 14, 531 -a (-eia *codd.*) ... libido. SOL. 9, 17 cum nuptias ageret *Philippus rex unoculus*, tibicines carmen -um (*v. l.* cyclopum, ciclopum) quasi de colludio concinuisse traduntur. CLAVD. 20, 377 -a ... fames. rapt. Pros. 1, 97 -a tela (*i. fulmen*). *adi.* **Cyclōpēus,** -a, -um, *Κυκλώπειος*: ANTH. 886, 3 ista Cȳclopei durant monumenta furoris (*sc. Acidis tumulus*). SERV. auct. Aen. 1, 201 (*et* GLOSS.) *p. 783, 78.* REPOS. 29 -a (-ea *cod.*) flamma. SCHOL. Stat. Theb. 1, 630 *p. 783, 16.* PS. AMBR. act. Seb. 21, 79 reprehendebam tamen in eo -am edacitatem. BOETH. arithm. 1, 20 p. 41, 3 ut -ae frontis dedecus fuit (*sc. unus oculus*). *subst.*: TREB. Gall. 8, 3 -a etiam luserunt omnes apenarii. VOPISC. Car. 19, 3 exhibuit -a (cyclopem *codd., corr. Salmasius*). **Cyclōpis,** *Κυκλωπίς insula prope Rhodum*: PLIN. nat. 5, 133 (*trad.* -ps; *corr. ed. Basil.*).

Cycnēis, Cycnēius *v.* Cycnus.

Cycnis *nom. mul. gr., cf.* Cycnus. CORP. VI 7769 (*in columbario*) -is mater.

1. Cycnus *nom. vir. gr., Κύκνος; cf.* cycnus, Cycnis, *etr.* kukne (*Furtwängler, Gemmen 16, 20*). *in codd. saepe* cygnus, cicnus, cignus; C u c n u s *l. 25.* Cicnus *in titulo: l. 41.* Cy- *producunt poetae.* 1 *rex Liguriae, in cycnum mutatus*: VERG. Aen. 10, 189 ferunt luctu -um Phaethontis amati ... dum canit ... canentem molli pluma duxisse senectam, linquentem terras et sidera voce sequentem (SERV. *ad l.*). OV. met. 2, 367 proles Stheneleia -us. 2, 377. NEMES. cyn. 37 fumantemque Padum -um plumamque senilem. HYG. fab. 154 p. 27, 16 PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 4 MACR. sat. 5, 16, 4. *cf. etiam* CLAVD. carm. min. 31, 12. *fort. etiam* AMBR. exc. Sat. 2, 129 senes ... Cycneis male creduli fabulis *eqs.* *confunduntur -us, Phaethon, Gallus*: PHILARG. Verg. ecl. 6, 64 rec. I *Gallus, filius Solis,* missus est in Padum fluvium ac C u c n u s nominatus est (*cf.* rec. II). 2 *filius Neptuni, ab Achille necatus*: OV. met. 12, 72 proles Neptunia, -us. 12, 75 *sqq.* SEN. Ag. 215 nivea proles -us aequorei dei. DICT. 2, 12. HYG. fab. 157 p. 14, 6 -us *filius Neptuni* ex Calyce Hecatonis filia. 273 p. 148, 5. *alter Neptuni filius*: SERV. auct. Aen. 2, 21 Tenes, -i filius. *cf. Roscher, Myth. Lex. II 1698.* 3 *filius Martis, ab Hercule occisus*: SEN. Herc. f. 486 vulnere et ferro invius mortem coactus integer -us pati. HYG. fab. 31 p. 65, 9. 159 p. 15, 2. 269 p. 145, 10. 273 p. 147, 20. 4 HYG. fab. 97 p. 91, 22 -us (*sic F,* Guneus *Bunte*) Ociti et Aurophites filius (*in catalogo eorum, 'qui ad Troiam expugnatum ierunt'*). 5 *praeterea nom. et cogn. vir.*: PLAVT. Men. 854 Tithonum, qui cluet -o patre (lucet cygno patre PRISC. gramm. II 216; -o prognatum patre *codd.*). IVV. 8, 33 nanum cuiusdam Atlanta vocamus, Aethiopem -um *eqs.* CORP. VI 10671 P. Alius -us. 17516 Q. Fabio -o. 20119 C. Iulius -i l. Mahes, Iulia -i l. Theodosia. IV 2508, 21 -us *gladiator.* V 162 (*Polae*) -us M(arci) n(ostri?). 1364 (*Aquileiae*) Sammius -us. XII 1382 (*Vasione*) Cicn(us) *gladiator.* 6 *nom. equi Amphiarai*: STAT. Theb. 6, 463 (*cf.* SCHOL. *ad l.*). 6, 524 -umque nivalem. 6, 528. 7 *titulus Menippeae Varronis*: NON. p. 230, 29 Varro in -o *περὶ ταφῆς.* p. 485, 11. 497, 25 (*cf. vol. IV p. 1585, 31*). 8 *ad sidus (cf. vol. IV p. 1585, 58) adde*: VERG. *et* SERV. *supra l. 18.* MANIL. 1, 337. 5, 381 GERM. 276. 278. 280. 466. 615. 639. 679. 690 CLAVD. 28, 174 MART. CAP. 8, 828. 833. 838. 841 *sqq.* *adi.* **Cycnēius,** -a, -um, *Κυκνήιος.* OV. met. 7, 371 inde lacus Hyries videt et -a Tempe, quae subitus celebravit olor (*pertinet ad Cycnum, Hyries filium, quem in cycnum mutatum esse narrat* OV. *ibid.*). Ib. 463 ut -us (ligneius *G,* lignesius *T,* Lyrnesius *Ellis*) heros, clausus in aequoreas praecipiteris aquas (*sc. Tenes, cf. supra l. 29*). AMBR. *supra l. 23.* **Cycnēis,** *genet.* -dos, *Κυκνηίς.* HOMER. 337 *Paris* incubuit membris -dos (*i. Helenae; trad.* cyn-).

2. Cycnus *opp. Colchidis.* MELA 1, 110 in primo flexu iam curvi litoris oppidum est quod Graeci mercatores constituisse, et quia cum caeca tempestate agerentur, ignaris qua terra esset cycni vox notam dederat, -um appellasse dicuntur. *sed* C y g n u s: PLIN. nat. 6, 13 -um (*R,* cig- *rell.*). 6, 14 oppidum -us. C y g n o s: RAVENN. p. 92, 8. 359, 1 Guid. p. 525, 24.

Cycon *v.* Cyzicus *p. 814, 14.*

Cycus nomen insulae GLOSS. V 277, 22. Cytus*? edd.; cf.* Cythnos.

Cydara *fluv. insulae Taprobanes.* PLIN. nat. 6, 86. *cf. Tomaschek, PW. IV 1906.*

Cȳdās *nom. vir. gr., Κύδας, -α. flectitur* -ntis *et* -ae. LIV. 33, 3, 10 (*a. 197 a. Chr.*) quingenti Gortynii Cretensium, duce -nte. LIV. 44, 13, 9 (*a. 169*) -ntem Cretensem *nuntium Persei.* 44, 24, 9 -s erat Cretensis ex intimis Eumenis. CIC. Phil. 5, 13 -am Cretensem, portentum insulae, hominum audacissimum et perditissimum ... est enim Creta vobis notior quam Roma -ae. 8, 27 a -a. MART. 10, 83, 8 inter Spendophorum Telesphorumque -ae stare putabis Hermerotem. *cf. Friedländer ad l.*

Cȳdiās *nom. vir. gr., Κυδίας. pictor saec. IV a. Chr.*: PLIN. nat. 35, 130 -s (cydi *et* cydias [*vel* ci-] *codd.*) cuius tabulam Argonautas ... Hortensius orator mercatus est *eqs.* *locos graecos v. in adn.*

Cȳdilla *cogn. mul. gr., Κύδιλλα.* CORP. XIV 2988 (*Praeneste*) Postumia (mul.) l. -a.

Cȳdimus *nom. vir. gr. acc.* -on *l. 80.* -ȳ- *l. 81.* *Lemnius*: STAT. Theb. 5, 227 flet super aequaevum soror exarmata Lycaste -on. *cogn.*: CORP. VI 200 (*a. 70*) VII 38 C. Fonteius -us. 12484 Artoria Egloge Cȳdimo fil(io). 29587 M. Plautio -o. 33553 (*in columbario*) -o Caesaris Amandiano.

Cydinus *v.* Cydnus.

Cȳdippē *nom. mul. gr., Κυδίππη.* *codd. subinde* cid-; *cf. etiam*

[Reisch]

infra l. 9. *genet.* -ae *l. 7; acc.* -en; *abl.* -e *l. 7.* *Nereis*: VERG. georg. 4, 339 -eque et flava Lycorias. HYG. fab. praef. p. 10, 19. *puella ab Acontio amata*: OV. epist. 19, [1]. 107. 172. 202. 20, 123 -en. ars 1, 457 -en. rem. 382 (*alludit* AVSON. 416, 16). *fort. ad hanc spectat* PLIN. nat. 35, 106 fecit et -en *Protogenes pictor.* *sacerdos Iunonis Argivae, mater Cleobis et Bitonis*: SERV. auct. georg. 3, 532 a -e. HYG. fab. 254 p. 141, 2 Cleops et Bitias, -ae filii. *ibid.* -e *et* -en. *cogn. mul.*: CORP. VI 33155 (*in columbario*) Iulia -e. IX 1061 (*in agro Compsino, periit*) Vibulcae C i d i p p e.

Cydna *opp. Macedoniae*, *Κύδνα.* MELA 2, 35 (cynda *A, corr. Barbarus*).

1. Cydnus *fluv. Ciliciae.* *gr. Κύδνος.* *nom.* -os *l. 19 et 32.* PRISC. gramm. II 42, 18 -us, Ariadne (*exempla ligaturae* -dn-; *inde perperam* GLOSS. V 494, 35). Cy- *producunt poetae.* *de veriloquio v. l. 27.* CIC. Phil. 2, 26 in Cilicia ad ostium fluminis -i. TIB. 1, 7, 13 an te, -e, canam, tacitis qui leniter undis caeruleus p l a c i d i s per vada serpis aquis? (*cf.* CVRT. 3, 4, 8; *etiam l. 29*). OV. ars 3, 204 prope te nato, lucide -e, croco. VITR. 8, 3, 6 Cilicia vero civitate Tarso flumen est nomine -os, in quo p o d a g r i c i crura macerantes levantur dolore (*cf.* PLIN. nat. 31, 11). VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 Alexander Macedonum rex ... percalefactus -o ... corpus suum immersit *eqs.* (*cf.* CVRT. 3, 5, 1 *sqq.* ITIN. Alex. 12 IVL. VAL. 2, 24 IVST. 11, 8, 3 OROS. hist. 3, 16, 5). MELA 1, 70. PLIN. nat. 5, 92 -us Tarsum ... s e c a n s (*sim.* SOL. *l. 25* AMM. 25, 10, 4). AMPEL. 6, 9. SOL. 38, 4 *Tarsum* intersecat -us amnis. hunc -um alii praecipitari Tauro, alii derivari ex alveo Choaspi tradiderunt ... ex illo parente (*i. Choaspi*) -us miram trahit suavitatem. quidquid candidum est, cydnum gentili lingua Syri dicunt: unde amni huic nomen datum. et tumet vere cum nives solvuntur, reliqua anni tenuis et quietus (*cf.* ISID. orig. 13, 21, 15. 20). IVL. HON. cosmogr. A 35 fluvius -us nascitur de monte Tauro. influit in mare Tyrrenum ad Cycladas (COSMOGR. 1, 35 G a d d u s). VIB. SEQ. geogr. p. 147, 24 -os per mediam urbem Tarson Ciliciae decurrit. AVIEN. orb. terr. 1031 (*sim.* PRISC. perieg. 816) AMM. 14, 8, 3 HIER. epist. 60, 16, 5. RAVENN. p. 113, 7 C y g n o s (ci- *A*). GLOSS. V 565, 22 cinidus flumen. *fluv. A s s y r i a e*: IVST. 11, 14, 4 ut pons † -i (cygni, cidni *codd.*; Lyci *Acidalius*) fluminis ... intercluderetur.

2. Cydnus *nom. et cogn. vir.* SIL. 3, 338 -us agit *Astures.* *alius*: SIL. 14, 434. CORP. VI 4346 (*in monum. liberorum Drusi*) -us Ti. Germanici supra hortos. 8044 (*in columbario*) C. Properti C. l. -i. 10672 Aelius C u d n u s. 22877 (*periit*) ⟨...⟩ l. -o. 26310 Sergio -o. INSCR. Notiz. degli scavi 1911 p. 352 (*in Paelignis*) -o ... ser(vo). CORP. IV 3376 L. Aelius C y d i n u s. V 8110, 433 (*Dertonae, in tegula*) -us Setori (*cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 372).

1. Cydōn *nom. vir. gr.*, *Κύδων.* *acc.* -na *l. 56. 58. 62.* -nem *l. 49.* C i d o n *l. 62.* Cȳ- *l. 48. 56. 58.* HIER. chron. a. Abr. 453 in Creta regnavit -on (*cf.* Cydones). VERG. Aen. 10, 324 dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cȳdon. SERV. Aen. 10, 325 propter quod (*sc. Cretenses puerorum amatores*) poeta -em inducit amatorem. novimus autem Cydonas Cretenses dici (*inde* GLOSS. V 178, 6. 551, 22. 595, 27). sane -on, quando nomen est proprium, 'Cy' naturaliter producit; si appellativum, corripit, ut *eqs.* (*cf. l. 78*). tamen Statius etiam in proprio corripuit (*cf. l. 55*) ... abutens licentia, qua utimur in propriis nominibus. *Thebanus*: STAT. Theb. 2, 623 haec regi promissa, -on, haec, Lampe, dabamus? *Lemnius*: STAT. Theb. 5, 220 flave -on. *ibid.* 9, 127 Phocea tum Cȳdona Tanagraeumque Phalanthum. *Euboeus*: STAT. Theb. 9, 759 et male dilectum miserae Cȳdona sorori. *statuarius*: PLIN. nat. 34, 53 haec (*Amazon probatissima in templo Dianae Ephesiae*) est Polycliti, proxima ab ea Phidiae, tertia Cresilae, quarta -is. CORP. VI 15827 L. Pacuvius -on. IV 1106 -i. VIII 14819 (*in prov. procos.*) C. (*notatio nominis gent.*) Cidonis. *nom. equi*: STAT. Theb. 6, 465 tardumque -na (tardum Calydona *B M*) lacessit Hippodamus.

2. Cydōn *v.* Cydones.

1. Cydonea *insula prope Lesbum.* PLIN. nat. 2, 232 in -a (*v. l.* -ia, cid- *al.*) insula ante Lesbum fons calidus vere tantum fluit. 5, 140 -a (gignea *codd.*) cum fonte calido.

2. Cydōnea *v.* Cydones *p. 786, 8. 48.*

Cydōnes *gens Cretae vel incolae urbis Cydoniae*, *Κύδωνες.* *acc.* -as. *generatim pro Cretensibus, imprimis sagittariis.* LVCAN. 7, 229 Libȳe Numidas et Creta -as misit, Ityreis cursus fuit inde sagittis. STAT. Theb. 6, 596 credas e plebe -um Parthorumque fuga totidem exiluisse sagittas (SCHOL. Cretensium). PANEG. 7 (6), 8, 1 non enim ulla Persarum -umve tela tam certis iactibus destinata fixerunt *eqs.* AVSON. 413, 1 iambe Parthis et -um spiculis ... velocior. SERV. Aen. 10, 325 *supra l. 50.* CLAVD. carm. min. 9, 46 morem hinc (*i. ex hystrice*) traxisse -as bellandi Parthosque *eqs.* *sing.* **Cydōn**: VERG. Aen. 12, 858 sagitta ... quam ... Parthus sive -on ... torsit. SEN. Herc. O. 820 talis in caelum exilit harundo Getica ... aut quam -on excussit. SER. SAMM. 435 aut quae poma -on Cretaeis misit ab oris (*cf. p. 786, 16 sqq.*). CLAVD. 8, 530 scis, quo more -on, qua dirigat arte sagittas Armenius. *nom. regis supra l. 46.* *pro c a n e* (*sc. Cretico, cf. p. 709, 80*): SIL. 2, 444 latratorque -on. *fingitur nom. a r b o r i s: p. 786, 4* (*sed v. p. 786, 46. 68*). *adi.* **Cydōnius** (**Cydōneus**), -a, -um, *Κυδώνιος.* (-ēus *l. 75.*) *codd. plerumque* -eus *et saepe* ci-; *de ceteris formis v. l. 54. 71.* VERG. ecl. 10, 59 libet Partho torquere -a (-ea *R*, rhodonea *M*[1]) cornu spicula (SERV. *ad l.* [*cod. R*] '-ea' spicula ex arbore c y d o n e habentia hastas; *cf.* PHILARG. *ibid.* id est Cretensia; ibi enim harum arborum usus inventus est primus. *sim.* SCHOL. Bern.). HOR. carm. 4, 9, 17 Teucer tela -o derexit arcu (SCHOL. *ad l.* -o autem Cretensi a Cidonea civitate, ubi primum de pecudum cornibus arcus ornati sunt). *subst.* C y d ō n i a *de o p p i d o Cydonum* (*Κυδωνία, Κυδωνίς*): LIV. perioch. 98 Q. Metellus ... -am urbem obsedit. 99 Cnoson et Lyctum et -am (-eam *N*). MELA 2, 113 -ea. PLIN. nat. 4, 59 -ea (-ia *F*). 4, 61 contra -eam (-eum *A*). FLOR. epit. 3, 7, 4 ut Graeci dicere solent, u r b i u m m a t r e m -eam (ISID. orig. 17, 7, 4). 3, 7, 6 -eae ducibus. SOL. 11, 4 -eam. SERV. auct. Aen. 3, 133 iuxta -iam (-eam *F*). SCHOL. Hor. *supra l. 6 sq.* TAB. Peut. 8, 5 -ia. RAVENN. p. 397, 12 -ea. *incola* -us: SACERD. gramm. VI 497, 19 a Pyrricho -o (*trad.* cidoneo, cydoneo). *i m p r i m i s d e m a l i s C y d o n i i s (-eis)*: *in codd. trad.* cyd-, cid-, cit-, cith-, cyt-, -ius, -eus (*hoc plerumque*); quid-, qud-, cotoneus *v. infra. de his formis cf. Solmsen, Zur Geschichte des Namens der Quitte, Glotta 3 (1911), 241 sqq.* COLVM. 5, 10, 19 malorum genera ... -a. 12, 19, 4 m a l a -a (12, 42, 1. 12, 48, 5 arb. 25, 1 SCRIB. LARG. 104. 111. 193 PETRON. 69 PS. GARG. MART. p. 211 SOL. 32, 36 PALLAD. 11, 20. 14, 99 tit. SERV. ecl. 2, 51 quae lanuginis plena sunt. MACR. sat. 7, 6, 13 MARCELL. med. 1, 52. 6, 12. 11, 1 *al.* PHILVM. med. 2 p. 46. 54. ANON. med. ed. Piechotta 136 mala(s) citonias. THEOD. PRISC. log. 64. 101 APIC. 1, 19. 4, 170 CAEL. AVR. acut. 2, 18, 109. 3, 21, 203 chron. 1, 6, 184. 2, 3, 69. 2, 4, 85. 4, 3, 70 CASS. FEL. 42 p. 101, 6. 46 p. 119, 14. 48 p. 125, 9 ORIBAS. syn. 2 add. p. 846 *sqq.* ISID. orig. 17, 7, 4 mala -a nomen sumpsit ab oppido *eqs.* [*cf. l. 12. p. 787, 2*]. GLOSS. cana mala lanuginem habentia id est -a; -um [cithonia *cod.*] malum *κυδώνιον μῆλον*; mala -a *κορωνόπους.* coronopodium. coronopodia. codonius [*cf.* cotoneus]). PS. ASPER gramm. suppl. 41, 23 prunum -um. PALLAD. 3, 25, 23 p o m a -a (MARCELL. med. 20, 91). THEOD. PRISC. log. 103 cataplasmata ex dactylis -iis. *subst. n.* (*sc. malum, fere plur.*): PROP. 3, 13, 27 munus ... decussa -a ramo. COLVM. 12, 47, 1 *sq.* [SCRIB. LARG. 111 *deletur*]. CALP. ecl. 2, 91 sic flore iuventae induimur vultus, ut in arbore saepe notavi cerea sub tenui lucere -a lana. MART. 10, 42, 3 celantur simili ventura -a lana (*sc. quam Proculeia*). 13, 24, 1 Cecropio saturata -a melle. GARG. MART. pom. 1, 1 *sq* med. 43 PALLAD. 3, 25, 20. 24 *sqq.* 11, 18, 2. 11, 20, 2. 14, 65 PLIN. med. 1, 4. 8 lenticula cum -eis (cothoniis *v. l.*) cocta. 1, 24 cytonia *g* (cot- *d*). 2, 4. 5. 7. 10. 3, 4 MARCELL. med. 20, 86. 126. 135. 27, 137. 30, 65. 31, 13. 33, 9 ANON. med. ed. Piechotta 67 (*mutil.*) THEOD. PRISC. eup. faen. 17 log. 43 *al.* APIC. 4, 170 ANTHIM. 83. GLOSS. -eum *κυδώνιον.* -ea *κυδώνια.* cidoni (? *κυδώνια*) id est -a. cidon (?) *κυδώνια, χρυσόμηλα*, -a (*cf. etiam* cicocia *vol. III p. 1050, 78; Solmsen l. l. p. 244*). *subst.* C y d o n e u s (*de a r b o r e; cf. l. 68; etiam l. 4*): PALLAD. 2, 15, 20 tubera i n s e r u n t u r -o (*cf.* 3, 25, 7). 3, 25, 21 ponendae sunt largae arbores -i. C y d o n e a *f.* (*sc. arbor*): PALLAD. 4, 10, 37 et -a et prunus inseritur. 14, 99 cum praestet cunctis se fulva -a pomis. 14, 141 aureaque adnexo miscere -a fetu gaudet. C y d o n e u m *n. i. q. potio ex -orum suco facta* (*cf.* GARG. MART. med. 43 *et* Cydonites): VLP. dig. 33, 6, 9 pr. -um et si qua alia sunt, quae non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur. *forma vetustior* (*vulgaris*) **cotōneus**, -a, -um. *cf. κοδύμαλον* (ALCMAN *ap.* ATHEN. 3, 81[D]). *in codd. etiam* -ius. PLIN. nat. 15, 37 mala quae vocamus -a et graece Cydonea, e Creta insula advecta. MACR. sat. 7, 6, 13 mala seu simplicia seu granata vel cydonia, quae cotonia vocat Cato. [*it.* cotogno, *francog.* coing. *M.-L.*] m a l u m -um: CATO agr. 7, 3. 51. 133, 2 VARRO rust. 1, 59, 1. 3 CELS. 2, 24. 30. 33. 4, 9. 15. 26. 5, 22, 9. 5, 28, 4. 6, 6, 1. 6, 18, 8 PLIN. nat. 12, 38. 103. 124. 13, 11. 110. 17, 75. 136. 19, 34. 67. 92. 21, 142. 161. 22, 144. 146. 24, 129. 27, 55. 116. 34, 133 GROM. p. 308, 19. 321, 12. 347, 26. 352, 2. 361, 13 MACR. sat. 3, 19, 2 (*ex Cloatio*) CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18. *subst. n.* cotoneum: PLIN. nat. 1, 15, 10. 1, 23, 54. 15, 38. 49 *sq.* 58. 60. 65. 110. 17, 67 *sq.* 21, 38. 22, 122. 142 *sq.* 23, 97. 100. 24, 29. 30, 50 APIC. 2, 51. GLOSS. -um *κυδώνιον*; -a (*vel* cotunea *vel* cotonia *vel* cotunia) *κυδώνια*; cotuniae *κυδώνια.* NOT. Tir. 105, 28 -ium (*cf.* 105, 29 caetonium). c o t o n e u s *sc. arbor* (*cf. l. 46*): GROM. p. 308, 8 olivastellum et -um et sabucum in finem constituimus (*cf.* p. 333, 11). p. 360, 27 si tres -i fuerint, trifinium demonstrant. *aliae formae*: EDICT. Diocl. 6, 73 mala q u d e n a e a. DIOSC. 1, 50 mala q u i d o n i a r u m. *ibid.* male quidonie. *sim.* 1, 118. 123. 2, 90. 159. 3, 25. 5, 41 *sqq.* (*cf. etiam l. 83. p. 787, 6; sed* PS. DIOSC. herb. fem. cyd-). PS. HIER. Aethici cosmogr. 63 p. 43 Wuttke succumque c e t o n i o r u m atque pomorum. *adi.* **Cydōnēus**, -a, -um (*Κυδώνειος*): OV. ars 1, 293 Gnosiades⟨que⟩ (*add. N. Heinsius*) -aeque iuvencae. met. 8, 22 -asque pharetras. SIL. 2, 109 crebra -a fundebat spicula cornu. 10, 200 -a violatus h a r u n d i n e (STAT. Theb. 4, 269). STAT. Theb. 7, 339 -as anteibunt gaesa sagittas. **Cydōnītēs** (*Κυδωνίτης*) *adi.* *neutr. l. 82. 83. p. 787, 3.* *genet.* -is *p. 787, 1.* *acc.* (*nom.*) -ēn *l. 83.* *abl.* -ē *p. 787, 1.* COLVM. 3, 2, 2 ut *vites* stephanitae, ut unciariae, ut -ae. MARCELL. med. 20, 126 oxyporium -e ... conficitur sic. DIOSC. 5, 41 vinum q u i d o n i t e n (*cf. l. 71 sqq.*), quod multi melititen vocant, conficitur sic. *subst. i. q. potio ex suco cydoniorum*

[*Reisch*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

facta: PALLAD. 11, 20 de -e. MARCELL. med. 27, 137 confectio -is ad dysintericos. ISID. orig. 17, 7, 4 ex cuius (*i. Cydoniae urbis*) pomo Cydonitum conficitur. **Cydōniātae** *incolae* (*Κυδωνιᾶται*): LIV. 37, 60, 3 -ae bellum adversus Gortynios Gnosiosque gerebant. PLIN. nat. 8, 228 in Cydoneatarum regione. *compositum*: DIOSC. 5, 43 melomeli quod et **quidōnomeli** dicitur.

Cydrō *nom. mul. gr., Κυδρώ.* EPIST. Sapph. 17 vilis Anactorie, vilis mihi candida -o (*F*, Cydno *al.*).

[**Cydropię**] *nom. geogr. corrupt.* SCHOL. Germ. Sang. p. 106, 6 (Gedrosiae *Urlichs*).

Cydrus *nom. vir. gr., Κύδρος.* VAL. FL. 3, 193 Canthi pallentem vulnere -um.

Cyduram *v.* Hiduram (= Aduram, *q. v.*).

? **Cyerema** *cogn. mul.* CORP. III 2230 (*Salonis, periit*) Aurelia -a c(larissima) f(emina) = 8913, *ubi trad.* Aureli Germa C. P⟨. . .⟩.

Cyg- *v.* Cyc-. **Cygnos** *v.* 1. Cydnus *p. 785, 34 et* 2. Cycnus.

Cyi- *v.* Qui-.

Cylacēs *nom. vir. Pers.* AMM. 27, 12, 5 (*a. 368*) -i spadoni . . . commisit *Sapor* Armeniam . . . ante gentis praefectus *fuisse dicebatur*. 27, 12, 6 eunuchus -es. 27, 12, 9. 11. 14. 30, 1, 3 -is necem.

Cylarabis, -us *cf.* Cyllarabus.

Cylēnē *v.* Cyllene *p. 788, 17.* **Cȳlēsyria** *v.* Coelesyria *sub* Syria.

Cylicranī *nom. populi.* MACR. sat. 5, 21, 18 est etiam historia non adeo notissima, nationem quandam fuisse prope Heracleam ab Hercule constitutam -orum composito nomine *ἀπὸ τῆς κύλικος*. *cf. Κυλικρᾶνες* ATHEN. 11, 461^{E} *sqq.*

Cylindrus *nom. vir. gr., Κύλινδρος; cf.* cylindrus *et K. Schmidt, Hermes 37 (1902) p. 365.* PLAVT. Men. 218 evocate intus -um (cul- *P*) mihi coquom actutum foras. 294 *sq.* (cil- *codd.*). *praeterea v.* Cytisorus.

Cylipenus *sinus Germaniae.* PLIN. nat. 4, 97 quidam haec (*Aeningiam*) habitari ad Vistlam usque fluvium a Sarmatis, Venedis . . . tradunt, sinum -um (cylyp- *v. l.*) vocari et in ostio eius insulam Latrim. *cf. Tomaschek, PW. IV 1906, 26.*

Cylissos *opp. Cretae.* PLIN. nat. 4, 59. *trad.* gylisos *d T*, gyliosos *R*, gylysos *D F* E^1 *a*, gytysos E^2, gitisos *A*; -os *Harduin ex* SOL. 11, 5 -on (*v. l.* cycl-, scyl- *sim.*). *sed in nummo Graeco Τυλισιον; cf. Bursian, Geogr. v. Griech. II 557 c. adn. 2.*

Cylistarus *fluv. Italiae.* LYCOPHR. Alex. 946 ἀμφὶ Κῖριν καὶ Κυλιστάρου γάνος (SCHOL. Ἰταλίας ποταμοί). *cf.* ETYMOL. M. *s. v.* Κυλίστανος, πόλις Ἰταλίας· Πάρθαξ δὲ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο· διὰ δὲ τὸ τὸν Ἡρακλέα φονεῦσαι δράκοντά τινα ὑπερμεγέθη καὶ κυλισθῆναι εἰς αὐτόν, -νος ἐκλήθη (*coni. Meineke: Κυλίσταρνος, ποταμὸς . . . Π. ἐν τῷ πρώτῳ. ἐκαλεῖτο δὲ διὰ κτλ.*).

Cȳlīsyria *v.* Coelesyria *sub* Syria.

Cyllanicus *tractus Pisidiae.* PLIN. nat. 5, 147 qui circa Barim sunt et -um et Oroandicum Pisidiae tractum.

Cyllarabus *nom. vir. gr. apud Gr. Κυλαράβης.* -us, *Stheneli fil.* (*cf. Stoll ap. Roscher, Myth. Lex. II 1699, 67*): SERV. auct. Aen. 8, 9 uxorem *Diomedis* apud Argos cum -o (cill- *F*, cillabaro *Daniel*, Cylaraba *Thilo*), ut Lucilius (1149; *cf. Marx ad l.*), vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere. 11, 269 Stheneli filius -us (cill- *M, om. HF*) Aegialiam, Diomedis uxorem, cognovit adulterio. *inde* **Cylarabis,** *nom. gymnasii Argivi, Κυλάραβις.* LIV. 34, 26, 2 circa -im (gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe *Argivorum*).

Cyllarus *nom. gr., Κύλλαρος; cf.* Cyllo, Cyllopodes. *acc.* -on: Ov. met. 12, 408 SEN. Phaedr. 811 (-um *A*) VAL. FL. 1, 426 MART. 8, 21, 5 PROB. Verg. georg. 1, 12; -um *l. 63 et* SCHOL. Bern. *l. 65.* *equus Castoris* (*cf. Roscher, Myth. Lex. II 1700*): VERG. georg. 3, 90 Amyclaei domitus Pollucis habenis -us (SERV. *ad l.* atqui Castor equorum domitor fuit. sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia . . . [auct.] Xanthum autem et -um equos, quos Neptunus Iunoni dedit, illa Castori et Polluci, ut poetae graeculi fabulantur [*cf.* PROB. Verg. georg. 1, 12]. *sim.* SCHOL. Bern. *ad l. et* SCHOL. Stat. Theb. 4, 215. 6, 328; GLOSS. V 178, 10 Cyllaris [*sic*], equus Pollucis). SEN. Phaedr. 811 si dorso libeat cornipedis vehi, frenis Castorea mobilior manu Spartanum poteris flectere -on (*cf.* ENNOD. carm. 2, 128, 10 cornipedem scandi, qualem vix -us aequat). VAL. FL. 1, 426. STAT. silv. 1, 54 Ledaeus . . . -us. Theb. 4, 215. 6, 328 -e. MART. 4, 25, 6. 8, 21, 5. 8, 28, 8 pius . . . -us. PANEG. 7 (6), 8, 5 quis enim te -us aut Arion posset eripere (*cf.* AVSON. 419, 81 -us atque Arion . . . ipsi Castorum equi). CLAVD. 8, 557. CORP. VI 21521 (= CARM. epigr. 1109), 42 -e. *Centaurus, a Lapithis occisus*: Ov. met. 12, 393 -e. 12, 408. 421 -e.

Cyllēnaeus *v. p. 788, 67.*

Cyllēnē *f., Κυλλήνη.* *genet.* -ae: VERG. Aen. 8, 139 AVIEN. orb. terr. 491; -es: Ov. fast. 5, 87 COLVM. 10, 266 SIL. 3, 203 STAT. Theb. 9, 846 MART. 7, 74, 1 FRG. Bob. gramm. VII 542, 7 PRISC. periheg. 345 SERV. auct. Aen. 1, 297 SCHOL. Stat. Theb. 4, 482 MYTHOGR. 2, 41. *acc.* -ēn: Ov. met. 5, 607 LIV. 27, 32, 2 PLIN. nat. 4, 13. 10, 87; -em: SOL. 7, 12 (*v. l.* -en); *abl.* -e. **1** *mons Arcadiae*: VERG. Aen. 8, 139 *Mercurium* Maia -ae gelido conceptum vertice fudit (SERV. *ad l.* mons Arcadiae). PRIAP. 75, 10 -e . . . nivosa. Ov. met. 1, 217. 5, 607. 7, 386. fast. 5, 87 cupressiferae -es. PAVL. FEST. p. 52 *v. infra l. 39.* GERM. 584 altus Athos vel -e vel candidus Haemus. COLVM. 10, 266 PLIN. nat. 4, 21 (SOL. 7, 11). 10, 87 circa -en Arcadiae (SOL. 7, 12). 25, 26 in -e Arcadiae (SERV. *et* BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 335 HYG. astr. 2, 7 MYTHOGR. 1, 119. 2, 41. 84; *infra l. 39*). SIL. 3, 203 gelidis almae -es editus antris (*i. Mercurius*). STAT. Theb. 4, 287 non ipsa deo vacat alite felix -e. 7, 187 -e secreta (SCHOL. *ad l.* Arcadia, in qua Mercurius est natus). 9, 846. MART. 7, 74, 1 -es caelique decus (*i. Mercurius*). AVIEN. orb. terr. 491 Pelasga manus -ae (*ed. pr.*, -e *A*) ⟨e⟩ finibus olim quae petit Hesperii freta gurgitis (*cf.* PRISC. periheg. 345). SERV. Aen. 4, 252. Cyllēnus: BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 337 in -o (SERV. *ibid. pars codd.*). SCHOL. Stat. Theb. 1, 356 GLOSS. V 550, 34. **2** *opp. Elidis*: LIV. 27, 32, 2 Sulpicium . . . ab Naupacto -en traiecisse. MELA 2, 52 -e, Callipolis, Patrae oram illam tenent, in quam Chelonates et Araxos excurrunt, sed -e quod Mercurium ibi natum arbitrantur insignis (*sed cf.* 1). PLIN. nat. 4, 13. TAB. Peut. 7, 4 -e. RAVENN. p. 377, 4 Cylene (Guid. p. 538, 26). p. 400, 6 Cilene. **3** *nom. nymphae*: PAVL. FEST. *v. infra l. 39.* SERV. auct. Aen. 1, 297 quartum *Mercurium filium* Iovis et -es (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 482 MYTHOGR. 2, 41; *sed v. etiam infra l. 57*). HYG. fab. 253 p. 140, 6 Menephron cum -e filia in Arcadia et cum Bliade matre sua *concubuit* (*cf.* Ov. met. 7, 386). *adi.* **Cyllēnius,** -a, -um: *genet.* -i: MART. CAP. 7, 725 vers. **1** *ad Cyllenen montem vel Mercurium pertinens*: CIC. Arat. 381 clara fides -a (*sc. Mercurii cf. l. 63; i. sidus*). VERG. georg. 1, 337 quos ignis caelo -us erret in orbes (GERM. frg. 4, 111; *infra l. 65*; SERV. *ad l.* stella Mercurialis. *item* BREV. EXPOS. *sim.* PROB. *cf.* SEN. epist. 88, 14; *etiam* MANIL. 1, 871 -us orbis [MART. CAP. 1, 28]; *infra l. 51*). VERG. Aen. 4, 258 -a proles (Ov. ars 3, 725 *de Cephalo, Mercurii filio.* PETRON. 124, 269. VAL. FL. 1, 436 *de Aethalide, Euryto, Echione.* SIL. 13, 630 STAT. Theb. 1, 293. 7, 74 silv. 2, 1, 189). CIRIS 108 -a munera (murmura *cod. Rehdig.*; *i. lyram*). PAVL. FEST. *l. 35 sqq.* HYG. fab. 225 p. 133, 7 Lycaon Pelasgi filius templum Mercurio -o in Arcadia fecit. MART. CAP. 2, 172 praesul domus custosque -ae. *subst.* -us *i. q. Mercurius*: PAVL. FEST. p. 52 -us Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent κυλλοί vocantur, ideoque quadratum eum fingunt. alii volunt sic appellatum, quod in -a via sit nutritus. alii, quod in monte Arcadiae Cyllene, alii, quod a Cyllene sit nympha educatus. *cf.* SERV. Aen. 4, 252. auct. 8, 138 *Mercurium* cum illi (*sc. filii Chorici, regis Arcadiae*) in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt; unde et ipse -us et mons dicitur; namque graece κυλλοὺς aliqua mutilatos parte corporis dicunt *eqs.* (*cf.* GLOSS. IV 436, 44). VERG. Aen. 4, 252. 276 (SERV. *ad l.* antonomasivum est pro proprio). Ov. met. 1, 713. 2, 720 agilis -us. 2, 818 velox -us. 5, 331. 13, 146. 14, 291 pacifer . . . -us. MANIL. 1, 30. 2, 440. 943 SEN. apocol. 11. VAL. FL. 4, 385 -us ales (CLAVD. rapt. Pros. 1, 77 carm. min. app. 11, 5). SIL. 3, 168. 219. 8, 111. STAT. Theb. 2, 89 volucer -us. 7, 34 ARNOB. nat. 3, 32 AVSON. 468 (= HOM. Od. ω 1). MART. CAP. 1, 5 *et passim* (*saepius quam* Mercurius). CORP. VI 520 (= CARM. epigr. 1528^{A}) GLOSS. IV 219, 8. *de planeta*: GERM. frg. 4, 129 LVCAN. 1, 662 (*cf.* FVLG. myth. 1, 18). 10, 209 APVL. mund. 29 CHALC. comm. 72. AVSON. 332, 27 facilis -us. PRVD. apoth. 412 PROB. Verg. georg. 1, 336 CLAVD. 22, 440. *i. q. mons Cyllene*: MELA 2, 43 montes Pholoe, -us (cyllenus *A*), Parthenius. VIB. SEQ. geogr. p. 155, 12 -us Arcadiae, unde Mercurius. SERV. auct. Aen. 8, 138 *supra l. 42.* HYG. fab. 75 p. 79, 19 in monte -o. *nom. vir.*: AMPEL. 9, 5 quartus *Mercurius* -ii (quilleni *cod.*) filius (*item* SERV. auct. Aen. 4, 577; *sed cf. supra l. 19*; CIC. nat. deor. 3, 56 Nilo patre). *praeterea*: AVG. epist. 219 tit. Cillenio *episcopo.* CORP. XIII 718 (*Burdigalae*) -i. **2** *ad Cyllenen oppidum pertinens*: PLIN. nat. 4, 13 -us (cyllen *codd.*) sinus. *adi.* **Cyllēnēus,** -a, -um (*Κυλλήνειος*): CATVLL. 68, 109 Pheneum prope -um. HOR. epod. 13, 9 fide -a (*cf. supra l. 24*; PORPH. *ad l.* id est chorda, quam Mercurius invenit). Ov. ars 3, 147 testudine -a. met. 11, 304 vertice -o. GERM. frg. 4, 137 exoritur † ignis quoque † -us (*cf. supra l. 25*). LACT. Phoen. 50 -ae . . . lyrae. AVIEN. Arat. 1116 lyra Cyllenaea (*Κυλληναία*; cyllenea *A*; *de sidere; cf. supra l. 25*). *f.* **Cyllēnis,** *Κυλληνίς*: *acc.* -da: LVCAN. 9, 662. 676 SIL. 16, 500. *ad Mercurium pertinens*: Ov. met. 5, 176 -e . . . harpe (LVCAN. 9, 662. 676). SIL. 16, 500 -da plantam. **Cyllēnidēs** (*Κυλληνίδης*), *i. Mercurius*: MART. CAP. 9, 899 -ae indagantis excursibus nunc comprensa *Harmonia*.

Cyllēnus *v. supra l. 11.*

Cyllō *canis femina Actaeonis, Κυλλώ.* HYG. fab. 181 p. 37, 18. *cf.* Cyllopodes, Cyllarus.

Cyllōn *v.* Claeon *p. 467, 9.*

Cyllopodēs *canis masculus Actaeonis, Κυλλοπόδης.* HYG. fab 181 p. 37, 15. *cf.* Cyllo, Cyllarus.

Cylo *nom. vir. gr., Κύλων.* LIB. pontif. p. 71, 30 possessio -nis territorio Penestrino. CORP. VI 14988 Cl(audii) -nis. *adi.* **Cylōnīus,** -a, -um (*Κυλώνειος*), *ad Cylonem Atheniensem a. 612 a. Chr. occisum pertinens*: CIC. leg. 2, 28 -o scelere expiato.

Cylypenus *v.* Cylip-. **Cȳma, Cȳmaeus** *v.* Cyme.

Cymander *fluv. Indiae.* AVIEN. orb terr. 1350 hic Hypanis

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lateque trahens vaga terga -r, magnus uterque *eqs.* *sed* PRISC. periheg. 1051 *aurum* devolvens Hypanisque trahit rapidusque Magarsus. *item* DIONYS. periheg. 1145 *Μάγαρσος* (*Müller, Geogr. gr. min. II p. 174; cf. adn.*).

Cȳmānus *v.* Cyme.

Cymati⟨...⟩ *nom. inc.* INSCR. Notiz. degli scavi 1908 p. 266 (*Romae*) -i⟨...⟩scepsi⟨...⟩ rogo ne m⟨...⟩ tangas.

? **Cȳmatis** *arx Samaeorum in insula Cephallenia, Κυμάτις.* LIV. 38, 29, 10 (*a. 189 a. Chr.*) Romani nocte per arcem, quam -dem (cyneatidem *M*, cyatidem *B*; *corr. Weissenborn*) vocant — nam urbs in mare devexa in occidentem vergit — muro superato in forum pervenerunt.

Cymbalistēs *cogn. vir. v. vol. IV p. 1588, 52.*

Cymbē *statio Siciliae inter Agrigentum et Syracusas.* ITIN. Anton. Aug. p. 96, 2 Hereo sive -e (*v. l.* cimbe, cibe, cirbe, cymbae).

Cymbrī *v.* Cimbri *p. 441, 28.*

Cȳmē *opp. Aeolidis, Κύμη.* *cf.* Cumae. *nom.* -a *l. 25; genet.* -es *v. p. 743, 23 sqq.;* -ae *l. 29 sqq.; acc.* -ēn; *abl. l. 21.* NEP. Alc. 7, 1 apud -en. 7, 2 -en. LIV. 37, 11, 15 -e. VELL. 1, 1, 4 -en. MELA 1, 90 -en nominavit pulsis qui habitaverant dux Amazonum -e. PLIN. nat. 5, 121 -e. 34, 14 in -e. TAC. ann. 2, 47 Myrinam, -en, Tmolum *urbes terrae motu collapsas* levari ... tributis *placuit Tiberio* (*cf* HIER. chron. a. Abr. 2034 [*iterum* 2121 *et* OROS. hist. 7, 12, 5]. CORP. X 1624 [*Puteolis, a. 30 sub imagine*] -e). PHILARG. Verg. ecl. 4, 4 rec. I (*cf.* II) Cymaeum Hesiodi carmen dicit. -a enim in Asia est, quam reiecta Ascra ... incoluit (*cf.* SCHOL. Bern. *ibid. Sibylla* Cymaea dicitur de monte Cymo ... sed melius 'Hesiodei carminis' qui Cymaeus de -e, Asiae civitate dicitur. *ibid.* apud -en, urbem Asiae). CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 587^{D} Maximus episcopus -ae (*cf.* MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 867^{C}. 895^{A} Migne). *item* CONC. Constant. a. 536 Mansi 8, 1148^{A} Matthias episcopus -ae (*cf. l. 42*). a. 550 Mansi 9, 176^{A}. TAB. Peut. 9, 4 -e. RAVENN. p. 107, 15 Cymme. p. 362, 4 Cime. Guid. p. 528, 8 Sime. *pro opp. Italiae v.* Cumae *p. 743, 23 sqq.* *nom. mul. supra l. 20.* *adi.* **Cȳmaeus,** -a, -um, *Κυμαῖος*: CIC. Flacc. 46 fundum -um. *praeterea v. supra l. 27,* Cumae *p. 744, 69.* *incolae* Cymaei: LIV. 38, 39, 8 VAL. MAX. 9, 14 ext. 2. *sing.*: CIC. Flacc. 17 -us ille Athenagoras. VARRO rust. 1, 1, 8 Antigonus -us (COLVM. 1, 1, 9 PLIN. nat. 1, 8. 10. 14 *sq.* 17 *sq.* ind. auct.). CVRT. 5, 5, 9 Euctemon -us. EXPLAN. in Don. gramm. IV 531, 19 Ephorus ... -us. *pro nom. vir.* (*?*): TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 101 Cym⟨aeum?⟩. *adi.* **Cȳmānus,** -a, -um: CONC. Constant. a. 536 Mansi 8, 973^{C} Matthias episcopus -us (*cf. l. 31*).

Cymēlus *unus ex Lapithis.* OV. met. 12, 454 venabula condi inguine Nesseis manibus coniecta -i.

Cymenē, *genet.* -ēs, *opp. Thessaliae.* LIV. 32, 13, 10 (*a. 198 a. Chr.*) *Aetoli* transgressi in Thessaliam -es (*trad. etiam* cymines) et Angeias primo impetu potiti sunt. *vix eadem atque Κτιμένη; cf. Bursian, Geogr. v. Griech. I p. 74. 87.*

Cymeriī, Cymericus *v.* Cimmerii *p. 443, 55 et 444, 34.*

Cymiānus *nom. vir.* CONC. Arelat. a. 554 p. 120, 6 -us presbyter missus a ... Deotherio episcopo *Vinciensi.*

Cymina *cogn. vir., cf.* cuminum, Cyminus. CORP. VI 23636 L. Ovinio -ae. *i. q. Κυμινᾶς?*

Cymīnātus *nom. vir. iocose fictum, cf.* cuminatus. TEST. porcelli p. 242 -us signavit.

Cyminē *v.* Cymene.

Cyminus *cogn. vir., cf.* Cuminus, Cymina, cuminum. CORP. XV 7605 (*in fistula, saec. III ineuntis vel medii*) Aur. -us et Hilarus pre⟨b(itores) fec(erunt)⟩. MARTYROL. Hier. id. Ian. *Neapoli* -i (*Bern.,* cimini *Ept.; cf. etiam* Ciminius).

Cymiza *castellum Armeniae vel Mediae.* TAB. Peut. 11, 4. RAVENN. p. 65, 11 Dimiza. *cf. Tomaschek, PW. IV 1906.*

Cymmē *v.* Cyme *supra l. 32.*

Cȳmodocē *nom. Nereidis, Κυμοδόκη, cf.* Cymodocea. VERG. Aen. 5, 826 (= georg. 4, 338 [*om. MPR*]). SIL. 7, 428 -e, nympharum maxima natu Italidum. STAT. silv. 2, 2, 20 udaque crines -e. HYG. fab. praef. p. 10, 14.

Cȳmodocēa *nom. nymphae, Κυμοδόκεια, cf. Cymodoce.* VERG. Aen. 10, 225 doctissima -a, *e navi in nympham conversa.* SERV. Aen. 8, 547. 10, 249.

Cȳmodōrus *nom. vir. gr., Κυμόδωρος.* CORP. X 1970 (*Puteolis, periit*) Asclepiodote -i filiae Nicomedisse.

Cȳmothoē, *Κυμοθόη; genet.* -ēs: SIL. 3, 58; *acc.* -ēn: SERV. auct. Aen. 1, 144 CLAVD. *l. 77; abl.* -ē: SERV. auct. Aen. 1, 170. **1** *Nereis* (*cf.* Cymodoce): VERG. Aen. 1, 144 (SERV. *ad l.* id est cursus fluctuum, *ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα*). PROP. 2, 26, 16 caerula -e. VAL. FL. 2, 605 SIL. 3, 58. HYG. fab. praef. p. 10, 15 -e[a]. CLAVD. 10, 138 -en (*item* 10, 143 carm. min. 30, 127). 10, 166. *pro cogn. mul.* (*?*): CORP. II 3762 (*in prov. Tarracon., periit*) Iulia Coimotho (*sic trad.*; Coemotho⟨e⟩ = *Κυμοθόη latere putat Hübner*). **2** *fons Achaiae*: PLIN. nat. 4, 13 fons -e.

Cȳmotiōn *nom. graec.* CORP VI 25839 diis manibus Salviae -n(is?).

Cymulus *agn. vir.* GREG. TVR. Franc. 4, 26 -um (*v. l.* cymolum, cimulum *corr.* comulum) — sic enim vocitare consueverant Emerium *episcopum urbis Sanctonicae* in infantia sua.

Cymus (*?*) *mons v.* Cyme *p. 789, 27.*

Cyna *opp. Aeolidis.* MELA 1, 90 in promunturio est -a oppidum. *al.* Canae, *q. v.*

Cynaegīrus *nom. vir. gr., Κυναίγειρος.* *acc.* -on *l. 8.* *in editt. etiam* Cyneg-. *Atheniensis, Aeschyli frater, cecidit apud Marathonem*: SEN. contr. 9, 1, 2 (*trad.* cunegi-, sunegi, cynegy-). suas. 5, 2 -on (cinagiron *codd.*). VAL. MAX. 3, 2, 22 -um (cyne- *LA*). PLIN. nat. 35, 57 -um (*B*, cyneg- *VR*). SVET. Iul. 68 IVL. VAL. 2, 7. 10. IVST. 2, 9, 16 *fusius.* AMM. 24, 6, 14.

Cynaethae *opp. Arcadiae, Κύναιθα.* PLIN. nat. 4, 20 -ae (*trad.* cynaetae, cynatae, cinaete). **Cynaethī** *gens Arcadum*: SERV. auct. Aen. 11, 31 Arcadum genera fuerunt quattuor, Parrhasiorum, Maenaliorum, Azanorum, -orum. alii non ... -os, sed ... Cynaetheos (*Thilo,* cyneros *F*, cyrenes *T*) dicunt. *cf. Κυναιθεύς.*

Cynamolgī *pop. Aethiopiae, Κυναμολγοί.* PLIN. nat. 6, 195 -i caninis capitibus (*v. l.* cynomolgi, cinamalgi; *confundit cum* cynocephalus, *q. v.*). 8, 104 citra -os (*trad.* gynamulgos, ginamulgos) Aethiopas late deserta regio est. SOL. 30, 8 -os (*v. l.* cynomolfos, cinomologos) aiunt habere caninos rictus et prominula ora.

Cynaspēs *fluv. Ponti.* OV. Pont. 4, 10, 49 volvens saxa -s (cinapses β) labitur. *cf. Tomaschek, PW. IV 1906 sub* Cynapes.

Cynasynēnsis, -e, *adi. nom. opp. Africae ign.* CORP. VIII 68 (*in prov. Byzacena, a. 12 a. Chr.*) Ammicar Milchatonis f. Cynasyn(ensis).

acc. **Cynchrin,** *auctor laudatus* RAVENN. p. 119, 14 -n et Blautasin genere Aegyptios.

Cȳnē *cogn. mul., cf.* 1. Coene. INSCR. Revue epigr. 1902 n. 1504 (*Fori Iulii*) Vigell(ia) -e.

Cynēdocolpītae *v.* Cinaedopolis *p. 445, 28.*

(Cynēgesius) *nom. vir. gr., Κυνηγέσιος.* EPIST. pontif. Cassiod. var. p. 391 n. 8 Gelasius Quinigesio et Constantino episcopis.

Cynēgeticon (*Κυνηγετικόν*) *cogn. opp. Canusii v. p. 150, 20.*

Cynēgeticus *nom. vir. gr., Κυνηγετικός.* CORP. XI 5768 (*Sentini, periit*) Aemiliae Cleopatrae ... -us pater.

Cynēgia *v.* Cynegius.

Cynēgīrus *v.* Cynaegirus.

Cynēgis *nom. (cogn.) mul. gr., Κυνηγίς, cf.* Cynegius. *abl. l. 41.* CORP. VI 1870 Aemilia -is. 19665 Licinia -is. 23180 N⟨y⟩mphidia ⟨C⟩ynegis. 35331 Sextilius Te[te]lesphor(us) cum -gidi. X 2358 (*Puteolis*) -gidi. III 6126 (*in Moesia inf.*) Iulia -is.

Cynēgius, -a *nom. (agn.) gr., Κυνήγιος.* Cin- *l. 67;* Quini- *l. 69.* CORP. III 6587 (= 19; *Alexandreae*) Materno -o omnium virtutum viro et ad insignem laudem gloriamque progenito per omnes honorum gradus meritorum contemplatione provecto praefecto praetorio per orientem (*a. 384—389*). *in libris* -us: COD. Theod. Iust. *passim* (*add.* per orientem COD. Theod. 8, 4, 17); *cos. a. 388*: COD. Theod. 9, 7, 5. 10, 22, 2. 16, 5, 14 COD. Iust. 1, 9, 6. 11, 10, 1 FAST. cos. chron. min. (*cf. III ind. p. 524*) MAXIMIN. c. Ambr. p. 57, 38 CASSIOD. hist. 9, 23 VISIO Paul. 1 (*add.* vir clarissimus: COD. Theod. 1, 32, 7. 3, 7, 2. 16, 5, 15 *sq.*). COD. Theod. 6, 35, 12 (*a. 383*) -um c(omitem) s(acrarum) l(argitionum; *cf.* 12, 1, 97). 10, 10, 19 virum clarissimum et inlustrem -um praefectum praetorio. CONSVL. Constant. chron. I p. 244, 388, 1 defunctus est -us praefectus orientis in consulatu suo Constantinopolim. hic universas provincias longi temporis labe deceptas in statum pristinum revocavit et usque ad Aegyptum penetravit et simulacra gentium evertit *eqs.* (*cf.* HYD. chron. II p. 15, 8). ZOSIM. 4, 37, 3. 4, 45, 1 LIBAN. or. 52, 46 *al.* *alii*: SYMM. epist. 5, 62 a fratre meo -o quaestorio candidato. *cf.* 5, 65. AMBR. epist. 86 -o (*v. l.* quine-, quini-) *filio Aemili Flori Paterni; cf. adn.* VITA Porphyrii 51 (act. sanct. 26. Febr. p. 654^{B}). AVG. cur. mort. 1, 1 fidelis iuvenis -ii (= quaest. Dulc. 2, 2). ENNOD. epist. 5, 4, 2 domna -a. *cf.* 5, 7, 2. 7, 28, 2. 7, 29, 2. CORP. XI 2700 (*Volsiniis*) L. Aconio Callisto c(larissimae) m(emoriae) viro ... -i. CORP. VI 32171 ⟨...⟩ c(larissimus) i(uvenis). ⟨Cy?⟩negi Orfiti. X †1370 (= CARM. epigr. 684; *Nolae, periit*) ⟨exegit v⟩itam florente Cinegius aevo. V 4029 (*Sirmione*) Quintiae Hores⟨ti⟩llae ... -a hic. INSCR. christ. Hisp. 31 (*in Lusitania, a. 662*) Quinigiae.

Cynētes *pop. Hispaniae, Κύνητες; cf. Hübner, PW. IV 1906.* *acc.* -ās *l. 73.* IVST. 44, 4, 1 saltus vero Tartessiorum ... incoluere -es (*Vossius,* Cunetes *Vorstius; trad.* curetes, tunc neces). AVIEN. ora 201 Cempsis adiacent populi -um: ⟨tum⟩ Cyneticum (tyn- *trad.*) iugum. 205 Ana ... per -as effluit. 223 genti ... -um. *adi.* **Cynēticus,** -a, -um: AVIEN. ora 201 *supra l. 73.* *pro* Ibericus (*cf. Hübner l. l. p. 1907, 7 sqq.*): AVIEN. ora 566 post Pyrenaeum iugum iacent harenae litoris -i. *cf. etiam* Cuneus.

Cynēthus, *Κύνηθος.* **1** *vocabatur insula Delos*: PLIN. nat. 4, 66 -um (*vulgo; trad.* cynethym, cynetum, cinethym, cinethim; cynthum *Sillig*). SOL. 11, 19 *Delos* nunc Asteria ... nunc a venatibus Lagia vel Cynetho. *an cf.* Cynthus*?* **2** *insula Sporadum*: PLIN. nat. 4, 69 Syrnos ... -us (*vulgo*; cynetus *vel* cin- *codd.*), Telos.

Cynēticus *v.* Cynetes.

Cynēus, -a, -um, *κύνειος.* HYG. fab. 111 p. 99, 12 *Hecuba* in

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hellespontum mare se praecipitavit et canis dicitur facta esse, unde et -um est appellatum. *item* 243 p. 135, 15. *cf.* Cynossema. CHALC. comm. 125 *v. vol. II p. 965, 43.*

Cynicus, -a, -um, κυνικός; *ad Cynicorum sectam pertinens. cf.* cynicus; *v. etiam l. 19. 24sqq. 31. 34. 58.* *nom.* -os: VARRO Men. 281. *genet.* -ēs *l. 66.* *trad. etiam* qui-, ci-. PLAVT. Persa 123 -um esse egentem oportet parasitum probe. LABER. mim. 36 ut aliquid gustes ex -a haeresi. CIC. Att. 2, 9, 1 de -o consulari (*videtur esse M. Pupius Piso Calpurnianus cos. a. 61 a. Chr.*). PETRON. 14 ipsi qui -a traducunt tempora pera. MART. 3, 93, 13 senemque -um vincat osseus cunnus. IVV. 13, 121 qui nec -os nec Stoica dogmata legit a -is tunica distantia (SCHOL. -a mater eresis stoicae). TAC. hist. 4, 40 -am sectam (IVL. VICT. rhet. 4, 5 p. 390 SERV. auct. Aen. 8, 364). ann. 16, 34 -ae institutionis. GRAMM. VI 273 Diogenes, -us philosophus (AVG. civ. 14, 20. 19, 1 nupt. et concup. 1, 22, 24). GELL. 2, 18, 7 *Varronis saturas* alii -as, ipse appellat Menippeas (*cf.* 13, 31, 1). APVL. apol. 22 -ae familiae. 39 secundum -am temeritatem. IVL. VICT. rhet. 4, 5 p. 390 -am legem. AVG. civ. 19, 3 -o sive alio habitu et victu. GLOSS. V 277, 28 -o more canino more. *subst.* **Cynicī:** VARRO Men. 314 sed -is involucrum et pallium luteum non est. CIC. fin. 3, 68 off. 1, 148 SEN. dial. 7, 18, 3 epist. 29, 1 IVV. 14, 309. LACT. inst. 3, 15, 20 quid ego de -is loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? (*cf.* epit. 34, 6 AVG. civ. 14, 20 nupt. et concup. 1, 22, 24 ISID. orig. 8, 6, 14) quid mirum, si a canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt? (*cf.* PAVL. NOL. carm. 32, 34 sunt -i canibus similes, quod nomine produnt. AVG. civ. 14, 20 illi canini philosophi, hoc est -i, ... proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam hoc est immundam impudentemque sententiam? ISID. *l. l.*). AVG. civ. 19, 1*sq.* 19, 19 c. acad. 3, 8, 17. 3, 19, 42. PS. AVG. serm. 20 (*de decem plagis*) cynomyia, id est musca canina, inducitur, quae -orum sectae merito comparatur. SIDON. carm. 2, 167. CLAVD. MAM. anim. p. 133, 15 ab istis corporalibus nostri saeculi Epicureis aut -is. GLOSS. -i (*vel* qui-) philosophi sunt a canibus vitam ducentes: quinos (*vel* filo) enim graece dicitur canis (*vel* philosophi enim graece canes dicuntur). *commemorantur cum Stoicis*: CIC. de orat. 3, 62 ab Antisthene ... -i primum, deinde Stoici. off. 1, 128 nec vero audiendi sunt -i aut si qui fuerunt Stoici paene -i, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae turpia non sint, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus, illa autem, quae turpia sint, nominibus appellemus suis. SEN. dial. 10, 14, 2 disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoico vincere, cum -is excedere. epist. 29, 11 MART. 7, 64, 8. 11, 84, 7 tondeat hic inopes -os et Stoica menta. IVV. 13, 121 *et* SCHOL. *supra l. 11.* APVL. apol. 9. SIDON. epist. 9, 9, 15 Stoicos -os Peripateticos haeresiarchas. carm. 15, 190. *sing.* Cynicus: VARRO Men. 281 Diogenes -os (CIC. Mur. 75. Tusc. 1, 104 ut -us asperius. 5, 92 liberius, ut -us. nat. deor. 3, 83 VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 MELA 1, 105 PLIN. nat. 7, 80 FRONTO p. 53. 145 N. GELL. 2, 18, 9 APVL. apol. 9. 22 PORPH. Hor. epist. 1, 17, 13 [SCHOL. *errore* Stoicum]. 30 [comicus *M*] CENS. nat. 15, 2 SOL. 1, 73. 109 AVSON. 54, 2 [*cf.* 53, 2] FVLG. myth. 2, 4 Virg. cont. p. 97 HIER. chron. a. Abr. 1621. *cf.* HOR. epist. 1, 17, 18 mordacem -um. OV. Pont. 1, 3, 67 -us ... Sinopeus. SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 30 SIDON. carm. 15, 183). SEN. dial. 7, 18, 3 Demetrius -us (benef. 7, 1, 3. SVET. Vesp. 13 Demetrium -um ... oblatrantem ... satis habuit 'canem' appellare). benef. 2, 17, 1 PERS. 1, 133. MART. 4, 53, 7 esse putas -um ... non est hic -us, Cosme: quid ergo? canis. QVINT. inst. 4, 2, 30 decl. 283 p. 147. SVET. Nero 39 Isidorus -us. APVL. flor. 14 p. 48. TERT. nat. 2, 14 Asclepiaden -um. SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 25. DAMAS. epist. 5 contra regulam ecclesiasticae disciplinae alienum a nostra professione in Constantinopolitana civitate *Maximum* -um ad sacerdotium *vocatum* (*cf.* EPIST. pontif. Thiel Gelas. 42, 10 CASSIOD. hist. 9, 13). AVSON. 27 Antisthenis -i (*cf. l. 66*). HIER. in Eph. 5, 3 p. 640. PRVD. apoth. 201 hircosus -us. chron. a. Abr. 2170 *al. v. p. 700, 32.* *tit. saturae Menipp. Varronis.* *subst.* Cynicē, *sc. sapientia*: AVSON. 27, 1 inventor primus -es ego, *sc. Antisthenes. cf.* vs. 4 *et* 28, 2 Κυνικὴν σοφίην. *adv.* **Cynicē:** PLAVT. Stich. 704 potius quam in subsellio -e hic accipimur quam in lectis. PORPH. Hor. epist. 1, 20, 20 *Horatius* enarrat vitam suam -e non dissimulans humilitate generis se esse provectum. *cf.* Cynismus.

Cyniī *v.* Cuneus *p. 746, 24.* **Cȳnips** *v.* Cinyps *p. 452, 23. 33.*

Cynirās *v.* Cinyras.

Cyniscus *nom. vir., cf.* Κυνίσκος. CORP. IV 3784 Coelius -o salutem.

Cynismus, κυνισμός. CASSIOD. hist. 7, 2 in libro autem suo, quem de -o conscripsit *Iulianus imp. cf.* Cynicus; *etiam* Cinismus.

Cynnēnsis, -e *adi.* CONC. Neocaes. a. 314 Mansi 2, 548ᴰ Gregorius -is *episcopus* Galatiae primae. *pertinet ad* 3. Cinna.

Cynō *v.* Cynopolis.

Cynobellīnus *rex Britannorum saec. I; cf. Stein, PW. IV 1758 s.* Cunobelinus. SVET. Cal. 44 Adminio -i (*v. l.* cynobelini, cinobellini, tiniobellini) Britannorum regis filio (*inde* OROS. hist. 7, 5, 5 Minocynobelinum [*v. l.* -cin-, -cen-; -belli-, -belu-] Britannorum regis filium). CASS. DIO 60, 20, 1 *et* 60, 21, 4 Κυνοβελλίνου. *in nummis* Cunobelinus; *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1194, 10 sqq.*

Cynocephalus *v. vol. IV p. 1590, 57. adde* EPIST. Alex. p. 207; **Cynocephalī,** -ae *v.* Cynoscephalae.

Cynōn *v.* Cynopolis.

Cynopolis *opp. Aegypti,* Κυνῶν πόλις *vel* Κυνώ. PLIN. nat. 5, 64 -is. RAVENN. p. 122, 10 -is. ITIN. Anton. Aug. p. 153, 3 Cyno (*v. l.* cino, chino, cinno). CONC. Constant. a. 550 Mansi 9, 175ᶜ episcopo Cynon secundae Aegypti. *inde* **Cynopolītēs,** Κυνοπολίτης: PLIN. nat. 5, 49 *nomon* -en.

1. Cȳnos *v.* 1. Cynus. **2. Cȳnos** *v.* 1. Canis *p. 138, 52.*

Cynosarges *gymnasium Atheniense,* Κυνόσαργες. LIV. 31, 24, 17 (*a. 200 a. Chr.*) Philippus ... castra ad -es — templum Herculis gymnasiumque et lucus erat circumiectus — posuit, sed et -es et Lycium ... incensum est.

Cynoscephalae *colles Thessaliae, ubi a. 197 a. Chr. Macedones victi sunt;* Κυνὸς κεφαλαί. LIV. 33, 7, 3 tumulos, qui -ae vocantur. 33, 16, 1 ad -as (33, 17, 15. 33, 20, 10 perioch. 40 [*trad.* cynocef-, cinocef-]). 36, 8, 3 circa -as (Cynocephalas *B*). FLOR. epit. 2, 7, 11 tumulos, quos Cynocephalas vocant (*inde* IORD. Rom. 209 tumulos, quos Cynocephalos vocant). AMPEL. 16, ? apud -as.

Cynossēma *tumulus qui dicitur Hecub in promunturio Chersonesi Thracicae,* Κυνὸς σῆμα. MELA 2, 26 -a, tumulus Hecubae, sive ex figura canis in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. PLIN. nat. 4, 49 promunturium Cherronesi Mastusia, adversum Sigeo, cuius in fronte obliqua -a — ita appellatur Hecubae tumulus (*inde male* SOL. 10, 22 *et* MART. CAP. 6, 658). DICT. 5, 16 sepulchrumque *Hecubae* apud Abydum statuitur appellatum -a ob linguae proterviam impudentemque petulantiam AMM. 22, 8, 4. *cf. etiam* AVSON. 242, 6. *v. praeterea* Cyneus.

1. Cynosūra *mons Arcadiae,* Κυνόσουρα. STAT. Theb. 4, 295 dives et Orchomenos pecorum et -a ferarum (SCHOL. locus Arcadiae. unde et minor ursa -a dicitur; *cf. l. 38*). *fort. huc pertinet* CIC. nat. deor. 3, 57 *Aesculapius secundus* fulmine percussus dicitur humatus esse -is (*v. l.* gyn-, gin-). PASS. Philippi 5 Scolapium medicum in monte Cynozuridos fulminatum. *cf. Thraemer ap. Roscher, Myth. Lex. I 616, 46 sqq.*

2. Cynosūra *nympha Cretica, postea sidus facta (Vrsa minor),* Κυνόσουρα. CIC. ac. 2, 66 parvulam -am. nat. deor. 2, 106 parva -a. PROB. BREV. EXPOS. SCHOL. Bern. Verg. georg. 1, 138. PROB. Verg. georg. 1, 227. HYG. fab. 224 p. 132, 4 -a Iovis nutrix in alterum septentrionem *relata*. astr. 2, 2 p. 31, 23 *Arctum minorem* Aglaosthenes ... ait -am esse, unam de Iovis nutricibus ex Idaeis nymphis. ab eius quoque nomine in urbe quae Histoe vocatur ... et portum, qui ibi est, et agri maiorem partem -am appellatam *eqs.* (*cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 59). SCHOL. Stat. *l. 33.* *nota*: SIDON. carm. 15, 175 Iovem in formas mutat, quibus ille tenere Mnemosynam, Europam, Semelen, Ledam, -am serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictynna solebat. *praeterea v. vol. IV p. 1592, 30.*

3. Cynosūra *portus Cretae v. l. 44.*

Cynosūris *v. vol. IV p. 1592, 43.* **Cynozūris,** -dos *v. l. 36.*

Cynthia, -us *v.* Cynthus.

Cynthus *mons Deli,* Κύνθος. *nom.* -os *l. 56.* Ci- *p. 793, 2.* VERG. Aen. 1, 498 qualis ... per iuga -i exercet Diana choros (SERV. *ad l.* montis Deli, in quo natam constat Dianam; *sim.* 4, 147). AETNA 5 seu te (*Apollinem*) -os habet. OV. met. 2, 221 -us. 6, 204 in vertice -i (STAT. Ach. 1, 682 CLAVD. 24, 259 carm. min. 53, 120). PAVL. FEST. *al. l. 69.* STAT. Theb. 1, 702 Latonius ... -us (SCHOL. *ad l.* Latonam susceperat, cum adhuc Delos erraret). 2, 239 (SCHOL. *l. 83*). VIB. SEQ. geogr. p. 155, 6 -us Deli. SERV. Aen. 9, 81 Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quotiens montem Deli -um dicimus. CLAVD. 8, 137 inhospita -i saxa. rapt. Pros. 2, 245 maestoque diu lugebere -o, *Proserpina.* GLOSS. -us mons in insula Delo. *praeterea v. l. 76; p. 793, 2.* *adi.* **Cynthius,** -a, -um, Κύνθιος. Cu- *p. 793, 44.* Ci- *p. 793, 42.* *trad. etiam* Qui-. LYGD. 4, 50 quodque deus vero -us ore feram (*cf. l. 68*). PRIAP. 75, 6 Creten Delia -osque colles. PLIN. nat. 4, 66 *Delos* assurgit -o monte. *subst.* **Cynthius.** 1 *i. q. Apollo.* PAVL. FEST. p. 52 -us Apollo a Cyntho Deli monte vocatus (*cf.* SERV. Aen. 3, 92 ecl. 6, 3 [*cf. etiam locos l. 75 sqq.*] SERV. auct. *et* PROB. Verg. georg. 3, 36). VERG. ecl. 6, 3. georg. 3, 36 Troiae -us auctor (SERV. *ad l.* vel Apollinem dicit propter muros: vel -um, regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat. *sim.* SCHOL. Verg. Bern., *ubi etiam add.* '-us' Dardanus). VERG. catal. 9, 60 -us et Musae. HOR. carm. 1, 21, 2 -um Latonamque. PROP. 2, 34, 80 OV. ars 2, 239 BVC. Eins. 1, 17. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 6, 3 '-us' Apollo a Cyntho monte (*cf. l. 69*) ... sic appellatus allegorice Augustus qui se rogavit bucolica scribere; eum per Apollinem pro honore eius vult intellegi (*sim.* PHILARG. *ad l.*; SCHOL. Verg. Veron. *ibid. et* 6, 9). PRVD. c. Symm. 2, 493 -us ut Delphis *domineris.* *pro Sole*: OV. fast. 3, 346 protulerit cum totum crastinus orbem -us (*sim.* 3, 353). 2 *rex Troiae v. l. 72.* *cogn. vir.*: INSCR. Notiz. degli scavi 1912 p. 89 (*Romae*) L. Novio -o. *cf. nom. mul. p. 793, 30.*

Cynthia (Cu-, Ci- *l. 65*): 1 *i. q. Diana.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 239 Cynthus Deli mons est Dianae sacer, unde Diana -a dicta est.

[Reisch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

